OPERIS

HIERARCHICI,

SIVE,

DE ECCLESIASTICO

PRINCIPATV,

LIBER III.

IN QVO BEATI PAVLI APOSTOLI ad Titum Cretensem Episcopum, & Primatem, Epistola Commentarijs illustratur.

Autore P. COSMA MAGALIANO Bracarensi, Societatis IESV, professore olim sacræ Scripturæ, & in Conimbricensi Academia regij Artium Collegij Præfecto.

OPVS NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVM.

LVGDVNI,

Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

D. ALPHONSO A CASTELBRANCO CONIMBRICENSI Episcopo, & Arganilensi Comiti,

P. COSMAS MAGALIANVS, Societatis IESV *Theologus,*

S. P. D.

VM duas ad Timotheũ epistolas, meis commentarijs, numine propitio, susciperem illustrandas: opportunè accidit, vt ad sequentem quoque, quæ Tito scripta est, simili stylo enarrandam, animum appellerem. Quo labore, vt potui, exacto, tu mihi, PRÆSVL ILLVSTRISSIME, *cui multis nominibus nostra Societas, & potissimùm Conimbricense hoc Collegium est deuinctum, statim occurristi: ad quem tanquam ad Themidis oraculum, hoc, quale quale est, deferendum esset, commentariorum munusculum. Quem enim alium vel ipse Paulus, si à me de eligendo Mecœnate consuleretur, potiùs optaret? Profectò quodam quasi iure de tribus Pontificijs epistolis, tertiam, quæ cæterarum veluti coronis est, tuam facis. In te enim (nec me fallit animus) diuina gratia ea contulisse videtur ornamenta, quæ in*

his literis Episcopo necessaria esse Apostolus definiuit. Nam si doctorem quærimus, quis te, vel in sensibus sacræ Scripturæ eruendis: vel in sanctorum Patrum apophthegmatis recitandis; vel, quod summum est, in Theologiæ, & iuris vtriusque difficilioribus locis expendendis, inueniri potest accuratior? Quis in componendis dissidentium litigijs, quæ Augustini ætate altera pars fuit muneris Pontificij, vigilantior? Si sobrietas, si integritas, si castitas, si liberalitas, cæteræque animi excelsi dotes, splendentes sunt Episcoporum gemmæ: quis has in te, aliásque innumeras non intuetur margaritas? In sacris concionibus, quas Episcopis Tridentina Synodus maximè commendat, quid valeas, non solùm nostrates homines, sed externi etiam, qui te coram magnis principibus perorantem audierunt, testes sunt. Quid quòd tuus quotidianus sermo, quoties idoneos nanciscetis auditores, concio quædam est? Certè à tuo familiari colloquio, ad quod (quæ tua humanitas est) me, cum plerisque alijs nostri Conimbricensis Collegij Theologis, sæpe admittis, nunquam discedo, quin doctior euadam? Quid ni? siue de moribus, siue de virtutum sublimitate sermo sit, librorum diuite supellectili non indiget (tam insigni polles memoria) qui te auscultat. E tuo pectore veluti è sacra bibliotheca crebræ, & ad rem propositam quàm aptissimæ promuntur sententiæ. Quà id præstes eloquentia, nemo ignorat. Doluit olim Paulus apud Troadem prædicaturus, quòd Titum non inuenerit. Doloris causam eam fuisse ait D. Hieronymus, in epist. ad Hedibiam, quæst. 11. quòd, absente Tito, prædicationis suæ fistulam, organumque, per quod Christo caneret, non inuenerat. Hodie lætari mihi videtur Paulus, quòd in nostra Lusitania sacræ prædicationis, & eloquij, te, veluti diuini spiritus, quo ille afflatus vixit, instrumentum habeat, per quod Christo diuinas laudes moduletur. Quid dicam de audientia, quam tua apud omnes facit dignitas, & sermo sapientiæ sale variè insperſus? Qui tibi adsunt, dubitare non possunt, veram esse illam D. Hieronymi sententiam aduersus Luciferianos, qua ait, à

Hieron. ad Hedibiam.

Matth 5.

sale

ſale omnem cibum condiri, nec eſſe aliquid per ſe tam ſuaue, quod abſque eo guſtum demulceat: eßéque proinde ſimilem ſali Epiſcopum, eximiúmque mundi totius & præcipuè ſuæ Eccleſiæ condimentum. Quanta Deus bone ſuauitate ſermonis ſana Eccleſiæ membra, quaſi paſtoritia fiſtula, veluti Titus alter, demulces! Quanta rurſus ſeueritate, Euangelico ſale uſus, corruptos mores infectaris? Quæ in alijs ſparſim inueniuntur ornamenta & orationis lumina, in te uno exiſtunt collecta. Dúmque flores & mella ex antiquorum Patrum libris in lucem profers, uiuere haud dubiè in te præclaras eorum dotes profiteris. Spirat in te Chryſoſtomus: eloquitur Nazianzenus: Bernardus affectus promit: Auguſtinus concionatorem agit: D. Thomas Theologum exhibet: Hieronymus denique Scripturarum aperit penetralia. Poterat in his noſtra immorari oratio: aliam tamen expectat opportunitatem. Nunc Epiſtolari utimur, non Panegyrico ſtylo. Idcirco nec de tua nobilitate, Leonis inſignibus prodita, qua nihil notius eſt in Luſitania, aliquid dicam: nec de beneficentia, qua præter eleemoſynarum aſſiduam largitionem, templum maximum ſacra gaza decoraſti, uerbum ullum faciam. Prætermittam, ſumptu penè regio, à fundamentis excitatum D. Annæ cœnobium. Sunt hæc aliáque permulta, quæ ſciens ac prudens taceo, ante oculos poſita, & omnium, qui audierunt, decantata laudibus. In ijs ergo recenſendis, ſi libero uerſari uellem ſtylo, uix poſt multorum dierum lucubrationes, finem inuenirem dictioni. Pontificias laudes duntaxat, quas cæteris, ut par eſt, anteponis, ad te pertinere, noſtri eſt inſtituti demonſtrare. Quas tu, non, ut plerique alij, unius prouinciæ, aut regni finibus incluſiſti, ſed ultra Luſitaniam, ipſaque Alpium iuga, veluti pennatus ales (ſic Chryſoſt. Paulum vocat) illuſtrium fama factorum extuliſti. Tibi anguſti erant uniuſ diœceſis limites: Animi amplitudine extra hos fines euagatus, quicquid apud quaſcunque gentes incidit negotij, in quo Chriſtiana pietas periclitatur, eò mente auolas. Ad te ſpectare eam cauſam exiſtimas, quam Chriſtiana

Idem contra Luciferianos.

charitas suam facit. Regni negotijs, cùm opus fuit, sine diœcesis tuæ detrimento, præstò adfuisti. Bello Hungarico à fel. memoriæ Clemente VIII. contra fidei hostes suscepto, tum, licèt procul abesses, non defuit liberalitas. In nupera Venetæ Reipubl. turbatione, quo animo erga sedem Apostolicam fueris, ex literis tuis plerique Cardinales agnouerunt. Longum profectò facerem, si vellem, officia singula, quibus cùm omne genus hominum: tum potissimùm summorum Pontificum voluntates, & studia promeueris, recensere. Ne tamen tua præconia, quæ ad virtutem incitamento posteris esse possunt, omnino præterijsse videar, recèns recolenda est Sanctissimi D. N. PP. PAVLI V. ad te missa epistola: quam qui legerit, intelliget, nihil à me assentationis studio dictum, nihil promerendæ apud te gratiæ ergò excogitatum.

***

PAV

PAVLVS GOMEZIVS,

SOCIETATIS IESV,

IN CONIMBRICENSI

Academia Rhetoricæ

olim professor,

DE COMMENTARIIS IN Epistolam ad Titum.

HVnc Titus, è summo cùm cerneret æthere librum,
Fas ad eùm missas cui referare notas;
Gratificans operam, potuit dixisse videri,
Explanatori talia dicta suo:
Huc fuit ergo tuæ progressa potentia curæ?
Tam bene, quæ noui vix ego, nota dabis?
Siccine doctorem potuisti exponere mundi
Largiter; &, quidquid presserat ille, loqui?
Sensa mihi Pauli nisi panderet abdita Numen,
Deberem studiis agnita sensa tuis.

FACVL

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS Societatis IESV, *in prouincia Lugdunensi.*

LVdouicus Michaëlis Prouincialis Collegiorum Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Societati à Rege Christianissimo Henrico III. die X. mensis Maij, anni 1583. Et Henrico IIII. nunc regnante, 20. Decembris 1606. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque illorum permissione imprimant; permittit Horatio Cardon, Lugdunensi Bibliopolæ, vt *Operis Hierarchici*, siue, *de Ecclesiastico principatu, libros III. Autore P. Cosma Magaliano Bracarensi, Societatis* IESV, *professore olim sacræ Scripturæ, & in Conimbricensi Academia regij Artium Collegij Præfecto*, ad sex proximos annos imprimere, ac liberè distrahere possit. Datum Lugduni die 6. Maij 1609.

LVD. MICHAELIS.

Summa Priuilegij à Christianissimo Galliarum Rege obtenti.

HENRICI IIII. Galliæ & Nauarræ Regis diplomate cautum est, ne quis in suo regno, aliisve locis ditioni suæ suppositis, intra proximos annos decem, à die concessionis præsentium inchoandos, excudat, vendat, excudendum vendendúmve quouis modo ac ratione conetur, librum, qui inscribitur, *Operis Hierarchici*, siue, *de Ecclesiastico principatu, libri III. Autore P. Cosma Magaliano Bracarensi, Societatis* IESV, *professore olim sacræ Scripturæ, & in Conimbricensi Academia regij Artium Collegij Præfecto*, vno Horatio Cardon, Bibliopola Lugdunensi, excepto, cuíve ipse concesserit: Sub pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Lutetiæ, die Februarij vigesima tertia, Anno 1609.

Sic signatum De mandato Regis,

BRVLART.

COSMÆ

COSMÆ

MAGALIANI,

SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

IN EPISTOLAM B. PAVLI APOSTOLI ad Titum Commentariorum

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO EXEGETICA.

EXPLICATIS duabus ad Timotheum Epistolis, res ipsa postulare videtur, vt eam etiam, quæ ad Titum scripta ab Apostolo fuit, commentariis illustremus. Est enim quædam argumenti similitudo; cùm magister discipulis, & Apostolus Episcopis ea scribat, quæ maximè conueniant Pontificiæ gubernationi, & statui Ecclesiastico. Et quidem Tertull. ad finem lib. 5. aduersùs Marcionem duas ad Timotheum epistolas, & vnam ad Titum, de statu Ecclesiastico, compositas esse affirmat. Et D. August. lib. 4. de doctrina Christiana, cap. 16. tom. 3. magni faciendas esse has tres Epistolas propterea statuit, quia præcepta continent ad conseruandam fidem, & hæreticam doctrinam confutandam necessaria, nedum ad mores Episcopi, & populi rectè informandos. *Quas tres Epistolas*, inquit, *ante oculos habere debet, cui est in Ecclesia doctoris persona imposita, &c.*

Tertull.

August.

Non oportuit ergo diſiungere Epiſtolas,quas argumenti ſimilitudo coniunxit. Nec verò opus hierarchicum, in quo veluti duo oculi ſunt, Titus & Timotheus, integrũ reputabitur, ſi alterutrum prætermittas. Oculos in corpore Eccleſiæ vocat D. Auguſt. in ſp. 87. illius membra eminentiora,& clariora, quales ex ſententia Hilarij,Gregor.Ambroſ. & aliorum Patrum ſunt Epiſcopi. Quid Titus & Timotheus, quos Apoſtolus in oculis habuit: quos duo eſſe lumina voluit Pontificiæ dignitatis? Quæ illis ſcribit, omnibus Epiſcopis ſcribit. Diuiſi erant illi terræ mariſque immenſo ſpatio, ſi Epheſum & Cretam conſideres:at doctrina vtriuſque vna atque eadem erat. Quod à Paulo duabus Epiſtolis didicit Timotheus; hoc in vna,hauſit Titus. Quid, quòd vnius interpretatio, alterius commentariis iuuari poteſt? cæterùm,vt præeunte luce facilior ſit aditus ad enarrationem, nonnulla in ſectiones conferam, quæ hîc proluſiſſe prudens Lector,non fruſtra deprehendet.

Hilarius. Gregor.P. Ambroſ.

De Canonica huius Epiſtolæ autoritate.

SECTIO I.

II. DE autoritate huius Epiſtolæ nemini fas eſt dubitare: præſertim cùm Concil.Trid.ſeſſ.4. in decreto de libris Canonicis,eam tredecim aliis à D.Paulo ſcriptis, annumerauerit. Opus tamen fuit hæc præfari, quia extiterunt olim hæretici, qui (vt de cæteris Epiſtolis taceam,de quibus quicquid contrarium ſuo dogmati viderant,eraſerunt) quatuor,vt ait D.Hieron.hîc in proœmio ad Paulum & Euſtochium, integras repudiandas crediderunt; ad Timotheũ videlicet vtrãque; & duas,ad Hebræos vnã; & alteram, ad Titum; quam cœleſti aſpirante aura, nunc conamur exponere. Cæteri ferè hæretici, etſi impudentiſſimi fuerint, hanc ad Titum admittunt.Nam Tatianus Encratitarum Patriarches, vt eum Hieron.vocat,qui & ipſe hæretico ſupercilio nonnullas Pauli Epiſtolas repudiauit; hanc vel maximè,hoc eſt, ad Titum, Apoſtolo adſcribendam credidit,parui pendens Marcionis,& aliorum,qui cum eo in impietate conſentiebant,aſſertionem.

Cõcil.Trid.

Hieron.

Hîc epiſtolam, vel hæretici admittunt.

De vtilitate, quæ percipitur ex lectione huius Epiſt.

SECTIO II.

III. COmmendatio autem huius Epiſtolæ,non ſolùm inde exiſtit, quòd hæreticorum noſtri temporis improbitati, qua Eccle

Ecclesiasticam disciplinam vellicant, notam inurit, & Ecclesiæ ordinem gradibus distinctum stabilit; sed etiam, quia munus officij cuiuscumque Episcopi, siue pastoris Ecclesiastici, breuiter continet. Vt non immeritò D. Thom. in prologo huius Epistolæ vsus mihi videatur parabola illa Luc. 12. *Si sciret paterfamilias, &c.* Ad significandam curam, qua pastores Ecclesiæ inuigilare debent, ne grex dominicus luporum pateat incursionibus. Hæc enim cura, tria operatur, fidem, salutem, & securitatem. Fidem quidem inserit animis verbi Dei prædicatione, quo pacto satu quodam spirituali filios generat Ecclesiæ. Hinc Paulus 1. Corinth. 4. *Per Euangelium ego vos genui, &c.* 1. Cor. 4.

Et vitam communicat; de qua Habacuc 2. *Iustus autem meus ex fide viuit.* Habac. 2.

Deinde ad salutem æternam promerendam subditos erudit, Eccl. 7. *Filij tibi sunt, erudi illos.* Tertiò eosdem paterna solicitudine protegit, & securos reddit, iuxta illud Deut. 32. *Circunduxit eum, & docuit.* Eccl. 7. Deut. 32.

Nec verò solùm communitatem sibi commissam esse Episcopus cogitare debet, sed etiam vnumquemque sigillatim, quasi illi dictum sit, 3. Regum 20. *Custodi virum hunc, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius.* 3. Reg. 20.

Et de bonis pastoribus dicitur ad Hebr. 13. Ipsi peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Heb. 13.

Hoc munus officij adumbrarunt pastores illi, de quibus scribit Luc. 2. *Et pastores erant in regione eadem, vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum.* Luc. 2.

Cùm ergo ignorátia summa sit rerum ad fidem, & salutem æternam spectantium; summáque animaduertatur passim ob incuriam pastorum, ouium Christi iactura, totus est Paulus in hac Epistola, vt Titus sui muneris præscripta rectè pernoscat, & quæ pernouerit, omni studio & cura exequatur. Vnde Ambrosius Catharinus, enarrans illa verba: *Reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas. B. Paulus* (inquit) *ostendit Tito Archiepiscopo seu Primati, primum, & maximum opus, quod erat, supplere quæ decrant in illis Ecclesiis, & eligere presbyteros, & ordinare idoneos ob ingruentem necessitatem. Iam enim dilabi incipiebant vix surgentia fundamenta; cuius rei gratia, ait, se reliquisse illum Cretæ. Vt intelligas, in hoc magnam curam debere esse Episcopi, videlicet ordinationes facere dignarum personarum. In quo quantum ab hominibus ferè nostro tempore peccetur, optimum esset animaduertere & emendare, ne ira Dei grauissima irruat super nos. Ordinantur passim, nedum viri ad corrigendum apti, sed, qui omninò è conuerso ad deprauandos rectos mores sunt aptissimi. Dominus videat, & prouideat.* Ambrof. Catharin. Electiones ad beneficia quales hodie.

Hæc ille; cuius verba volui inserere huic sectioni, quia cùm Episcopus fuerit, experietia nosse debuit, quæ scripsit.

Eſt quidem in hac, perinde atque in cæteris Epiſcopi partibus exequendis laborioſa functio; ſed non minùs eſt neceſſaria inſtructio. Quod præuidens Apoſtolus Timotheum, quem Epheſinæ præfecerat Eccleſiæ, & Titum, Cretenſis diœceſeos Epiſcopum non admonebat ſolùm officij, ſed etiam ad ſe vocabat, vt eos in multis inſtrueret. Vnde Chryſ. enarrans illa verba, 1. Timoth. 3. *Sperans me ad te venire citò, ſi autem tardauero, &c.* Et 2. ad Timoth. 4. ſuper illud, *Feſtina ad me venire citò.* Idcircò (inquit) illum vocat ad ſe, cupiens antequam excederet è vita, plurima fortaſſis illi cõmendare. Idem Apoſtolus cap. 3. huius epiſt. *Feſtina* (inquit) *ad me venire Nicopolin.* Vbi Chryſoſt. *Quid* (inquit) *ſibi vult, cùm iam eum præfeceras inſulæ, rurſus ad te ipſum vocas? Non* (inquit) *hoc ago, vt illum à ſuo remoueam miniſterio; ſed, vt à me inſtruatur, doctiorque diſcedat.* Multa profectò opus eſt doctrina, & perfecta, ei qui dux eſt viæ, qua in cælum itur, futurus. Non ſatis eſt didiciſſe, ſed à Paulo didiciſſe. Hunc ergo vos, quibus eſt animarum cura commiſſa,

Nocturna verſate manu, verſate diurna.

Hîc habetis, quæ veſtro muneri rectè obeundo neceſſaria ſunt in epitomen vtiliter redacta.

Chryſoſt. 1. Tim. 3. 2. Tim. 4.

Tit. 3.

Chryſoſt.

Horat. in Arte.

De Pauli, qui autor eſt huius epiſtolæ, doctrina.

SECTIO III.

Euſeb.

Sublimitas doctrinæ.

I. QVàm præclara ſit doctrina D. Pauli, teſtatur Euſeb. Cæſ. lib. 3. cap. 24. Eccleſ. hiſtoriæ: *Paulus* (inquit) *qui inter cæteros Apoſtolos eruditior etiã in verbis videtur, & in ſenſibus præpotens, non ampliùs, quàm paruulum epiſtolarum ſuarum corpus reliquit, quod vtique immenſa continet intra ſe, atque innumera Sacramenta: vtpotè, qui vſque ad tertium cælum raptus, quæ gererentur, inſpexerat; & in ipſum quoque Deo dignum paradiſum abductus, viderat ibi ineffabilia verba; & doctrinam, illius interim ſcholæ diſcipulus effectus, exceperat.* Hæc ille. Quòd ſi doctrina hominis cuiuſuis, qui in ſchola Platonis, aut alterius magni nominis philoſophi auditor fuit, eximia putatur; qualis exiſtimanda eſt ea, quæ in arcano beatarum mentium ſenatu, Deo ipſo docente, tradita Paulo fuit? Hinc illæ epiſtolæ hæreſum iugulatrices; & Eccleſiaſticam diſciplinam continentes diuinitatemque, vt ita dicam, ſpirantes ad ſeptem Eccleſias, nouem: ad Timotheum, duæ; ad Titum, vna; ad Philemonem, vna; ac tandem poſtrema ad Hebræos, quam plerique ob ſtyli elegantiam à cæteris diſſen-

Paulus quibus ſcripſerit.

tien

tientem, cum Tertulliano Barnabæ attribuunt, aut Lucæ Euangelistæ, vt autor est D. Hieronym. in catalogo scriptorum Eccles. vel Clementi Romanæ postea Ecclesiæ Episcopo, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. Immeritò tamen: Paulus enim cùm Hebræus esset, Hebræis scripsit Hebraicè, id est, suo eloquio, disertissimè, vt ea, quæ eloquenter fuerant in Hebræo, eloquentiùs, vt D. Hieron. annotauit, verterentur in Græcum. Atque hæc causa est cur à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Accõmodat stylum Paulus personis, ad quas scribit, non tam curans verborum ornatum, quem profani scriptores magni faciunt, quàm rerum, & mysteriorũ copiam, & dignitatem à sapientibus in pretio semper habitam. Hoc institutum tenuisse se in scribendo profitetur Persius, Sat. 5. Tertull. Hieron. Persius, Sat. 5.

Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis,
Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.

Extat singulare iudicium D. Petri Apostolorum principis de doctrina Pauli in 2. Canonica, cap. 3. Postquam enim futurum iudicij magni diem, & aduentum Christi proposuit, vt Christiani illum castè & religiosè viuentes, expectarent: commendata insuper Dei longanimitate & patientia: siquidem offensus nõ statim irascitur, sed pœnam differt, vt impij conuertantur, & pij meliores reddantur, subiunxit: *Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundùm datam sibi sapientiam scripsit vobis, &c.* Si petas, vbi Paulus de hoc argumento egerit; certum est, id in Epistola ad Rom. cap. 2. inueniri: *Ignoras* (inquit) *quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? &c.* Certum etiam est in omnibus Epistolis; cùm D. Petrus dicat, *sicut & in omnibus Epistolis loquens in eis de his*, scilicet de aduentu Domini, & longanimitate ipsius. 2. Petr. 3. Rom. 2.

II. Libet expendere verba Petri Apostolum laudantis. Imprimis vocat eum charissimum fratrem, vt omnes, qui Paulo succensebant ob libertatem, qua lege Mosaica abrogata, Christi fidem, & gratiam stabiliebat, intelligerent, in illa prædicatione sibi fratrem fuisse; nec illa reprehensione, cuius est mentio, ad Galat. 2. eius animum fuisse, ad reprobationem doctrinæ reprehensoris sui, vel tantillum permotum; imò ad laudem, vt par erat, incitatum. Vtinam Apostolicam hãc synceritatem imitaremur. Laudat Petrus obiurgatorem suum, & sibi in faciem resistentem; vt Moyses olim, Exod. 18. Lethro socerum suum, & reprehensorem: à quo audiuit, *Non bonam rem facis, stulto labore consumeris.* Deinde aduerte sapientiæ Pauli Iudicium D. Petri de doctrina Pauli. Gal. 2. Laudat Petrus Paulũ, à quo fuerat reprehensus. Exod. 18.

commendationem à Petro factã, præsertim eò spectare, vt Hebræi toto orbe dispersi, cum voluptate legerent illius Epistolas, ex quarum lectione sperabat fore, vt susceptam Christi fidem constanter retinerent; à qua nõnulli iam exciderant, vt Phigelus, Hymenæus, & Alexander æratius, quos Apostolus nominat in 2. ad Timoth. 2. & alij postea exciderunt; nempe Philo Alexandrinus, eloquentiæ laude clarissimus, vt autor est Photius in Bibliotheca sua: & Aquila Ponticus Scripturarum interpres, vt ait Epiphan. in lib. de ponderibus & mensuris, & alij innumeri. Admonet præterea D. Petrus, in Epistolis Pauli aliqua contineri difficilia, & obscura. Voluit enim Deus, vt omnibus vtilis esset doctrina Pauli, dum & vulgares homines inuenirẽt facilè, quæ sibi vsui essent; & viri magno ingenio, & alta mente præditi, in difficilioribus locis interpretandis desudarent, & cognita cum labore mysteria pluris facerent, & cùm opus esset, populo aperirent. Accedit adesse nobis Spiritum sanctum à Christo promissum, qui obscuris Scripturæ locis lucem interpretationis afferat, cùm oportuerit. Ioan. 14. *Suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Simul admonet ab hæreticis multa in Epistolis Pauli, sicut & in aliis Scripturæ sacræ partibus depravari. Vocat autem quàm aptissimè hæreticos indoctos, & instabiles. Sic enim ait: *In quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles depravant.* Sunt Pauli sententiæ, imò & verba singula ita connexa, vt mirabile quoddam succrescere faciant mysteriorum nostræ fidei ædificium. Legenti nanque illius Epistolas attentè, exoritur ingens admiratio, quàm ab vltimis principiis deducit abditissima! quàm acutè refellit aliena! quàm strenuè communit, & corroborat dogmata! quo ordine digerit singula, & quod est in fidei mysteriis tradendis perutile, quanta frugalitate verborum! Nihil est in eo vacans, aut inane; omnia solida, & plena: nusquam sinit lectorem oscitari, aut aliud agere. Verè de illo dici potest, quod in minori causa Lysiæ Athenienſi attribuitur, ruituram structurã vniuersam, si vel vnum verbum tanquam lapidem detraxeris. Hanc Paulinæ doctrinæ concinnitatem, quoties, proh dolor! hæretici vno addito, vel detracto verbo, vt sua stabiliant, deliramenta deprauant. Hi profectò licèt humanam profiteantur philosophiam, cæteráque artes liberales calleant, D. Petro, hoc est, supremo Ecclesiæ vertici, & morum censori, indocti sunt, instabiles, & infantissimi. Dúmque se Theologos esse iactant, nebulones euadunt, & pro Theologis matæologos exhibent, instabiles, varios, & Proteo omnino similes.

2. Tim 2. Philo excidit à fide. Photius. Aquila. Epiphan.

Ioan. 14.

Hæretici indocti & instabiles.

Ifti Pauli Epiſtolas (inquit Petrus) *deprauant*, hoc eſt ad ſenſus impios detorquent, ſicut & cæteras Scripturas ad ſuam ipſorum perditionem.

III. Digni ſunt profectò, qui tam inſigni leuitate in vtrumq; Dei Teſtamentum feruntur, vt falſariorum pœna plectantur. Si enim teſtamẽtorum falſarij, capite culpam luunt; quid de illis ſentiendum eſt, qui Teſtamenta Dei viuentis, ad res ineptiſſimas, iure Pontificio neglecto, detorquent? Definiunt pro ſuo arbitratu hos libros eſſe canonicos; illos non eſſe: carpunt interpretes, qui ex Hebræo, aut Græco biblia tranſtulerunt; cúmque ipſi turpiſſimè ab ſcopo aberrent, hallucinatos fuiſſe viros doctiſſimos temerè calumniantur. Prodigioſa eſt, & prorſus inſana horum hominum arrogantia, qua Cõcilia Oecumenica, & Patrum Scripturas interpretantium ſcita contemnunt. Vnum vel alterum dictum producam, cui ſimile in philoſophorum etiam ſuperbiſſimorum ſcholis nihil vnquam auditum fuit; ab hæreticorũ tamen ore, tanquam è Cerberi latrantis faucibus. Audi Lutherum contra Eraſmum, quid deblateret: *Deponit* (inquit) *quicquid armaturæ ſuppeditant Orthodoxi veteres, Theologorum ſcholæ, autoritas conciliorum, & Pontificum, conſenſus tot ſæculorum, ac totius populi Chriſtiani. Nihil recipimus, niſi Scripturas, ſed ſic, vt penes nos ſolos ſit certa autoritas interpretandi. Quod nos interpretamur, hoc ſenſit Spiritus ſanctus. Quod aſſerunt alij, quamuis multi, quamuis magni, à ſpiritu ſatanæ, & aliena mente profectum eſt.* Idem de ſanctis Patribus ita ſcribit, *Omnes perierunt, ſi ita ſenſerunt, vt ſcribunt, niſi fortè, qui reſipuerunt, ante ſupremum vitæ diem.* Quid Pomeranus? *Noſtri* (inquit) *Patres, ſiue Sancti, ſiue non Sancti, nihil moror, excæcati ſunt, &c.* Sed quis æquis auribus huiuſmodi verborum portenta audire poteſt? Quis dubitet eos indoctos appellare, qui non adhærent ſanctiſſimorum, & doctiſſimorum Patrum interpretationibus? Quis non animaduertit mutari ab hæreticis in horas incredibili temeritate, & inconſtantia opiniones?

Lutheri infana audacia.

Pomerani blaſphemia.

IV. Celebre eſt dictũ, & imprimis elegans, Frederici Saxoniæ Ducis, qui rogatus à Catholicis, quid Lutherani ſui crederent, reſpondit: *Quid nunc credant bene noui, quid autem anno ſequenti crediturí ſunt, prorſus ignoro.* Tanta eſt eorum, qui primam fidem irritam fecerunt, inconſtantia! *Deprauant* (inquit D. Petrus) *Scripturas ad ſuam ipſorum perditionem.* Atque vtinam hic ſiſteret gradum tam prodigioſa arrogantia, nec mali contagio ad alios funderetur. Admonet nos profectò hic locus, ne multùm nobis tribuamus; ſi Eccleſiæ filij ſumus

Fredericus quid ſenſerit de ſuis Lutheranis.

1.Tim.3. sumus, *quæ eſt domus Dei, columna, & firmamentum veritatis*, conſulamus Auguſtinum Hieronymum, vtrumque Gregorium, & cæteros Patres, quos mundus agnoſcit, & veneratur: quæ ab iis fontibus ſanædoctrinæ manauerint, ea purè & caſtè amplectamur; quæ ex lacunis hæreticorum veneno infectis prodierint, tanquam peſtilentem contagionem deteſtemur. Imitemur Danielem, qui Hieremiæ orationes legit. Et D. Petrum, qui Pauli Epiſtolas priùs à ſe lectas, & commendauerit nobis, & ad vſum Eccleſiæ confirmauerit. Hæc de Pauli doctrina dicta ſint, vt fideles, & pij, quid impij homines corruperint cùm in cæteris Epiſtolis, in quibus arcana fidei myſteria continentur; tum in duabus ad Timotheum, tum in hac ad Titum, quæ hierarchicam continent diſciplinam, & morum Eccleſiæ rectam inſtitutionem, facilè animaduertant; Patrúmque, quos ſequimur, & veneramur, magni faciant interpretationes.

De Titi, ad quem ſcribitur Epiſtola hæc, vita, & morte.

SECTIO IV.

I. TItus, natione Græcus, Pauli diſcipulus, & in Baptiſmo filius, fuit. Is ſolus ex iis, qui relicto paganiſmo Chriſtiani exercitus teſſeram ſecuti ſunt, poſt Euãgelium, à Paulo Apoſtolo circun-
Iſidorus. ciſus fuit, vt annotauit D. Iſidorus, in lib. de vita, & morte Sanctorum. Eius mentionem facit Euſeb. Cæſ. lib. 3. hiſt. Eccl. cap. 4. inter
Euſeb. Apoſtoli præcipuos aſſectatores. Sic enim ait, *Lucas, in Actibus Apoſtolorum, plurimos eius ſocios memorat, & participes prædicationis, ſicut Timothei meminit, & Titi: quorum alter in Epheſo Epiſcopus; alter ordinandis*
Baron. *apud Cretam Eccleſiis ab eo præficitur, &c.* Aliqui, vt refert Baronius tom. 1. Annalium Eccleſ. anno Chriſti 58. opinati ſunt, non Cretæ ſolùm, ſed & aliarum eiuſdem pelagi adiacentium inſularum, Titofuiſſe curam ab Apoſtolo demandatam. Quin & eiuſdem Apoſtoli
2.Tim.4. teſtimonio compertum eſt, 2. Timoth. 4. poſtea, & in Dalmatiam. Euangelij cauſa profectum eſſe. Vnde reuerſus, annos natus 94. vt
Baron. Baronius refert, in Martyrologio, 4. Ianuarij, multis præclarè ordinatis Eccleſiis, in Creta feliciter diem ſuum obiit; & ſepultus eſt.
Hieron. De eo ita Hieron. in Catalogo ſcriptorum Eccleſ. Titus Epiſcopus
Mors Titi. Cretæ in eadem, & in circumiacentibus inſulis prædicauit Euãgelium Chriſti. Ibidem autem, & dormiuit, & ſepultus eſt. De illius
Ignat.M. moribus illud taceri non debet, quod teſtatur D. Ignatius Martyr, in epiſtola ad Philadelphos, eum nimirum virginem extitiſſe. Sic enim

enim Virgines alloquitur: *Virgines præ oculis Christum habete, & eius Patrem in animabus vestris, illuminatæ à Spiritu sancto. Memor sum sanctitatis vestræ, sicut Eliæ, sicut Iesu Naue, sicut Melchisedech, sicut Elisæi, sicut Hieremiæ, sicut Ioannis Baptistæ, sicut dilectissimi discipuli, sicut Timothei, sicut Titi, &c.* In eadem epistola multa inuenies, quæ ab Ignatio videntur ex hac epistola ad Titum desumpta. Titus Virgo fuit, sicut & Timoth.

II. Accedit ad laudem Titi, quòd eo familiariter admodum Apostolus sit vsus, ob singularem vitæ, & morum probitatem, vt constat ex posteriori epistola ad Corinth. cap. 2. vbi eum fratrem suum vocat, eorum scilicet opinionem refutans, qui propterea Titum iuuenem fuisse putarũt, quòd ad illum scribens Paulus, filium charissimum vocet: quòd enim eum nunc fratrem, nunc filium appellat, amoris est, non ætatis colligendæ indicium. Et cap. 7. eiusdem epistolæ: *Nam & cùm venissem in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores; sed qui consolatur humiles, consolatur nos Deus in aduentu Titi. Non solùm autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestram emulationem pro me, &c.* De eodem agit cap. 12. Vnde suspicor venisse in mentem D. Chrysost. homil. 1. eum Corinthium fuisse. Nam in eo capite purgans se Apostolus apud Corinthios, qui alieniore ab eo videbantur esse animo, quòd suspicarẽtur se artificio ad fidem venisse, ait se ad illos Titum misisse, qui cùm eorum ciuis esset, pati non debuit dici, aut fieri aliquid in fraudem patriæ suæ: *Rogaui* (inquit) *Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circunuenit? nonne eodem spiritu ambulauimus? nonne eisdem vestigijs? &c.* Est etiam mentio Titi honorifica in 2. cap. ad Galat. *Deinde* (inquit) *post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundùm revelationem, & contuli cum eis Euangelium, quod prædico in gentibus; seorsum autem ijs, qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset Gentilis, compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres, &c.* Vbi Primasius enarrans illa verba, *sed propter subintroductos, &c.* sic ait, Reddit causam secundùm Latina exemplaria, quæ nimirum habent ferè particulam, *sed*, aduersatiuam, quam Hieron. & alij Patres, ne admittant, Titum hominem Gentilem fuisse circuncisum, expungunt. Quare Titum circunciderit? non quia illi circuncisio prodesset, sed vt scandalum vitaretur. 2. Cor. 2. Infrà 7. Infrà 12. Chrysost. Titus iubetur prædicare suis. Galat. 2. Paulus confert Euangelium cũ Petro. Primasius.

III. Et quidem nihil incommodi est, si dicamus cum Isidoro, Isidorus.

de vita, & obitu Sanctorum, cap. 88. non solùm Timotheum post Euangelium fuisse circumcisum, sed etiam Titum, vt Iudæis, qui toto orbe erant dispersi, ipsa circumcisione, quod erat gentis Hebrææ signum, in prædicatione Euangelij esset acceptior. Licèt enim id temporis mortua iam esset circumcisionis lex; non tamen erat mortifera, nec futura erat vsque ad excidium Hierosolymitanum, vt D. Aug. discedens à Hieronymi sententia, putauit. Porrò Mortuæ Synagogæ, quam Apostolus, obseruatis ex causa interdū Mosaicis ceremoniis, existimauit cum honore sepeliendam, præter alia signa, illud fuit mirabile, quo *velum templi scissum est medium*, vt inquit Luc. cap. 24. significatum enim ea re fuit, vmbras, ænigmata, & velamina veteris legis finem habuisse. Vnde eleganter D. Ambrosius ibidem: *Etiam velum scinditur, quo vel duorum populorum diuisio, vel mysteriorum synagogæ profanatio declaratur. Scinditur ergo velum vetus, vt Ecclesia noua fidei sua vela suspendat.* Hæc Ambr. Quibus verbis insinuat synagogam veluti nauem esse, vetustate & discissis velis in morte Christi, ad littus allisam, quæ igni tantùm deinceps inseruire possit; non nauigationi. Ecclesiam verò nouam, instar esse nouæ nauis Christi Euangelio præparatæ; cui noua vela sint appensa ad excipiendum diuini spiritus flatum; quo per mare huius vitæ ad portum cælestis patriæ prouehamur.

Auguſt.

Luc. 24.

Ambroſ.

Velum vetus ſcinditur, vt Eccl. noua fidei vela ſuſpendat.

Hilarius.

IV. Finem hunc legis, præclarè etiam Hilarius significari intellexit, in responsione data à Christo interrogationibus Pontificis, & Pilati. In commentariis enim in Matth. cap. 32. ad finem, sic ait: *Interroganti Pilato, an ipse esset Rex Iudæorum, respondit: Tu dicis: sed perquàm diuersus sermo est, qui fuerat ad sacerdotem. Illi enim quærenti an ipse Christus esset, dixerat: Tu dixisti, &c.* Significat ex sententia Hilarij Christus sacerdoti, qui Iudæus erat, & venturum Christum quærebat; dum ait, *Tu dixisti:* Non esse iam quærendum Christum venturum. Quæris an sim Christus? *Tu dixisti. Hoc ideò* (inquit Hilarius) *quia lex omnis venturum Christum prædicaucrat, respondetur tanquam de præteritis, sacerdoti, quia semper venturum Christum ex lege, ipse dixisset.* Hæc Hilarius, quasi dicat: Vmbræ legis, & tota synagoga, dixit: Hoc enim verbum ad finem orationis poni solet ab oratore, & peragenti in comœdia personā Regis aptè dicitur, si velit egredi in scenam regio cultu. Ne exeas, dixisti: Lusitanè, *fosse figura, dissesse teu dito, &c.* Ecclesiæ verò nouæ quærenti Christum ait Dominus: *Tu dicis*, quasi dicat: cùm non sis figura vetus, dicis & quasi in scena confessionis fidei, & Christi persecueras, nec finem dicendi facies.

Matt. cap. 32.

Chriſtus aliter ſacerdoti reſpõdit aliter Pilato.

42. anni dati ſunt ſynagogæ ſepeliendæ.

Vnde

Vnde Hilar. *Legis ignaro*, scilicet Pilato, *interroganti, an ipse esset Rex Iudæorum, dicitur: Tu dicis, quia per fidem præsentis confessionis, salus gentium est, &c.* Itaque quanuis Christus finem attulerit synagogæ, eóque in Cruce expiranti, illa quoque expiraverit; sepulturæ tamen illius concessit spatium 42. annorum, intra quod tempus, qui legalia ob honestam aliquam & vtilem cõuersioni hominum ad fidem Christi rationem, obseruaret, vt Timotheus, qui propterea circumcisus est, vt feliciùs Euangelium prædicaret, quanuis mortuæ legis, non tamen mortiferæ diceretur obseruator.

V. Admirari tamen satis nequeo, vt iam alibi annotaui, Timothei in re difficili docilitatem, qui cùm nullo præcepto seueræ obedientiæ compelleretur circumcidi, tamen ne Iudæis offensioni esset, magistri sui Pauli obsequens nutui, circumcidi voluit. Quòd si Tito etiam accidit (vt aliqui asserunt) magis mirandum est, cùm Gentilis fuerit, & ab Hebræorum moribus abhorrens: Vnde hoc homini Græco, & vtroque parente Gentili nato? Didicerat nimirum pluris facere obsequium amoris, quàm officium timoris, ex vers. 13. Psal. 118. *Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est.* Vbi Hilar. tom. 2. *Promptum* (inquit) *fuerat dixisse; Quomodo feci legem tuam; sed quia maius meritum est, amantem aliquid agere potius, quàm timentem, idsircò ait, Dilexi legem tuam. Differt enim longè obsequium amoris, à timoris officio, nec habet gratiam voluntatis, necessitatis operatio.* Et infrà: *Multi iciunant, dum à nobis obiurgari timent. Multi aliquid in vsum indigentium præbent, dum à nobis exprobrari auaritiam pertimescunt. Multi Ecclesiam adeunt, dum argui absentiam, & negligentiam erubescunt. Sed non omnes id, quod faciunt, & amant. Propheta in nullo infirmus est. Quod amat, facit; & quod facit, indeficienter exercet. Legem enim, quam diligit, omni die, & sine intermissione meditatur.* Hæc Hilar. Lex autem nobis esse debet ad agendum cum dilectione, non solùm vrgens præceptum, sed etiam illius, quem loco Dei colimus significata voluntas: exemplo Titi, qui Paulo non compellenti, sed voluntatem in re quanuis etiam difficili significanti, sæpe obtemperauerit.

Amor in præceptis obseruandis.

Psalm. 118. Hilarius.

Titi obediẽtia.

VI. Cæterùm licèt non improbauerim omnino eorum sententiam, qui cum Primasio putant Titum fuisse circumcisum; nemo arbitrari debet, eam me sequi opinionem. Semper enim cum Augustino intellexi, probabiliùs affirmari, illum in præputio perseueraſſe, nec ob introductos fratres, de quibus mentio fit ad Gal. 2. fuisse circumcisum. Audi Auguſt. epistola 19. ad Hieronymum.

Primasius.

Auguſt.

Galat. 2.

Hunc igitur, nempe Timotheum, *Paulus circumcidit, ne Iudæis maximè cognitoribus paternæ, sic viderentur, qui ex gentibus in Christum crediderant, detestari circumcisionem, sicut idololatriam: cùm illam Deus fieri præceperit, hanc Satanas persuaserit. At Titum propterea non circumcidit, ne occasionem eis daret, qui sine circumcisione, dicebant, credentes saluos esse non posse, idq. Paulum etiam sentire, ad gentium deceptionem, iactarent. Quod satis Galatis significat, vbi apparet, quid eos captare intellexerit, vt non faceret in Tito, quod in Timotheo fecerat: Et quod ea libertate facere poterat, qua illa sacramenta ostenderat, nec tanquam necessaria appetenda, nec tanquam sacrilega damnanda, &c.* Idem contra Faustum lib. 19. cap. 17. eandem recolit sententiam. Et in lib. ad Consentium de mendacio, cap. 5. *Non, vt quidam putant, simulatione Paulus Timotheum circumcidit, aut alia ritu Iudaico sacramenta celebrauit; sed ex illa libertate sententiæ suæ, qua prædicauit circumcisionem nec gentibus prodesse, nec Iudæis obesse.* Et infra: *Nam & Titum item circumciderei, cùm id vrgerent Iudæi, nisi hoc subintroducti falsi fratres, ideo fieri vellent, vt haberent, quod de ipso disseminarent, tanquam eorum cessisset veritati, qui spem salutis Euangelicæ, in circumcisione carnis, & huiusmodi obseruationibus esse prædicarent, & sine his neminì Christum prodesse contenderent, cùm nihil contrà eis prodesset, qui eo animo circumcideretur, vt ibi esse salutem putarent. Ex hac ergo libertate Paulus paternas obseruationes, cùm alias, tum circumcisionem, in Timotheo seruauit, in Tito omisit, &c.*

August. Titum nõ fuisse circumcisum, quare.

Qua occasione impulsus Apostolus ad Titum scripserit.

SECTIO V.

I. PAulus, quem Spiritus sanctus elegerat, vt doctor gentium esset, & Apostolus, perlustrans Græciæ Ecclesias, intellexit nõ minoris esse virtutis augere Dei Ecclesiam multitudine populi fidelis, quàm auctam amplificare adhuc magis, & à periculis defendere. Videns autem occasione suæ absentiæ, multos in Græciæ regionibus circumuagari pseudo Apostolos, & doctores ex fæce Iudaica quotidie in perniciem Euãgelij emergentes: occurrere, quando præsens non poterat, huic detrimento, statuit, sociis & discipulis ad prouincias missis, vt cõstat ex posteriori epistola ad Corinthios, & ex hac ad Titum, in cuius initio apertè significat, admonendi discipulum per epistolam de rebus ad rectam Ecclesiæ constitutionem necessariis occasionem præbuisse pseudo Apostolos, & quosdam obstinatè Mosaicam legem cum doctrina Christi copulantes.

Ad Corint. Tit. 1.

Sic

Sic enim ait: *Sunt multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè, qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui; qui vniuersas domos subuertunt, docentes, quod non oportet, turpis lucri gratia, &c.* Hos enim fabulis quibusdam, & genealogiis, quæstionibúsque inutilibus vacare ait, falsam & humanam pro vera & Catholica, doctrinam ingerentes. Næ, hi impostores & pacis Christianæ turbatores, cùm semper vitandi sint, & à societate fidelium ablegandi; tum in principio Ecclesiæ maximè vitandi erant; & ne cõtagione sua sanas Reipublicæ partes peruaderent ob ignorantiam simplicis plebeculæ, ostendendi; & si cathedram pestilentiæ iam tenerent, digito, vt horrori essent, designandi. Iudæi vaniloqui.

II. Horum causa, vt refert Baron. tom. 1. Annal. Eccles. anno Christi 58. quòd multa impudenter mentiti essent de Christo, Lucas scribendi Euangelium, arripuit occasionem. Et quidem, dum ita exorditur Euangelium suum: *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum, &c.* Pseudo Apostolos, & falsæ doctrinæ scriptores, quorum libros improbabat, sugillari, constans est Patrum opinio. Ita Orig. hom. 1. in Lucam. Epiphanius hæresi 51. Ambros. in cap. 1. Lucæ, & alij. Quamuis autem iam hoc tempore Matthæi, & Marci Euangelia scripta essent; apta tamen non erant Græcorum vsui, ob idiomatis diuersitatem. Nam Matthæus Hebraicè & Hebræis, Marcus verò Latinè, & Latinis, suum quisque Euangelium, scripserunt. Quare rationi consentaneum fuit, vt Lucas iussu Pauli, hoc ipso tempore, quo Græcia peruersa doctorum iudaizantium multitudine infestabatur, Euangelium Græcè scriberet. Dixi iussu Pauli, quia Tertull. lib. 4. contra Marcionem Euangelium Lucæ illud ipsum fuisse, quod suum Paulus dicit, affirmat. Cui consentit D. Hieron. de script. Eccl. Intentus enim Paulus in studium iuuandi Ecclesiam, non solùm ipse ad Corinthios, ad Titum, & ad alios discipulos suos epistolas scribebat, sed etiam Euangelium suum à Luca exceptum, circumferri voluit per Ecclesias Græciæ, vt ex illo sumerent fideles argumenta, contra pseudo Apostolorum perfidiam. Baron. An. 58. Orig. Epiphan. Ambros. Matth. Hebraicè, Marcus Latinè scripsit, Luc. Græcè. Tertull. Hieron.

Quo anno, & loco scripta fuerit hæc epistola.

SECTIO VI.

III. QVantùm fas est conijcere ex Taciti Annal. lib. 13. & Act. cap. 29. incidit scriptio huius epistolæ in annum Christi Tacit. Act. 29.

quinquagesimum octauum. Cui coniecturæ accedit Baron. tom. Annal. Eccles. anno 58. Cùm enim Paulus anno præcedenti appulsus esset ex insula Creta in Græciam, vt ex D. Luca, Act. 20. colligitur; iamque viam sibi muniret, vt Euangelium cæteris etiam nationibus inferret, quæ vsq; ad Illyricum sparsæ sunt; Titum, quem Ecclesiæ Cretensi Episcopum præfecerat, scripta ad eum hac epistola, hortatus est, vt Nicopolim, quàm ocyssimè posset, se cõferret. Hoc ipso anno scripsit posteriorem ad Corinthios epistolam, vt constat ex crebra Titi, qui Corinthius erat, vt Chrysostomus suspicatur, mentione; & ex Baronio, loco indicato. Cuius opinio de loco, vnde missa fuit, Epistola ad Titum, à cõmuni ferè Patrum sententia recedit. Putat enim non à Nicopoli (quæ ciuitas est: iuxta sinum Ambracium posita in prouincia Acarnaniæ, qua terminatur Epirus à Græcia per Acheloum flumen diuisa; & de qua agimus in argumento) sed è Græcia ipsa, nullo assignato oppido, aut vrbe, scriptam fuisse. Pro sua opinione adducit verba illa cap. 3. *Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare, &c.* In quibus verbis Apostolus (inquit) cùm dicat, *Ibi statui hyemare*, nondum eò peruenisse planè declarat.

Ann. 58. Baron. Act. 20. Chrysost.

IV. Cæterùm licèt ex dictis verbis, non satis firma ratio depromatur ad definiendum locum scriptionis fuisse Nicopolim; aliqua tamen coniectura elicitur, quæ confirmatur, cùm ex Græco Codice, ad cuius finem sunt hæc verba scripta, ex Nicopoli Macedoniæ; tum ex Theophyl. Theodoreto, & Oecumenio, quorum vltimus ad finem commentarij ad Titum, sic habet: *Ad Titum primum Ecclesiæ Cretensium ordinatum Episcopum, scripta est ab vrbe Nicopoli Macedoniæ.* Ad eandem sententiam accedunt omnes, quos viderim interpretes; locum citatum eo modo, quo communis opinio habet, exponentes, vt ibidem annotabimus. Rectè etiam ex illis verbis: *Decreui hyemare Nicopoli*, infert D. Chrysost. nondum fuisse Paulum in vincula coniectum; præcedereque hanc epistolam secundam, quæ ad Timotheum scripta est ex vinculis. Tantùm de præfatione.

Theophyl. Theodor. Oecum. Chrysost.

EPI

EPISTOLÆ
B. PAVLI APOSTOLI
AD TITVM
ARGVMENTVM.

PAVLVS, *non vnius tantùm insulæ, aut prouinciæ pastor, sed vniuersarum gentium Apostolus, iactis veræ fidei fundamentis in Creta; Tito discipulo suo, ac filij loco habito; ad alias prouincias iturus, prosequendi incœpti à se operis, partes mandauerat, atque ob eximias dotes, toti Cretæ, hoc est, insulæ nobilissimæ præfecerat, & in Archiepiscopum consecrarat. Huic scribit, ex vrbe Nicopoli. Est autem Nicopolis ciuitas Epiri, à Victoria Augusti Cæsaris sic appellata; qui cum Cleopatram, & Antonium apud Actium superasset, in proximo littore vrbem ædificauit. Ad quam victoriam pertinet illud Virg. 8. Æn.* Virg. 8. Æn.

Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar, &c.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo.

Et infrà:

Desuper: omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs; omnes vertebant terga Sabæi.

D. Hieron. in præfat. post D. Athanasium in synopsi, & alios antiquissimos, & doctissimos Patres, non aliunde, quàm à Nicopoli scriptam fuisse statuit hanc epistolam; sic enim ait: Scribit Apostolus, O Paula, & Eustochium de Nicopoli, quæ in Actiaco littore sita, nunc possessionis vestræ pars vel maxima est, &c. *Monet autem Titum, vt quod ipse apud Cretenses bene cœperat, consummet, absoluatque; Episcopos, & presbyteros* Hieron. Athanas.

bytero; per ſingulas ciuitates, idonei paſtoris Eccleſiæ Dei officio defungens, inſtituat. Et quoniam huc penetrarunt ſolita importunitate pſeudo Apoſtoli, qui Iudaiſmum ſuum omnibus ingerebant; hortatur eum, vt illos conſtanter reiiciat, ac confutet. Deinde perſonarum, & ætatum rationes officij præſcribit iis ſimiles, quas Timotheo obſeruandas definierat. Vult etiam, ne quis magiſtratibus, quòd à fide Chriſti alienato ſint animo, obedientiam deneget, niſi Deo, aut bonis moribus contraria præcipiant. Addit tandem velle ſe, vt cum Artemas & Tychicas à ſe miſſi, in Cretam fuerint appulſi: ipſe Nicopolim veniat. Æquum enim erat, vt ille, qui dixerat, Sollicitudo mea omnium Eccleſiarum; *& qui Euangelium Chriſti vſque ad Illyricum de Hieruſalem proficiſcens, fundauerat, non pateretur, & ſui, & Titi*

Hieron. *abſentia Cretenſes deſtitui. A quibus, vt D. Hieron. loco cit. ait, primùm idololatriæ ſemina pullularunt: ſed mitteret eis pro ſe, & Tito, Artemam, & Tychicum, quorum doctrina, & exemplo, abſentiam ſui paſtoris, & deſiderium conſolarentur. Poteſt meritò hæc Epiſtola prioris ad Timotheum Epitome iudicari; Quæ enim ibi fusè, hîc breuiter explicantur, vt legenti vtramque facilè conſtabit: niſi quòd ad finem huius epiſtolæ benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei ad imitationem nobis peculiariùs proponitur, vt ſobriè, iuſtè, & piè in hoc ſæculo*

viuamus.

EPI

EPISTOLA
B. PAVLI APOSTOLI
AD TITVM.
IN CAPVT PRIMVM
PERIOCHA.

Creditum sibi, non ab hominibus, sed à Deo Euangelium præfatus, Tito pacem precatur, & gratiam: quem admonet, vt per singulas ciuitates, presbyteros instituat gubernationi Ecclesiasticæ idoneos; ne videlicet hæresum, quas impij doctores proseminant, in perniciem sanæ doctrinæ, infelix lolium, & steriles auenæ *succrescant. Si enim Euangelij prædicatores tales fuerint, quales eos Paulus expingit, herbas noxias ex agro Ecclesiæ extirpatas, comburent, & illarum satoribus, hoc est, hæreticis contradicentes, vberi fidelium animarum prouentu horrea Christi implebunt. Sed iam ad explicationem veniamus.*

CAPVT PRIMVM.
SECTIO I.

VERS. 1: Paulus seruus Dei, Apostolus autem IESV Christi secundùm fidem electorum Dei.

Græcè; Παῦλος δοῦλος Θεοῦ, Ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

VTITVR hîc D. Paulus noua salutatione, vt annotauit D. Hiero. Cùm enim in epistola ad Romanos, sic exorsus sit, *Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus*: in hac seruum se Dei dicit: Apostolum verò Iesu Christi, vt intelligamus, quia sicut, qui credit in Filium, credit & in Patrem; ita seruitus Pauli, & cuiuscunque

Hierom. Noua salutatio.

Theodor. catholici ad vtrunque indifferenter referenda est. Vnde Theodor. *Sine discrimine* (inquit) *aliquando quidem Christi, aliquando verò Dei se seruum nominat; scit enim esse commune, &c.* Idem aduertit D. Chryf. Theophyl. & Oecum. Particula, *autem*, posita est hoc loco pro coniunctione, *Et*. Vt enim aduertunt Grammatici ἦ apud Græcos, frequenter ponitur pro coniunctione τε siue ᾧ quod hîc factum apparet. Vt sit sensus, Paulus seruus Dei, & Apostolus Iesu Christi. Vnde non debet imperitiæ sermonis Græci adscribi, quòd Apostolus non præcedente particula, *quidem*, subiunxerit particulam, *autem*. vt aliqui faciunt,

Chryfost. Theophyl. Oecumen.

Hieron. qui D. Hieronymum, huius animaduersionis auctorem, allegant. Porrò hæc Pauli seruitus nobilis est: quippe quæ ex amore filiorum Dei, non ex timore supplicij alicuius profecta est. Hac ille & Deo gratus fuit, & proximis valde vtilis. Cùm enim liber esset, omnium se seruum fecit, 1. Corinth. 9. Rursus

1.Cor.9. 2.Cor.4. 2.Cor.4. *Vester* (inquit) *seruus propter Christum, siue nos seruos vestros per Iesum.* Hanc seruitutem præfert Dauid sceptro. Ait enim, Psal. 115. *O Domine, quia ego seruus tuus.* Hac decoratur Moyses vocatus toties famulus Dei, & in omni

Psalm.115. Num.12. Hebr.3. Deut.34. Iosue 1. Isai.49. Hieron. domo Dei fidelissimus, Num. 12. Hebr. 3. Deuteron. 34. Iosue 1. An non magnum est, Sanctos vocari nobili titulo, Dei seruos, cùm Pater, Isai. 49. ita alloquatur filium, *Magnum est tibi vocari te παῖδα μου*; licèt enim Græca, & *seruum* significet, & *puerum*; in Hebræo tamen, vt aduertit Hieron. non est pueri, sed

Matt.20. Philip.2. serui tantùm vocabulum; à quo Abdias propheta, seruus Domini interpretatur, nomen ex Dei sortitus famulatu. Si quem ergo mouet illum Dei, seruum dici; audiat eundem dicentem, Matt. 20. *Qui voluerit inter vos maior esse, seruus sit omnium.* Quid de eo Apostolus? *Exinaniuit semetipsum* (inquit Philipp. 2.) *formã serui accipiens.*

Hieron. In verbis illis (*Apostolus autem Iesu Christi*) obseruat Hieron. & ferè Græci expositores, Paulum, se, nullo discrimine, interdum quidem Dei seruum, &

Rom.1. Phil.1. Christi Apostolum prænotare; aliàs, Christi seruum, vt ad Rom. & Philipp. 1. & eiusdem passim Apostolum: quod propterea facit, quia commune agnoscit Patris & filij dominium, & nullum inter eos discrimen. Si enim Pater, & filius vnum sunt, vt sunt; Pauli, & nostra omnium seruitus, ad Patrem, vel filium, sine discrimine, referenda est.

Hieron. II. Super illis verbis, *secundùm fidem electorum Dei*, aduertit D. Hieron. imperitiam sermonis Græcanici D. Pauli, qui non iuxta humilitatem, inquit, vt plerique existimant, sed verè dixerat, *Etsi imperitus sermone, non tamen sententia:*

1.Cor.1. *Hebræus ex Hebræis iuxta legem, Pharisæus, &c.* 1. Cor. 1. *profundos* (inquit) *sensus*

Erasmus. *non explicat Græco sermone: & quod cogitat; in verba vix promit, &c.* Erasmus miratur hanc D. Hieronymi censuram, cùm nulla incongruitas sit in Pauli oratione. Potuit tamen Erasmus sanctissimi & doctissimi viri modestiam imitari, qui non tam censorem se profiteretur, quàm admiratorem sensuum Apostoli; qui adeò sublimes sunt, vt verbis vix explicari possint; admonens nos, vt iuxta ordinem sensuum, & seriem rerum potius quàm verborum, de singulis, vt scripta sunt, disseramus. Vocat ergo hîc Paulus seipsum Apostolum. & seruum Iesu Christi; non iuxta Mosaicam legem, in qua diu vixit; sed iuxta fidem eorum, qui non tantum vocati sunt, sed & electi ad salutem: de qua electione, Ioan.

Ioan.15. 15. *Ego* (inquit Christus) *elegi vos, non vos me.* Græcanica scholia, eundem ferè sensum reddunt. Quasi dicat Paulus, se non ob sua merita accepisse Apostoli,

ac serui

ac ſerui Dei dignitatem; ſed totum hoc eſſe gratiæ munus, vt valeat electos docere, & ad fidem inſtruere.

VERS. 1. Paulus.

De nomine D. Pauli.

ANNOTATIO I.

III. MVlta de hoc nomine in exordio vtriuſque ad Timotheum epiſtolæ diximus; quæ, ne videamur actum agere, repetenda non ſunt. Aliqua tamen, ex Patribus collecta, quæ ibi prætermiſimus, aut non ſatis explicauimus, hic ſubtexam. Imprimis D. Ambr. in cap. 1. ad Rom. ſic ait: *Apud veteres occaſione nomina imponebantur, vt Iſaac Gen. 21. propter riſum, Et Iacob Gen. 25. propter calcaneum, ita & iſte, propter inquietudinem Saulus eſt nuncupatus. Poſtquam autem credidit, ex Saulo Paulum nuncupatum, hoc eſt, immutatum, ſe dicit. Et quia Saulus inquietudo ſeu tentatio interpretatur, hic cùm ad fidem Chriſti acceſſit, Paulum ſe dicit: id eſt, quaſi ex tentatione, factum quietum, humilemq́, id eſt, paruulum; quia pax eſt fides noſtra, &c.* Ambroſ. Gen. 21. Infrà 25. Conuenit hoc Ambroſij dictum in Paulum, vel ea ratione, quia ex perturbatione Iudaiſmi, & æmulatione legis tentationes Dei ſeruis cùm antea inferret; poſtea ipſe humilitatem Chriſti ſecutus, ob ſpem vitæ æternæ multa paſſus eſt. D. Aug. in Serm. in Euangelium, de Muliere Chananæa, ſic ad nomen alludens ſcribit: *Proſtrauit Chriſtus vna voce Saulum, erexit Paulum: hoc eſt, proſtrauit ſuperbum, erexit humilem. Nam quæ fuit ratio mutandi ſibi nominis, niſi quia Saulí nomen in ſe agnouit, cùm perſequeretur, fuiſſe ſuperbiæ? elegit ergo humile nomen; vt Paulus; hoc eſt, minimus, vocaretur. De quo nomine iam gloriani, humilitatemq́, commendans;* Ego, *inquit*, 1. *Cor.* 15. ſum minimus Apoſtolorum. *Minimus ille, factus magnus non per ſe, ſed per eum, quem perſequebatur, miſſus eſt ad gentes, ex latrone paſtor; ex lupo, ouis.* Hæc Aug. commendans in mutatione nominis, vitæ mutationem. *Et infrà* perſeuerans in nominis ſignificatione Paulum vocat, *fimbriam veſtimenti Chriſti*, quæ ſanauit, Matth. 25. illam mulierem, quæ ſanguinis fluxum patiebatur, & omnes, qui illam tangebant. *Fac* (inquit) *veſtem Chriſti, quaſi Apoſtolos. Ibi fimbria Paulus erat, hoc eſt, extremus, & minimus. Nam vtrunq́ de ſe dixit: Ego ſum minimus Apoſtolorum*, 1. Cor. 15. *poſt omnes nanq́ vocatus eſt, poſt omnes credidit, plus omnibus ſudauit, &c.* In hanc extremam fimbriam deſcendit oleum vnctionis, ſiue oleum ſanctum copioſè effuſum ab Spiritu ſancto in caput Chriſti in Aarone ſignificati, de quo Pſal. 132. *Quod deſcendit in oram veſtimenti eius*, vel iuxta Hebr. *veſtimentorum eius*. Sicut enim ille odor vnguenti effuſi ſuper caput ſummi ſacerdotis diſtillabat in barbam ipſius, indéque in veſtimentorum eius oram, & extremam fimbriam, ſuaui fragrátia, ipſum & præſentes mirificè oblectabat: ita odor Chriſti, cùm in cæteris partibus, tum in fimbria ipſa, hoc eſt, in Paulo exiſtens, ipſi Chriſto & mundo gratus eſt: vnde illud; *Chriſti bonus odor ſumus.* Ambroſ. Auguſt. Paulus, id eſt minimus. 1. Cor. 15. Paulus ex lupo, ouis. Fimbria veſtimẽti Chriſti. Matt. 25. 1. Cor. 15. Pſalm. 132. Similitudo. 2. Cor. 2.

IV. Notandum verò eſt, mentionem fieri in ipſo Pſalmo, in quo agitur de vnguento odorifero, barbæ; ne quis exiſtimet, hunc odorem Pontificí & ſacerdotibus conuenientem [illegible] *eſt. Barba enim virilitatis indicium* Barba virilitatis indiciũ.

Hieron. Ezech. 5. Clem. Alex. Leuit. 19.

eſt, vt ait Hieron. in 5. cap. Ezech. Et Clemens Alex. ſtromat. 3. conduplicationẽ barbæ emphaticam eſſe docet, vt maſculi mores ſignificentur ſacerdotibus apti. Nam barbæ pili, qui nihil moleſtiæ afferunt, vultui dignitatem præſtant, virum oſtendunt, & quandam paternam reuerentiam incutiunt. Vnde Leu. 19. *Ne corrumpatis effigiem barbæ veſtræ.* Vbi vulgata editio habet, *Nec in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam, &c.* Virtus ergo D. Pauli, a Chriſto in illum effuſa, maſcula fuit, copioſa, & odorifera. Nomen verò humilitatem præferens, indicat magnam ad illum gratiæ copiam, tanquam in profundam vallem ab alto defluxiſſe, vt meritò Cyrill. lib. 3. dialogi de Trinitate, tom. 2. illum Chriſti promptuarium vocauerit; vnde ſcilicet omnes Chriſti diuitias promere poſſimus. Idem lib. 2. eiuſdem dialogi: *Eſt* (inquit) *Paulus diligens promus ſacramentorum Saluatoris noſtri, &c.* Idem refert tom. 5. lib. 3. contra Iulianum, vocari Paulum ab illo apoſtata Magum; quod nomen in eum quadrat, ſi rectiùs exponatur quàm ille expoſuit, Paulúmque vocemus Veneficum, & Magum ſapienter incantantem Gentiles, & ad Chriſtum trahentem concinnitate doctrinæ. Qui hunc diuinum Magum non audiuit, vt Iulianus, & Synagoga, *inſtar eſt aſpidis ſurdæ, quæ non exaudiet vocem incantantium, & Venefici incantantis ſapienter*: Vt dicitur Pſal. 57. Sic ad vocem Stephani ſacerdotum principes aures clauſerunt, Act. 7. ſimiles aſpidis, quæ (autore Euthymio) ne audiat incantatoris carmina; alteram aurem terræ affigere; alteram cauda obturare ſolet. Vnde Aug. enarrans prædicta verba Pſal. 57. *Stephanus* (inquit) *martyr prædicabat veritatem; & tanquam tenebroſis mentibus, vt eas in lucem educeret, incantabat. Vbi venit ad commemorationem Chriſti, quem illi omnino audire nolunt, quid de eis Scriptura dicit, Act. 7. Clauſerunt aures ſuas, &c.* Legit autem Aug. pro *quæ non exaudiet*, &c. *Quæ non exaudiet vocem incantantium, & medicamenti medicati à ſapiente, &c.* Vocat medicamentum quicquid in lege & prophetis ſcriptum eſt: hæc tamen medicamenta in lege Moſaica medicata non erant, *Aduentu Domini* (inquit Aug.) *medicatum eſt medicamentum.* Hoc vſi ſunt Apoſtoli; & Paulus eo vſus, gentes veluti carmine, vt obliuiſcerentur idololatriam, ſopiuit. Rectè ergo à non rectè ſentiente Paulus, & Magus, & Veneficus, iuxta noſtram interpretationem dici poteſt. Quo etiam ſenſu à Clem. Alex. Verbum Dei, id eſt Chriſtus, dicitur Pæonius medicus & incantator animarum.

Cyrill.

Paulus Chriſti prõptuarium vocatur.

Quo ſenſu magus dici poſſit.

Pſalm. 57.

Act. 7.

Euthym. Auguſt. Pſalm. 57.

Act. 7.

Clem. Alex.

Chriſtus Incãtator animarum.

V. Non cõmemoro id, quod Origenes in epiſt. ad Rom. ſcribit, Paulum fuiſſe binominem, argumento illorum verborum, quæ ſunt Act. 13. *Saulus, qui & Paulus, &c.* vt apud Iudæos Saulus, apud Rom. Paulus vocaretur. Nõ dicam, nomen Pauli acceptum, vt D. Hieron. vult, à Sergio Paulo, à ſe ad fidem conuerſo, & vt idem ait, in Hebræa lingua, Paulum ſonare idem quod apud nos, *mirabile*; Hæc enim iam annotata ſunt in præcedentibus epiſtolis; ſolùm colligam aliquot comparationes, quibus à D. Chryſ. variis in locis nomen tanti viri illuſtrius redditur. Nam cælo comparatur; Noë vices perfectè egiſſe dicitur: comparatur Abeli, Abrahæ, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moyſi, Dauidi, Eliæ, Ioanni Baptiſtæ; quorum, & omnium præcedentium Sanctorum, bona poſſidebat. Famam omnium etiam Magorum, & maleficorum ſuperauit. Similis dicitur medico. Nemo illo Chriſti fuit amantior. Comparatur Abrahæ è victoria redeunti. Super omnes Romanos Imperatores fuit honoratior. In choro Sanctorum Coryphæus. Non ſolùm hominibus, ſed & Angelis æquatur.

Act. 13.

Hieron.

Paulus ſonat mirabile in Hebr. Chryſoſt.

Paulus. In choro ſanctorum Coryphæus.

In hac

In hac tamen tam illustrium virtutum luce Paulus & Timotheum sibi æquat discipulum amantissimum (vt inquit Chrys.) & Petrum sibi præfert, vt Patrem communem, & Christi vicarium colendissimum. Agit de Pauli nomine Cardinalis Baronius tom. 1. Annal. anno 36. Vbi licèt probabile putet à Sergio Paulo proconsule ad fidem converso, nomen Paulo inditum; non tamen credit ea de causa acceptum, quam afferunt Orig. & Hieron. Arrogantiæ enim esse videtur, ad debellatæ infidelitatis Sergij memoriam, more Imperatorum, qui prouinciarum, quas expugnabant, cognomina vsurpabant, velle Paulum, Sergij Pauli cognomentum. Sed propterea potiùs, quòd idem Paulus proconsul (Romani enim libertis, vel clientibus, aut etiam hospitibus, de se optimè meritis, impertiti familiæ cognomen sæpe consueuerunt) cognomen suum illi indiderit, quò magis eo vinculo sibi, quem vt Patrem spiritalem venerabatur, deuinciret. Quod quidem cognomen ab habitudine corporis, quòd idem sit Paulus, quod *paruus*, olim Æmiliorum familiæ impositum fuisse tradit Carol. Sigon. de nom. Rom.

Humilitas D. Pauli. Baronius. Orig. Hieron. Carol. Sigo.

VI. D. Chrys. hom. de conuers. Pauli, tom. 3. Nomen Pauli, non ab hominibus, sed à Deo inditum fuisse Apostolo, existimauit; non secus atque olim Patriarchis; ac etiam, Petro qui dictus est Cephas; Iacobo, & Ioanni, qui cognominati sunt Boanerges. Nec verò id statim, vbi ad Christum conuersus est, fieri voluit Spiritus sanctus (oportebat enim, vt Sauli nomine, qui persecutor fuerat, agnosceretur) sed tunc demum, cùm iam ex prædicatione Euangelij, quisnam esset probè cõstaret. Plura de Pauli nomine dixi, quàm initio decreueram; sed danda est venia studio, quo Apostolum complectentes, quando ipsum præsentem non habemus, vel in nomine immorari volupe est.

Chrys. Paulo nomẽ diuinitus inditum.

VERS. 1. Seruus Dei.

Cur seruus Dei dicatur; Et quo sensu.

ANNOTATIO II.

I. CVm plures sint seruitutis modi, seruum Dei se ipsum non temerè dixit, sicut nec sine cura, in exordio epistolæ ad Romanos, seruum se Christi nuncupauerat. Est enim quidam modus seruitutis debitæ Deo per creationem, atque opificium. Vnde Regius Vates Psl. 118. *Omnia seruiunt tibi.* Et Hierem. 25. *Seruus meus Nabuchodonosor.* Ipsum enim opus autori suo seruum est, inquit Chrys. in hom. 1. super cap. 1. ad Rom. Alius seruitutis modus à fide proficiscitur, de quo ad Rom. 6. *Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem; finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.* Tertius modus à vita & moribus pendet; iuxta quem dictum est Deut. 34. *Moyses seruus meus mortuus est.* Licèt enim omnes Hebræi serui essent, præluccbat tamen illis Moyses vitæ, & morum probitate, atque adeò nomen commune, peculiare sibi reddebat. Paulus igitur quòd seruitutis modis omnibus Deo addictus erat, maximè dignitatis loco, seruum Dei se vocat. Didicerat enim, honorificam esse hanc appellationem, & Deo gratam, exemplo beatæ Virginis, quæ Luc. 1. consentiens annuntiationi Angelicæ, dixit, *Ecce ancilla*

Tres modi seruitutis. Psalm. 118. Hierem. 25. Chrys. Rom. 1. Infrà 6. Deut. 34. Honor est seruum esse Dei. Luc. 1.

Ambros. *Domini.* Est autem cum honore, coniuncta humilitas: Vt enim Ambrosius annotat, quæ mater Dei eligitur, ancillam se appellat; quod humilitatis est tanto maioris, quanto inferius est esse ancillam, quàm esse matrem: esse seruam, quàm esse dominam. Admonet nos suo exemplo sanctissima Virgo, vt si humiles esse velimus, oculos ab illustribus & magnis rebus, si quæ forte in nobis sunt, auertamus: & ad id, quod in nobis vile est, & abiectum, adiiciamus.

Exemplum B. Virginis.

Greg. P. II. Contrà faciunt superbi, vt inquit Greg. 34. Moral. cap. 7. Hi enim, si quid boni, aut rectè facti habent, in eo oculos mentis infigunt; & à multis, quæ minùs recta sunt in eis, auertunt: humiles verò, contrario se gerunt modo. Vnde, cùm beata Virgo, & mater Dei esset, & Deum paritura: simúlque se ancillam & seruam agnosceret, siquidem ille, cuius caro formabatur, Deus erat, conuertit oculum mentis in id, quod depressius videbatur, & se, quæ mater eligebatur, ancillam appellat, & quod gloriæ est, nempe concipere, & parere Deum, famulatum, & ministerium vocat. Sic Simeon, Luc. 2. quanuis amplissimo honore se decoratum aduerteret, Christi Domini, quem in vlnis habebat, præsentia, statum vitæ mortalis considerans, se seruum vocat, qui in libertatem, morte obita, cupiat vindicari. Vnde Ambr. in lib. de bono mortis, cap. 2. *Quasi necessitate quadam, inquit, tenebatur in hac vita, non voluntate; ita dimitti posci, quasi à vinculis quibusdam ad libertatem festinaret. Sunt enim vincula quædam huius corporis: In exitu ipso videmus quemadmodum anima decedentis paulatim se soluat vinculis carnis, & ore missa euolet, tanquam corporis huius exuta gurgustio.* Ita Ambr.

B. Virgo in se cogitabat quod humile erat.

Luc. 2.

Ambros.

Rom. 8. III. Hæc autem seruitus non est illa, de qua ad Rom. 8. *Nec enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater.* Verùm nobilis seruitus, de qua Dauid ad Deum loquitur Psal. 115. *Ergo seruus tuus, & filius ancillæ tuæ*; hoc est, non solùm voluntate, & adoptione seruus tuus sum, verùm etiam natura, tuus quasi vernaculus. Nec mirum quamlibet sanctos homines nobiliter Deo seruos appellari, cùm per Isaiam prophetam, cap. 48. pater loquatur ad filium: *Seruus meus es tu Israël, quia in te gloriabor.* Vbi nomine Israëlis Christum intelligit, vt bene annotauit Forerius; Verba enim, quæ sequuntur, satis ostendunt, non posse hoc oraculum de Israelitico populo, intelligi. Et Abdias propheta, vt inquit D. Hieron. qui interpretatur *seruus Domini*, ex famulatu Dei, nomen accepit.

Psalm. 115.

Nobilis seruitus Deo nos mancipat.

Isai. 48.

Forerius.

Hieron.

Ioan. 12. IV. Hæc seruitus charitatis est, quam Apostolus didicit à Christo commendari, & exerceri, dum ait Ioan. 12. *Filius hominis venit, non vt ministretur sibi, sed vt ministraret. Cùm esset liber ex omnibus, non solùm Dei, sed etiam omnium se seruum fecit,* 1. Cor. 9. Hæc seruitus animam, quæ serua est, sponsam Dei efficit; adeóque Domini sui & sponsi amantem, vt nequeat vel in lecto absque illo somnum capere. Hinc illa verba Cant. 3. *Surgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & plateas, quæram, quem diligit anima mea, &c.* Præcedunt hæc verba: *In lectο meo quæsiui per noctes, quem diligit anima mea: Et non inueni.* Sequuntur illa; *Surgam, &c.* Intelligunt mystici interpretes eo loco per *lectum, vacationem, seu otium animæ*, quærentis Deum: quæ dolenter ait, *Et non inueni:* Vel, vt habent Hebræa, *Et non inueni illum.* Quæ verba explicans Richardus de sancto Vict. super Cant. *Differt,* inquit, *interdum Deus vota quærentis, vt constantiam probet: & eo vtilius quo tardius*

1. Cor. 9.

Cant. 3.

Solicitudo animæ seruorum Dei.

Richard.

tardius, desiderata præstet. Quod enim cum labore acquiritur, arctius tenetur, & cautius custoditur: & nonnunquam desiderata, citius impleta, deficiunt, & diluta ampliùs evescunt. Vnde sponsa dilationem sentiens, & dispensationem nesciens, & amoris impatiens, conqueritur, dicens, Quæsiui, & non inueni illum. Hæc ille. Quid ergo faciet sponsa, ne non seruire videatur illi, cui seruire regnare est? *Surgam*, inquit, vel, vt in Hebr. est, *Surgam nunc, &c.* non timet tenebras noctis, nec pericula, quæ occurrere possunt. *Circuibo*, inquit, *ciuitatem per vicos, & plateas.* Deus differt vtiliter quod petimus. 70. Interp.

vertunt *per fora, & latas vias ciuitatis.* Est diuini amoris veluti imago imperfecta, & simulachrum amor profanus, siue humanus, vt docet Dionysl. lib. de diuinis nomin. cap. 4. part. 1. Cuius tamen vis tanta est, vt de Thisbe, de nocte ad tumulum perueniente dicatur, Dionys. Areop.

Audacem faciebat amor. Amor profanus, simulacrum est amoris casti. Ouid.

De Iacob labore agens D. Hieron. in epistola ad Eustochium, de custodia virginitatis: *Nihil* (inquit) *amantibus durum est. Respice quanta Iacob pro Rachele pacta sibi vxore, sustinuit. Et seruiuit*, inquit, *Iacob pro Rachel annis septem. Et erant in conspectu eius quasi dies pauci, quoniam amabat illam. Vnde, & ipse postea memorat: In die vrebar æstu, & gelu nocte.* Deinde subdit Hieron. *Amemus & nos Christum, & facile videbitur omne difficile, & iaculo illius vulnerati per horarum momenta dicamus: Heu me, quia incolatus meus prolongatus est.* Hæc ille. Exprimit Orig. hom. de Maria Magdalena affectum amoris in Deum, enarrans illa verba, Ioan. 20. *Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* Sic enim ait; *Ioseph timuit, & non fuit ausus tollere corpus tuum de cruce, ô bone Iesu nisi de nocte, & nisi hoc peteret à Pilato: Maria verò noctem non præstolatur, neque Pilatum reueretur, sed audaciter promittit, dicens: Et ego eum tollam, &c.* Audacem, & fortem, vel fœminam reddit Christi amor. De sponsa, inquit Bern. serm. 77. in cant. *Quærit oculis, quem tam oculus non contingit, sed fides, &c. Quærit ergo, per fora, & plateas, seruiens amori sponsa, Dominum suum.* Vnde Ambrosius, in lib. de Virginibus, allegoriam explicans verborum sponsæ, sic ait: *Non enim in foro, non in plateis Christus reperitur. Non est Christus circumforaneus. Christus enim est pax; in foro lites. Christus iustitia est; in foro iniquitas. Christus operator est, in foro inane otium. Christus charitas est; in foro obtrectatio. Christus fides est; in foro fraus, atque perfidia, &c.* Huc alludens Hieron. ad Eustoch. de cust. virg. *Nolo*, inquit, *te sponsum quærere per plateas. Nolo te circuire angulos ciuitatis; Dicas licèt, surgam, &c. quæram, quem diligit anima mea, &c. nemo tibi respondere dignabitur. Sponsus in plateis non potest inueniri; Arcta, & angusta via est, quæ ducit ad vitam.* Denique sequitur: *Quæsiui, & non inueni. Vocaui eum, & non respondit mihi. Atque vtinam non inuenisse sufficiat. Vulneraberis, nudaberis, & gemebunda narrabis. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt, &c. Si autem hoc exiens patitur illa, quæ dixerat, Ego dormio, & cor meum vigilat, quid de nobis fiet? &c.* Hieron. Gen 29. Affectus amoris, in Deū qualis. Origenis. Ioan 20. Magdalena quia multùm dilexit Christū; non timuit Pilatum, &c. Bernar. Ambros. Christū cur sponsa non inuenit in foro. Hieron.

V. Vult ergo Hieron. vt non misceamur occupationibus externis, & secularibus, sed per viam arctam incedentes, Christum quæramus: labores pati & pericula necesse erit, dum serui Dominum quærimus; sed viam teneamus; non latam, sed arctam. In hac enim nobis occurret citiùs fortasse, quàm sponsæ, quæ per fora, & latiores vias, illum quæsiuit. Nam sponsa post varias circuitiones,

cuitiones,& interrogationes;imò & vulnera,inuenit Dominum, & ſponſum ſuum. *Paululum*, inquit, *cùm pertranſiſſent eos*,ſcilicet vigiles,*inueni, quem diligit anima mea*,quaſi dicat:feliciter tandem inueni,quem tam diligenter,& amanter quæſiui. Magna ſanè voluptas eſt ſeruo Dei, Dominum ſuum inueniſſe.

Bernard. Vnde Bern.in lib.de diligendo Deum, ſic ait:*Bonus es tu, Domine, animæ quærentiæ. Quid ergo inuenienti?ſed in hoc eſt mirum,quòd nemo te quærere valet, niſi qui priùs inuenerit.Vis igitur inueniri,vt quæraris;quæri, vt inueniaris. Potes quidem inueniri,non tamen præueniri.Nam eſſi dicimus,Mane oratio mea præueniet te,non dubium tamen,quod tepida ſit omnis oratio,quam non præuenerit inſpiratio.*Hæc Ber.Et D.Aug.in lib.ſpeculi cap.33.to.9.ſic orat: *Deus,quem nemo amittit,niſi deceptus; nemo quærit,niſi admonitus;nemo inuenit,niſi purus,aut purgatus,&c.* Meritò ergo Paulus quaſi gloriabundus,huic epiſtolæ præfigit titulũ ſerui Dei, dicẽs:*Paulus ſeruus Dei.*Quo titulo profitetur,ſe omnia potius detrimenta toleraturum, quàm aliquid admiſſurum,quod cum tituli huius ſignificatione non cõueniat.

Deum nemo quærit niſi qui priùs inuenerit.

Auguſt. Deum nemo amittit, niſi deceptus.

VERS.1. Apoſtolus autem Ieſu Chriſti.

Quanta dignitas ſit Apoſtolum vocari.

ANNOTATIO III.

1.Cor.12. I. EST in hoc titulo primaria quædam,& præcipua dignitas; quippe, quæ in Eccleſiaſtica hierarchia primum ſibi vendicet locum. Vnde 1.ad Corinthios 12. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos;* Epheſ.4. *deinde, prophetas; tertiò, doctores, &c.* Et ad Epheſios 4. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos; quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, &c.* Vbi vides in hierarchica enumeratione, primum locum tribui Apoſtolatui. Et quidem meritò. Nam per Apoſtolatum conferebatur ius quoddam exercendi in mundo diuinam delegationem;quam qui exercebant, tanquam Chriſti in terris vicarij habiti ſunt.D.Hieron.in commentariis ſuper hanc epiſtolam, Apoſtolicam dignitatem admiratus,ſic ſcribit:*Quod ait*, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti,*tale mihi videtur,quale ſi dixiſſet,præfectus prætorio Auguſti Cæſaris, Magiſter exercitus Tyberij; Vt enim Iudices ſeculi huius,quo nobiliores eſſe videãtur,ex regibus,quibus ſeruiunt,& ex dignitate,qua intumeſcunt, vocabula ſortiuntur:ita & Apoſtolus grandem inter Chriſtianos ſibi vendicans dignitatem, Apoſtolum ſe Chriſti titulo prænotauit,vt ex ipſa lecturos nominis autoritate terreret; indicans omnes,qui in Chriſto crederent,debere ſibi eſſe ſubiectos.* Hæc Hieron.

Hieron.

II. Quod autem addit, *Ieſu Chriſti*, non differt ab eo,ſi dixiſſet, Apoſtolus ſapientiæ, iuſtitiæ, ſanctificationis, & redemptionis. Vt enim dicitur 1. Cor.1.*Chriſtus factus eſt nobis à Deo Patre ſapientia,iuſtitia,ſanctificatio, & redemptio.* Illud annotauerim, morem fuiſſe antiquis Patribus,iam inde ab Apoſtolorum ætate ductum; non tantum ex officij munere, ſibi debitis vti titulis: ſed etiam aliis,eoſdem,ſine inuidia impertiri.Vno id conſtare poteſt exemplo, ex Ignatio Martyre ſumpto, qui ad Heronem diaconũ ſcribens,ita exorditur epiſtolam,quæ apud illum eſt 13.*Ignatius,qui & Theophorus,à Deo honorato,exoptatiſſimo,ornatiſſimo,Chriſto,ſpirituque pleno,germano filio in fide, & charitate Heroni, Diacono*

1.Cor.1.

Ignat.Martyr. Honorificè compellat eum, ad quẽ ſcribit.

Diacono Christi, famulo Dei, &c. Hic profectò olim inter Catholicos mos viguit, vt & inter se amarent, & se inuicem, quibus possent titulis, condecorarent. Non ita hæretici. Hi enim, vt Chrysait homil. in Psal. 18. *denitant appellationes honorificas, quibus viri Ecclesiastici decorantur, & quibus autoritatem sui officij significant. Quare si cum Episcopo, aut Archiepiscopo agant, prudentiam tuam, aut sapientiam tuam dicent, ne dignitatem, quam detestantur, videantur concedere. Vt diabolus, ita* (inquit) *etiam quilibet facit hæreticus vehementissimus, in tempore persecutionis loquens cum Pontifice, nec eum vocat Pontificem, nec Archiepiscopum, nec religiosissimum, nec sanctum. Sed quid? Reuerentia tua, sapientia tua, prudentia tua, iustitia tua, & omnia illa adducit communia, eius negans autoritatem: diabolus hoc tunc facit in Deo.* Chrys. Chrysost. Hæretici denitant honorificas quibus viri Ecclesiastici decorantur, appellationes.

III. Licèt ergo Paulus, 1. Cor. 15. se abortiuum dicat, & indignum Apostoli nomine, tamen in scribendis literis eo vtitur titulo, tumore aliquo elatus ob honorem, sed ob decentiam muneris. Vnde Theod. super cap. 1. epistolæ ad Rom. reddens huius instituti rationem, sic ait: *Imperatores quidem, & principes suarum dignitatum nomina suis scriptis præponunt, supercilia attollentes, de se magnificè & præclarè sentientes: Diuinus autem Apostolus, se abortiuum nominat, &c.* 1. Timoth. 1. *primum peccatorem appellat, & se Apostolatu indignum esse dicit. Epistolas tamen scribens, quæ illi à gratia impositæ sunt appellationes, ad eorum, qui illas accipiunt literas, vtilitatem, præponit. Cum enim scirent, qua esset dignitate & autoritate præditus is, qui scribebat, maiori studio, promptiusq́, & alacrius eas accipiebant, &c.* Quid sit Græcè ἀπόστολος, & de potestate, quam in terris habuerunt Apostoli, multa diximus in explicatione exordij epistolæ secundæ ad Timotheum. Solùm aduerto magnam excitari ab Apostolo attentionem legentibus hanc epistolam, dum scriptam fuisse ab eo intelligunt, qui ab Spiritu sancto, Apostolici culminis dignitatem accepit. Paulus prænotat epistolas nomine dignitatis. 1. Cor. 15. Theodor. Rom. 1. 1. Timoth. 1.

VERS. 1. Secundùm fidem electorum Dei.

Quid sit seruum Dei esse, & Apostolum secundùm fidem electorum.

ANNOTATIO III.

IV. EST in his verbis phrasis omnino Hebræa, referturque tam ad seruum quàm ad Apostolum: quod rectè expendit D. Hieronym. vt diximus in explicatione contextus, subnotantes censuram Erasmi. Sensus est, In hoc seruio Deo, & à Christo Iesu missus sum cum delegatione, vt electis fidem annuntiem; similis phrasis est cap. 1. epist. 2. ad Timoth. vbi Paulus *Apostolum se vocat secundùm promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu, &c.* Quod egregiè aduertit Brixianus in vtroque loco. Est igitur Paulus Apostolus *secundùm fidem electorum*, hoc est, missus ad annuntiandum eam fidem, quam habent, qui lecti sunt à Deo, & per quam electi ad agnitionem veritatis veniant. Hunc Hebraismum videtur Theodoret. non ignorasse. Sic enim hunc locum exponit: *Dixit autem se fuisse creatum Apostolum, vt electione digni, crederent, & pietatis ac religionis veritatem agnoscerent, &c.* Verùm D. Chrys. phrasin hanc non satis fortè aduertit. Vnde noua interpretatione vsus est, & hunc sensum elicit, quasi dicat Paulus: Hieron. Erasmus. 2. Timoth. 1. Brixianus. Theodoret. Chrysost.

Apostolus sum, eo quòd electi Dei mihi sunt concrediti. Vbi vides accipi propositionem κατὰ, id est, *secundum*, vt idem sit, quod διὰ, hoc est, *per*, & πίστιν, quam vocem Latinus interpres vertit *fidem* pro commissione, eo quòd πιστεύειν subinde committere, quemadmodum & verbum *credere* apud nos significet. Verba Chrysostomi sunt, quantùm ego possum conijcere, *electos Dei sibi credidos dicit, ac si dicat, non ex recte factis, neq; ex laboribus ac sudoribus hanc cœpi dignitatem, sed totum eius, qui mihi hæc crediderit, beneficij est, &c.* Chrysostom. sequuntur ferè scholia Græcanica, addunt tamen & aliâ expositione, *secundùm fidem electorum* inquiunt; id est, vt per me electi Dei credât. Quę expositio accedit ad Hebraismum, iuxta quem ait Paulus, Munus & ministerium creditum mihi est; siue versatur circa fidem & agnitionem veritatis. Vtrámque expositionem admittit Theophyl. narrans hæc ipsa verba: *Multipliciter, inquit, hoc intelligas, vel quia Apostolus sum, vt electi per me credant. Vel quia Apostolo mihi commissi sum fideles, non quia operibus id meruerim, verùm quòd placuerit ita Deo vt crederet mihi electos suos. Quocirca totum est gratiæ eius, qui concredidit mihi quòd legatione fungar: nec quia dignus sum, sed propter electos accipi dignitatem autoritatemq; hanc, &c.*

Sibi creditā Paulus ait fidem electorum.

Theophyl.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

SECTIO II.

VERS. 2. Et agnitionem veritatis, quæ ſecundùm pietatem eſt in ſpem vitæ æternæ, quam promiſit, qui non mentitur Deus ante tempora ſecularia.

Græcè; Καὶ ἐπέγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. EXPLICATVR CONTEXTVS. NVMERAT multa, quibus legentium hanc epiſtolam, beneuolentiam, & attentionem ſibi conciliat. Seruum Dei ſe nominat & Apoſtolum Chriſti miſſum ad annuntiandam fidem electis, & ad veritatem pauciſſimis hactenus cognitam patefaciendam. Eſt autem duplex veritatis cognitio; vna perfecta, quæ ad patriam cæleſtem ſpectat, de qua 1. Cor. 13. *Videbimus facie ad faciem.* Altera imperfecta, de qua Ioan. 8. *Si permanſeritis in verbo meo, cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, &c.* Hanc veritatem fide tenemus in hac vita, non in ſpecie, vt dicitur 2. Cor. 5. *Factus* (inquit) *Paulus ſum Apoſtolus, vt electi per me & crederent, & veritatem diuinam agnoſcerent. Hoc totum illis illorum, ſaluti, non meritis meis, acceptum fero.* Sic. 1. Cor. 3. *Omnia veſtra ſunt, ſiue Apollo, ſiue Cephas, &c.* Obſerua hoc loco; fidem homini primùm occurrere; ab hac deinde veritatis notitiam non ratiunculis emergere: iuxta illa Iſa. 7. *Niſi crediderit is, non intelliget is.* Et Ioan. 6. *Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus.* Quod additur, *Quæ ſecundum pietatem eſt*, diſtinguit veritatem diuinam, de qua agitur, à cognitione profanæ ſcientiæ, cuius autores, vt Plato & Ariſtoteles, ſæpe ab ſcopo veritatis aberrant. Eſt autem veræ pietatis, & piæ veritatis ſcientia, noſſe Dei legem, intelligere prophetas, Euangelio credere: agnoſcere antiquæ legis vmbras, pro quibus nobis veritas cum Chriſto affulget, Hebr. 10. His titulis ſignificat, non eo animo accedendum eſſe ad ſacram Scripturam perlegendam, quo accedimus ad libros Ariſtotelis, vel Platonis dialogos, aut ad opera alterius profani ſcriptoris lectitanda. Veritatem, vt Græci interpretes volunt, opponit figuræ, vel vmbræ. Veritas autem hæc, ſecundùm pietatem eſt, id eſt, ſita in vero Dei cultu, excluditque ſuperſtitionem: Ac ſi dicat Iudaizantes multa inuagantur de litera occidente, & in iis ætatem conterunt, quæ nihil ad pietatem afferre poſſunt adiumenti. Quam ego doceo veritatem, ea ſecundùm pietatem eſt. Hic particula, *ſecundum*, etiam Hebraiſmum ſapit, à conſuetudine tamen

1. Cor. 13.

Ioan 8.

2. Cor. 5.

1. Cor. 3.

Iſaiæ 7.

Ioan. 6.

Veritas diuina differt ab humana ſcientia.

Hebr. 10.

men Latina minùs abhorrentem. Nobis nanque, *ſecundùm pietatem*, ſonat, conſentaneum pietati: Qui tamen obſeruauerit phraſim D. Pauli, aduertet, rectiùs exponi, *ſecundùm* per præpoſitionem, *ad*, vt nos eam expoſuimus. Nam
Coloſſ.2. cap.2. epiſt. ad Coloſſ. ter repetitur *ſecundùm*, in hac ſignificatione: *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam ſecundùm traditionem hominum: ſecundùm elementa mundi & non ſecundùm Chriſtum.* Hoc eſt, videte, ne quis vos fallat, per philoſophiam dirigentem vos ad traditiones humanas, ad elementa mundi huius,
Epheſ.4. & non ad Chriſtum: ſic, ad Epheſ.4. *Deponite veterem hominem ſecundùm priſtinam conuerſationem, id eſt, trahentem vos ad priſtinos mores, &c.*

II. *In ſpem vitæ æternæ*, hoc eſt, in ſpe, ſiue ſub ſpe; id enim ſignificat, ἐπ' ἐλπίδι. Hæc verba innuunt diſtinct. cultus diuini, qui Iudæis fuit, ab eo, quem ſequimur. Iudæi enim Deum colebant, non in ſpe vitæ æternæ, ſi paucos ex-
Ezech.2. cipias, ſed temporalis. Vnde Ezech.2. dicitur: *Qui fecerit ea, viuet in illis. Pietas autem*, quam Paulus docet, *habet ſpem vitæ æternæ*; ſubiungit; *Quam promiſit, qui non mentitur, Deus, ante tempora ſecularia*, id eſt, ante tempora mundi à Deo ipſo conditi. Excitant nos hæc verba ad Dei amorem, qui antequam mundum conderet, iam de noſtra ſalute cogitauerat, & ſolicitus erat.

2.Tim.1. III. *Ante tempora ſecularia.* Eiſdem verbis vſus eſt 2.Tim.1. Græcè, vtrobique eſt πρὸ τῶν χρόνων αἰωνίων. De quibus vocabulis aliquid diximus loco cita-
Hieron. to. Hic *ſecula* Hieron. *tempora æterna* legit, contra Priſcillianiſtas, & Auguſt. de
Auguſt. Geneſ. contra Manichæos cap.2. & de ciuit. Dei, lib.12.c.16. vnde Beda & An-
Beda. ſelmus explicationem huius loci ſunt mutuati. Sunt autem tempora æterna
Anſelmus. ea, quæ infinitis retrò ſeculis mundi creationem anteceſſerunt. Sed dices: Cui nam Deus ante tempora ſecularia, cùm nulli eſſent homines aut Angeli, vitam æternam promiſit? ſanè ſapientiæ ſuæ & bonitati. *Hæc enim cum illo tunc*
Prou.8. *erat, & lætabatur ſuper filios hominum*: Prouer.8. Quibus promiſit; iis, qui
D.Thom. crediturierant in Filium eius. D. Thomas ſecularia tempora dici putat ea, quæ iuxta diuerſas ſucceſſiones diſtincta ſunt: quaſi dicat: antequam ab initio mundi ſecula inciperent, per dies menſes & annos decurrere. Fortè, αἰώνιον, *antiquum*
Auguſt. etiam ſignificat, vt notat Auguſt. Sicut & *æternum* aliquando apud Latinos; vt ſit ſenſus, Deum promiſiſſe credentibus, vitam æternam, ante tempora antiqua, iuxta illud Luc.1. *Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, &c.* Hie-
Luc.1. ron. in cap.26. Ezech. αἰὼν, inquit, *ſeculum*, aiunt humanæ tempus ætatis ſeptuaginta annorum ſupputari. Latini nonnulli pauciorum annorum ſeculum
Hieron. Ezech.26. Virgil. eſſe putant, vnde Æn.8.

Sediſque effœta ſenectus

Seruius ait dicta ſecula in vno homine, iuxta eos, qui dicunt ſeculum ſpatium eſſe triginta annorum. Portò ſiue ſeculum ſignificet æternitatem, ſiue 30. 70. 100. aut mille annos: mens Apoſtoli eſt, docere promiſſiones diuinas factas eſſe à Deo ante cæli terræque productionem.

VERS.

VERS. 1. Et agnitionem veritatis.

Quid intelligat Apostolus per agnitionem veritatis.

ANNOTATIO I.

IV. DIximus, veritatem, ad quam prædicãdam Apostolus missus est, iuxta Græcos interpretes, opponi figuris & vmbris, quibus Iudæi adhærentes, lucem Euangelij videre non possunt. Vnde Theophyl. sic ait, *Ad differmen Iudaicarum cæremoniarum, dixit veritatem; illa nanque non sunt veritas, verum typus & vmbra, & quia nos electos dicit; istos sanè tollit. Etsi enim olim illi fuerunt electi, nam tamen non sunt, &c.* Occasionem nobis præbet hic locus à Græcis patribus sic expositus quærendi an in nouo Testamento, & Christi factis & verbis, sint figuræ, & veluti vmbræ, atque sensus allegorici? Abulens. quidem quæst. 28. in cap. 13. Matth. part. 2. apertè negat nouo Testamento conuenire sensus allegoricos. Primùm confirmat suam sententiam autoritate D. Augustin. dicentis, cessasse allegorias in Euangelio. Deinde hac ratione, quia omnes allegoriæ, veritatem eorum, quæ pertinent ad Christum, & Ecclesiam, significant; aduentu autem Christi cessasse omnem figuram, quis non videt? Theophyl. Iudæi in vmbra vixerũt, nos in luce. Abulens. Matt. 13. Augustin. In nouo testamẽto sunt allegoriæ aliquæ.

V. Cæterùm contraria sententia omnino tenenda est. In gestis enim & dictis Christi venustæ & satis elegantes interdum insunt allegoriæ, & rerum figuræ, tropologicis, & anagogicis sensibus eruendis quàm aptissimæ. Nec agnitio veritatis, ad quam inducendam Paulus à Deo missus est, ab huiusmodi sensibus abhorret, sed ab illis tantùm Iudaicis, qui Christi luce, depulsi sunt. Vnde, quod Augustinus ait, cessasse allegorias in Euangelio, in eo sensu dictum intelligi debet, quo historiæ quædam erant in veteri lege, aut cæremoniæ, ventutum Messiam significantes. Huiusmodi nánque allegorias, Euangelium non admittit. Ad secundam rationem Abulensis respondemus, falsum esse omnem allegoriam sub aliqua figura veritatem eorum, quæ pertinent ad Christum & Ecclesiam, significare. Quis enim neget, ea interdum, quæ in Christo & Ecclesia continentur ad institutionem fidelium, figuratè accommodari? cùm & in factis & dictis Christi creber sit vsus allegoriæ, qualis est in illis verbis, Luc. 7. *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Et in illis, cùm ageretur de Lazaro, Ioan. 11. *Soluite eum & sinite abire.* Nam vtraque sententia, ad allegoriam sacerdotum, penes quos est potestas discernendi lepram peccati, & absoluendi quosdam, alios autem alligandi, eleganter aptatur. Paulus etiam ipse qui electus fuit secundùm fidem electorum, & agnitionem veritatis, Rom. 4. *Christum traditum ait propter delicta nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostram.* Et cap. 6. *eum crucifixum tradit, vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato.* Et ad Hebr. 13. Baptismi immersionem, & emersionem moraliter accommodat ad peccati mortem, & nouæ vitæ votum. Illud etiam 1. Cor. 11. *Iesus extra portam passus est*; ad mores applicat, dicens: *Exeamus ergo extra castra improperium eius portantes, &c.* Quid quòd Euch. Sacramentum, Ecclesiæ significat vnitatem, quæ ex pluribus coalescit filiis, non secus ac panis ex pluribus granis, Integram quoque perfectámq; spiritus refectionem, dum in sacro conuiuio, sub speciebus panis & vini, corpus & sanguis Christi nobis Theophyl. Rom. 4. Iosuæ 6. Hebr. 13. 1. Cor. 11. Euch. est vnitatis & amoris sacramentum.

Matt.16. exhibetur, repræsentat. Nemo præterea dubitare potest, illud Matth.16. *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis, &c.* allegoriam continere. Roma enim, quæ Cæsarum domicilium erat, atque adeò ciuitas Cæsarea, quàm aptissimè in Cæsarea Philippi adumbratur. Ibi opiniones, quæ ad Christum pertinent, tanquam in supremo Ecclesiæ tribunali examinantur, & iuxta Petri sententiam & definitionem, quæ omnibus anteferri debet, quid tenendum sit, promulgatur.

Cæsarea Philippi Romã significat vbi quæstiones de Christo definiuntur à Petri successoribus.

VI. Suffragatur nostræ sententiæ D. Augustinus in lib. de vera religione cap. 49. & 50. tom. 1. vbi ait, per res Christi significari alia quæ in Ecclesia fiunt, Et in lib. 83. qq. q. 61. tom. 4. allegoricè explicat illud Ioan. 6. de quinque panibus hordaceis, quos censet ad quinque libros Mosis referendos esse, & cap. 13. Ioan. 11 act. 55. 56. 57. tom. 9. de linteo, quo Christus in cœna se præcinxit, multam figuratè commentatur; & D. Hieron. in Matth. 9 precationem mulieris, quę sanguinis fluxum patiebatur exauditam, antequam Dominus filiam principis suscitaret, ad allegoriam transfert, de populo Gentili ante Iudaicum ad Christum adducendo. Idem in cap. 14. Matth. *In Euangelicis* inquit, *sermonibus, literæ adiunctum est spiritus: Et quicquid primo fugere videtur respectu, si tetigeris, calet, &c.* quam sententiam præmittit explanationi cuiusdam allegoriæ.

August. Ioan. 6.

Hieron. Matt. 9.

Matt. 14. Quod frigere videtur in Euang. si tetigeris, calet. Allegoriæ sunt in verbis Christi. Luc. 15.

VII. Nec verò solùm in actionibus, & factis Christi, sed in verbis etiam aptæ sunt allegoriæ, vt patet in quibusdam parabolis sensus allegoricos inuoluentibus, qualis est illa Luc. 15. de duobus filiis, vbi senior de iuniore, hoc est, Iudæus quæritur de Gentili à patre cum gaudio & amore excepto; & illa, de homine descendente ab Hierusalem in Hierico, qui incidit in latrones, significant enim allegoricè, præter sensum literalem ibi explicatum, casus humani generis, atque eiusdem reparati per Christum, quem Pharisæi Samaritanum vocabant. Vide cap. 10. Luc. Sunt etiam sensus tropologici, & anagogici in nouo Testamento, vnde 1. Petr. 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, &c.* Vt enim Theologi cum Magno Gregorio, aiunt: *Omnis Christi actio nostra est institutio.* Ad tropologiam pertinet, illud Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Ad anagogiam, ingressus ille in Hierusalem Matth. 21. Cum acclamatione puerorum, transfiguratio, turbæ saturatio. Hæc enim, Christi in cælum ingressum significant, beatam Sanctorum in patria Dei fruitionem, & spiritualem saturitatem. Vide D. Thom. quodl. 7. artic. 15. ad 5. tom. 8. Ex cuius doctrina intelliges, ea, quæ secundùm literam de Christo Ecclesiæ capite dicuntur, posse exponi vel allegoricè, si referantur ad corpus illius mysticum: vel tropologicè si respiciant actus nostros, qui secundùm illum debent reformari: vel anagogicè, si considerentur pro vt in Christo est nobis expedita ad gloriam, via demonstrata.

Senſus tropologici & anagogici in Euangelio latent. Luc. 10. 1. Petr. 2. Ioan. 13. Matt. 21. D. Thom.

VIII. Hinc intelliges, rectè à D. Paulo dici, *se Apostolum esse Christi*, missum scilicet ad patefaciendam veritatem; non quidem illam, quam Iudæi vmbris & figuris legis Mosaicæ inuolutam, post Messiæ aduentum impiè obseruant; sed eam, quæ secundùm pietatem est, & in Euangelio continetur. Hanc verò intelligi hîcab Apostolo, manifestum est.

VERS.

VERS. 1. Quæ ſecundùm pietatem eſt, &c.

Quæ nam veritas dicatur ſecundùm pietatem, in ſpem vitæ æternæ.

ANNOTATIO II.

I. QVæritur, cur ad id, quod ait, *ſecundùm fidem electorum Dei & agnitionem veritatis*, addiderit, *quæ ſecundùm pietatem eſt?* D. Hieron. ſatisfacit huic quæſtioni: *Eſt enim planè veritas*, inquit, *quæ non habet pietatem.* Cõfirmat ſuam aſſertionem, exemplo eorũ, qui Grammaticam, aut Dialecticam probè nouerunt, vt rationem rectè loquendi calleant, & inter vera & falſa diiudicent. Geometria quoque, Arithmetica, & Muſica habent in ſua ſcientia veritatem, ſed non eſt ſcientia illa pietatis. *Scientia pietatis eſt*, inquit Hieron. *noſſe legem: intelligere prophetas; Euangelio credere; Apoſtolos non ignorare.* Contrà verò multi ſunt, qui habent pietatis veram cognitionem, ſed non ſtatim & cæterarum artium, & earũ, de quibus ſuprà mentionem fecimus, veritatem. Hęc igitur veritas; cuius cognitio ſecundùm pietatem eſt, in ſpe vitę æternæ poſita eſt: quia ſtatim ei, qui ſe cum pietatè cognouerit, præmium offert immortalitatis. Abſque pietate verò, notitia veritatis delectat ad præſens, ſed æternitatem non habet præmiorum, quam promiſit non mendax Deus, ante ſecula æterna.

Hieron.

Hieron.

Scientia pietatis alia eſt à ſciẽtia profana.

II. Notandus eſt hic ordo, quo ad æterna præmia peruenitur. Fidem nánque, vt patet ex Apoſtoli verbis, ſequitur agnitio, quæ ſecundùm pietatem eſt. Nam Iſaiæ 7. iuxta verſionem 70. dicitur: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Quod ſignificatum eſt Gen. 29. in Iacob, qui primum contraxit matrimonium cum Lia, quæ erat lippis oculis parùm ſpecioſa, id eſt, cum cognitione fidei, quæ inſtar eſt ſpeculi, & ænigmatis: Deinde cum Rachele, quæ erat venuſto aſpectu; ſignificátque patriæ quam ſperamus pulchritudinem. Idem Gen. 28. ſignificatur, vbi Iacob vidit in ſomnis Deum, & poſtea cap. 32. exiens de Meſopotamia vidit eum facie ad faciem. Et Exod. 3. vbi de rubo loquitur Dominus Moyſi. Nam Dominus interroganti nomen, reſpondit, *Ego ſum, qui ſum*; quo pacto, nomine, ſe ipſum ſignificat vniuerſitatis; in quo notatur fidei cognitio, quæ nobis quaſi ſpeculum vniuerſitatis creaturarum in hac vita eſt, donec veniat quod perfectum eſt.

Fidem ſequitur vera cognitio.

Iſai. 7. 70. Interp.

Geneſ. 29.

Geneſ. 28.

Inſtà 32.

Exod. 3.

III. Progredimur igitur in hac vita, iuxta ordinem Pauli, à fide, ad cognitionem veritatis, quæ eſt ſecundùm pietatem; & ab hac ad ſpem vitæ æternæ. Vnde Theophyl. enarrans illam particulam: *In ſpem vitæ æternæ*, ſic ait: *Enumeratis beneficijs, quibus in præſenti ſeculo nos exornauit Deus, recenſet iam, quæ in futuro bona daturus ſit. Ipſa enim veritatis cognitio magnæ nobis beneficentiæ loco eſt, liberans nos ab errore. Is verò pro hac ipſa cõpenſationem nobis largitur, nempe vitam æternam. Quia enim agnouimus ipſum, vitam pariter ſempiternam ſperamus.* Porrò cùm ait: *In ſpem vitæ æternæ, Iudaicos ritus diſcutit, & quaſſat. Nam illis præſentis vitæ bona pro mercede habebant, &c.* Quare rectè Apoſtolus ſuam operam nobis cõmendat, dum ait, ſe fuiſſe creatum Apoſtolum, vt electione digni crederent, & pietatis ac religionis veritatem agnoſcerent, tándémque æternæ vitæ ſpem acciperent.

Theophyl.

VERS.

VERS. 2. Quam promisit, qui non mentitur Deus.

Dei, in promissis constantia & veritas.

ANNOTATIO III.

Plinius lib. 1. IV. ALienum esse à Deo mendacium, vel Plinius Secundus affirmauit. Quarè cùm de veritate diuinæ promissionis nemini dubitare licitum sit, Apostolus tamen quia non soli Tito, sed vniuerso mundo scribebat, vt spes immortalitatis firma sit iis, qui profide, & pietate patiuntur vitæ huius ærumnas, & discrimina; in mentem reuocat, Dei ad æterna bona nos inuitantis, in promissis adimplendis, constantiam. Sic, ad Hebr. cap. 6. scribens, meminit promissionis factæ Abrahæ, quam reuocari non posse confirmat, quia à promissione & iuramento firmitatem habeat: *Homines, inquit per maiorem sc iurant: & omnis controuersia eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, &c.* Vides, quod Paulus hîc ait agens de spe vitę æternæ fidelibus promissæ, nempe Deum non mentiri; ab eodem copiosiùs explicari in epistola ad Hebr. vt de re tanti momenti nemini fas sit dubitare: Quod indicant illa verba, *In quo abundantius volens Deus ostendere, &c.* Præpositio nánque, *In*, more Hebræorum, multis in locis; & iuxta Syriacam translationem hîc idem valet, quod, *propter*, vt sit sensus: Quapropter cùm Deus ostendere vellet omnibus Abrahæ filiis, qui promissionis illius hæredes sunt, quàm firmum esset, quod promiserat, præter promissionem, etiam iusiurandum interposuit, &c. Satis quidem erat promissio, quæ vana esse non potest, aut fallax; verùm, quia homines omnem controuersiam iuramento terminant, etiam iuramentum adhibuit. Ideò subiunxit: *Quibus*, vel iuxta Græca, *in quibus impossibile est mentiri Deum*, hoc verò loco ait, ad eandem promissionem alludens, *Qui non mentitur Deus*: Græcè est ὁ ἀψευδὴς θεὸς, hoc est, *qui non fallit, qui alienus est ab omni impostura.* Nam apud fideles, qualis erat Titus, satis est simplex assertio, apud infideles verò non item. Sensus ergo huius loci est, iuxta Theoph. cùm verax sit, cùm non mentiatur Deus, omnino dabit quæ promisit, etiam post mortem.

Firmitas pro promissionis diuinæ.

Præpositio, *in*, significat aliquando, *propter*.

Theophyl.

VERS. 2. Ante tempora secularia.

An creatio Angelorum præcesserit tempora secularia?

ANNOTATIO IV.

Auguſt. V. DAugustinus de Genes. ad literam cap. 17. discrimen constituit inter hos tres modos loquendi, *A seculo, in seculo, & ante secula. Ante seculo* (inquit) Deus; *a seculo*, ea dicimus, ex quo cœpit sæculum. *In seculo*, vt ea, quæ nascuntur in mundo. Quia verò ante tempora secularia Paulus ait præcessisse diuinam promissionem, quæri solet, an Angeli extiterint ante tempora, per

Variæ seculi vsurpationes.

per secula decurrentium, initium. Atque, vt in pauca conferam Patrum sententias, D. Hieron. hoc loco, docet, Angelos conditos ante hunc mundum visibilem, sic enim ait: *Sex millia nondum nostri temporis implentur annorum, & quantas prius aeternitates, quantas seculorum origines fuisse cogitandum est; in quibus Angeli, throni, admirationes, caeteraque virtutes seruierunt Deo, & absque temporum vicibus, atque mensuris, Deo inhaerente, subsisterunt?* Eandem opinionem tuetur Orig. qui primus hoc asseruit in lib. περὶ ἀρχῶν, & hom. 4. in Isai. Greg. Naz. in sermone de Natali. D. Ambros. lib. 1. Hexameron cap. 5. & in praefatione Psalmi 1. *Laudant*, inquit, *Angeli Dominum & ante ipsum mundi initium, Cherubin, & Seraphin cum suauitate canorae vocis dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus.* Hilar. 12. de Trinit. non longè à fine: Isidorus Hispalenus Episcopus lib. 1. de summo bono, cap 12. Damasc. lib. 2. fidei Orth. cap. 4. cum multis aliis tam Graecis quàm Latinis, & Joannes Cassianus lib. 8. collat. indicat hanc suo tempore fuisse, communem opinionem. Beda in lib separatarum quaestionum, q. 9. *Angeli*, inquit, *ante creationem mundi creati sunt, & ante omnem creationem Angelorum, diabolus est conditus, sicut scriptum est: Ipse est principium viarum Dei, &c.* Eandem sententiam videtur complecti Basil. serm. 1. Hexam. & serm. 2.

D Hieron. putauit Angelos conditos ante hūc mundum visibilem. Orgenes. Greg. Naz. Ambros. Hilarius. Isidorus. Damasc. Cassianus. Beda. Basilius.

VI. Nihilominus Concil. Lateran. Romae sub Innocentio III. anno 1215. celebratum, damnasse videtur sententiam asserentium Angelos fuisse creatos ante hunc mundum corporeum: sic enim habet cap. 1. suarum sanctionum: *Creator omnium inuisibilium spiritualium, & corporalium, sua omnipotenti virtute, simul, ac initio temporis, vtrumque de nihilo condidit creaturam spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam, &c.* Cauendum tamen est, ne occasione huius synodicae sanctionis haereseos insimulemus contrariae sententiae autores; vt enim D. Th. 1. p. q. 61. a. 3. & Caiet. ibidem, aiunt, sensum concilij magis, & mentem, quàm verba ipsa, spectare debemus. Mens enim Concilij fuit in illa decretali, refellere errorem siue Origenis, siue eorum, qui dixerunt spirituales substantias primùm productas à Deo, vt spirituali dignitate potirentur: Deinde cùm peccassent, creata fuisse corpora omnia, quibus veluti carceribus inclusae paenas luerent. Quare D. Augustini sententia mihi probatur, qui lib. 11. de Ciuit. cap. 22. quanquam magis approbet opinionem eorum, qui Angelos simul cum mundo creatos asserunt; nihilominus permittit, vt in hac re liberè sentiat vnusquisque quod velit; dummodò spirituales substantias Deo coaeternas non faciat; Et omnia tam visibilia, quàm inuisibilia affirmet à Deo in tempore condita. Augustinum sequitur Theodor. quaest. 3. in Genes. postquam enim Basilium impugnauit; sic intulit: *Illud porrò scire necesse est, omnia quaecunque existunt, exceptâ sanctâ Trinitate, naturam habere corruptioni obnoxiam. Hoc autem concesso, siquis Angelorum turbas, ante caelum, & terram conditas esse* dixerit, non offendet verbum pietatis.

Conc. Later. Innocent. 3. Angelos mūdo visibili creatos esse communior fert sententia. D. Thom. Caietan. Augustin. Angeli Deo coaterni nō sunt. Theodor.

VII. Haec varietate opinionum praemissa, recolenda sunt verba D. Pauli quae Graecè sic habent, πρὸ τῶν χρόνων αἰωνίων, Id est, *ante tempora aeterna*. Pro vt interpretantur D. Hieron. hic, & D. Augustin. aduersùs Priscillianistas cap. 6. & aliis in locis, praesertim de Genesi cap. 2. aduersùs Manichaeos. Caeterùm aeterna vocant hi Patres tempora, non quae nullum habuerint initium, cùm fides nos doceat, fuisse aliquod conditi Orbis principium, sed ante quae, nulla fuerint tempora. Vnde Hieron. enarrans haec verba, sic ait: *Ante haec*, inquit, Hieron. August. Hieron.

omnia tempora, quæ nec sermo eloqui, nec mens comprehendere potest, promisit Deus, &c. Alij figuratè accipiunt, *æterna*, pro valdè antiquis, vt patet ex D. Thom. qui admonet aliam scripturam habuisse pro, *secularia antiqua*. Fortè Græcus aliquis codex habuit αἰωνία, pro, αἰώνια; sic enim Act. 15. *videtur ab antiquis dictum*, dictum, pro *æterno*. Est tertius commentarius, qui, *ante tempora secularia*, interpretatur, ante quamuis cuiusuis rei durationem. Hic tamen non tam attendit, quem vsum habet vox Græca in Scripturis, quàm Aristotelicam loquendi consuetudinē. Est etiam alius modus interpretandi, non difficilis, si seculum accipias, quemadmodum apud Horatium sumitur pro spatio centum annorum. Carmen enim illud, quod in sacrificiis Apollinis & Dianæ centesimo quoque anno decantari solebat, carmen seculare ob eam causam dicebatur. Cùm ergo secula decurrere cœperint cum mundo; quicquid mundi ortum, & cæli motum præcessit ante secula præcessisse rectè dicitur. Æternam ergo vitam promisisse, ait Paulus, Deum, ante tempora secularia, hoc est, ante tempora, quæ seculis, siue per secula solemus metiri. Quadrat hæc expositio optimè in verba vulgatæ editionis Latinæ, licèt aliud sonet Græcis αἰών. Quarè non Angelis, non hominibus, qui nondum erant, sed suæ sapientiæ, promisit Deus fore, vt electis daret vitam æternam; quemadmodum in explicatione contextus annotauimus.

D. Thom.

Act. 15.

Seculum aliquando est spatium 100. annorum.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

SECTIO III.

VERS. 3. Manifestauit autem temporibus suis verbum suũ, in prædicatione, quæ credita est mihi secundùm præceptum Saluatoris nostri Dei.

Græcè; Ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. *Manifestauit, &c.* Confirmauit, inquit, nostram de æterna vita potiunda spem, re & effectu promissionis. Particula, δὲ, quam non præcessit, μὲν, vt solet, supponit, ocultationem promissionis dilatæ: quæ completa sit tempore opportuno. Propterea ait, ἐφανέρωσε δὲ, hoc est, *manifestauit autem, &c.* Ac si dicat: Quæ huius dilationis causa? Cur tandiu exhibere distulit Deus, quod tandiu antè destinauerat? Diuina, inquit, prouidentia, quæ curare solet, vt omnia tempestiuè fiant. In Græco alia vox est, quæ tempus significat, sicut paulò antè. Ibi nanque erat χρόνος, hîc καιρὸς, quæ vox propriè articulum temporis significat, q. d. vbi certa illa & definita huic negotio momenta temporum venerunt, tunc manifestauit Deus Verbum suum, id est, Filium suũ, iuxta Hieron. At D. Chrysost. verbum Euangelij intelligit. Vtraque expositio idonea est. Non solùm enim definitum erat tempus ante secula à Deo, in quo oportebat manifestari verbum diuinum per assumptionem, naturæ humanæ; sed etiam præscripta erat opportunitas prædicandi Euangelium. Vnde Theophyl. sic commentatur hæc verba: Ne quis dicat, cur distulit impertiri, quæ ante secula præfiniuerat, ac destinauerat? Diuini consilij sui causa, inquit, & vt opportunè istuc faceret. Tempus enim opportunitatem, etiam Scriptura vocat, vt in Psal. 118. *Tempus faciendi Domine, &c. temporibus suis*, id est, propriis & conuenientibus. Id enim est, καιροῖς ἰδίοις, Latini ferè ad Deum referunt particulam, *suis*, quam pro Græca voce, ἰδίοις, habet vulgata editio; exponentes, ab eo dispositis & ordinatis; siue *vbi venit plenitudo temporis*, vt Apostolus ait ad Galat. 4. *in prædicatione*, id est, per prædicationem quæ credita & commissa est mihi. Pro, κατ' ἐπιταγὴν, quod hîc vertit nostra editio, *secundùm præceptum*. Eadem in 1. ad Tim. cap. 1. transfert, *secundùm imperium*. Græcis eadem vox est nempe ἐπιταγὴ; quam Erasmus vertit *delegationem*, præpositio, κατὰ, accipi videtur pro, διὰ, vt sit, *secundùm præceptum*, idem, atque, *per præceptum*. Vbi D. Chrys. accipit præcepti vocabulum propriè, vt distinguatur à consilio; Affirmat enim, Paulo sic præceptum fuisse, vt ei liberum non esset,

Hieron. Chrysost. Theophyl. Ps. 118. Galat. 4. 1. Tim. 1. Erasmus. Chrysost.

omittere. Sensus igitur, ab exordio, vsque ad hæc verba, ita ducitur: Apostolus sum, inquit, ad prædicandam fidei gratiam, non Mosaicam legem. Item ad docendum, in quo situs sit verus Dei cultus, & non Iudaicas fabulas. Rursus hi homines sumunt sibi partes docendi, mihi hoc munus officij impositum fuit; Idque à Christo Iesu Domino nostro, non verbo tantùm aut consilio, sed præcepto, siue, vt vertit interpres Chrysostomi, secundùm imperium.

VERS. 3. Manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione.

De verbo Dei manifestato.

ANNOTATIO I.

Ioan. 1. Ioan. 14.

II. Hieron. hunc locum ita explicat: *Quam promiserat*, inquit, *vitam æternam ipsa est verbum suum, quod in principio erat apud Patrem, & Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quòd autem verbum Dei, ipse sit vita, in alio loco testatur, dicens: Ego sum vita*, Ioan. 14. *vita verò, non breuis, non aliquibus circunscripta temporibus, sed æterna; quæ manifestata est in nouissimis seculis, in prædicatione, quæ credita est Paulo doctori gentium, & magistro, vt annuntiaretur in mundo, & hominibus nota fieret, iuxta imperium saluatoris nostri Dei, qui nos saluos esse voluit, id quod pollicitus erat, adimplendo, &c.* Intelligitur ergo iuxta Hieron. nomine *Verbi*, ipse Christus, qui vita æterna est. Hoc autem verbum manifestatum est. Primùm per carnis assumptionem, de qua dicitur Ioan. 1. *Verbum caro factum est.* Vbi breuiter vides mirabilem Verbi cum natura humana copulationem, per quam sociantur ima summis; *Cum admiratione obstupescimus* (ait Orig. lib. 2. Periarchon, cap. 6.) *quòd eminens omnium Filius Dei exinaniens se de statu maiestatis suæ, homo factus sit, & inter homines conuersatus, &c.* Mirabilis facta est illa copulatio animæ Adam cum corpore de limo terræ efformato: sed quid ad hanc: Hæc Deum carnis conditorem cum carne; creatorem mundi cum anima creata, vna in persona coniunxit. Factus est primus Adam in animam viuentem: sed per peccatum factus est in animam interficientem, interfecit enim & se & filios: viuificatore opus erat; idcirco nouissimus Adam factus est in spiritum viuificantem, vt filios iræ, filios Dei faceret. Vnde D. Chrys. hæc verba, *Verbum caro factum est*, iungit præcedentibus, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, vt intelligamus, reddi ab Euangelista causam, cur filij Dei facti sint homines, eamque esse diuini verbi incarnationem. Similem connexionem obseruauit Augustinus tract. 2. *Quid miraris*, inquit, *quia homines ex Deo nascuntur? Attende ipsum Deum natum ex hominibus.* De hac manifestatione loquitur Apostolus 1. Tim. 3. *Magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, &c.* Exprimit magis adhuc Euangelista hoc mysterium, subiungens, *Et habitauit in nobis*, Græcè ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, hoc est, tabernacula posuit in nobis. Duces, milites, & pastores in tabernaculis habitare solent: sic verbum diuinum, dux noster & pastor, in tabernaculo humanæ naturæ cum dæmone pugnaturus, & pastum cælestem nobis daturus, voluit habitare. Beda sic exponit, *Habitauit in nobis; Inter nos homines conuersatus est.* Quasi dicat: Nō elegit solita

Hieron.

Ioan. 1.

Orig.

Deum copulari naturæ humanæ omnem vincit admirationem.

Adam, qui factus fuerat in animā viuentem, per peccatum factus est in animā interficientem. Chrysost. Augustin. in Ioannem.

1. Tim. 3.

Beda.

solitariam vitam, sed communem & spectabilem: Vnde Baruch 3. *In terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Baruch 3.

III. Deinde manifestatum est Verbum, siue Christus, prædicatione, in qua Apostoli omnes, & maximè Paulus, signiferi fuerunt; quos sequi debemus. Illi enim ita Christi mysteria annuntiarunt, vt non eloquentiam, & profanas vocum nouitates sibi proposuerint; sed cum fide, quam prædicabant, aliquid semper, quod ad mores informandos pertineret vtiliter, & non illepidè, inserebant. Id ex Scripturis sacris ferè acceptum erat, iuxta illud Rom. 15. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* In sacris enim Scripturis omnia cóueniebant, dulcia & amara; læta & tristia: inueniebant quædam similia non solùm auro, & gemmis, quæ aspectum oblectant, sed etiam pani & vino, quæ gustum afficiunt. Hinc ea deuorare, & emendare iubemur, Ezech. 2. & Apocal. 10. & in nostram vtilitatem conuertere. Repudiabat Paulus ea, quæ frigidè à quibusdam concionatoribus inferuntur sermonibus, 2. Cor. 2. *Non sumus*, ait, *sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur, &c.* Carpit obliquè quosdam, qui efficacitatē verbi Dei fucatis quibusdā & inutilibus facetiis retundunt, solida omittunt, frigida consectantur; isthuc est cauponari, vinū verbi Dei, quodam quasi adulterio cum frigida miscendo. Quod Deus peccatrici ciuitati exprobrat Isai. 1. *Vinum tuum mistum est aqua.* 70. *Caupones tui miscent vinum aqua.* Propterea sponsus Cant. 7. mentem doctorum & cócionatorum, quæ ventris nomine significatur, comparat aceruo tritici vellato liliis. Nihil enim debet admittere doctoris cogitatio, quod aut triticum non sit, aut lilium; inutiles paleas, & quidquid fructum, aut suauitatem non habet, reijciat. Idem Cant. 4. eosdem doctores vocat *dentes sponsæ*, qui dura & solida comminuunt, & præmandunt; hoc est difficilia loca & obscura interpretantur, vt exponunt Theodor. Ambros. & Nyssen. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendunt de lauacro; omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.* Caueat ergo doctor & prædicator, ne sterilis sit, & sine fructu abeat concio. In 2. Timoth. 2. sic Paulus discipulum hortatur: *Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis, &c.* Hoc exigit Paulus hac hortatione, vt Timotheus in sermónibus abscindat & reijciat inutilia; atque in ea incumbat, quæ vtilia sunt, vt Chrysost. & Ambros. exponunt. Tum etiam adhibita prudentiæ trutina, singulis tribuat suā competētem portionem, nempe altis spiritualia, lac paruulis, vt ait Glossa, *vt omnis qui audit, veniat ad Filium,* Ioan. 6. Isai. 1. 70. Interpr. Cant 7. Quidā cauponātur magis, quàm cōcionantur. Cant 4. Cōcionatores sunt dentes sponsæ. Theodor. Ambros. Nyssen. 2. Tim. 2. Chrysost. Ambros. Glossa. Ioan. 6.

IV. Manifestatio ergo verbi Dei describitur hīc ab Apostolo: Primùm ex circunstantia temporis, in quo constituit sibi copulare naturam humanam: id enim factum est, *temporibus suis*, id est, tempore congruo, quo homo agnosceret superbiā, per quam peccauerat. Deus enim salutem nostrā operatus est instar medici, qui adhibitis ex arte rationibus ægrotū à praua opinione detorquet, vt eum optatæ sanitati restituat. Efferebatur olim homo super sidera propter scientiam, verùm ad idola conuersus, ignorantiæ ignominiam passus est: virtutes aliquot agnouit, lege magistra; quàm longè ab illarum puritate abesset, intellexit. Debellata igitur superbiā, & vera virtutis cognitione constituta, verbum suum Deus manifestauit temporibus suis. Hinc ad Galat. 4. *At* Filius Dei initiat medicā opportunitatem expectans ad sanādas animas. Debellata superbia est, aduentu filij Dei. Galat. 4.

vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Deinde describitur ex manifestationis modo, qui vocabulo prædicationis significatur. Manifestatum est enim verbi mysterium per publicam prædicationem Marc. vlt. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.* Et Apostolus 1. Cor. 9. sic ait, *Dispensatio credita est mihi.* Tertiò, ex præcepto diuino. vnde dicitur *secundùm præceptum*, vel, vt legunt interpres D. Chrysost. & D. Hieron. *secundum imperium.* De quo Act. 9. *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum.*

Marc. vlt.
1. Cor. 9.
Interpr. Chrysost. Hieron.
Act. 9.

VERS. 3. In prædicatione, quæ credita est mihi secundùm præceptum Saluatoris nostri Dei.

De tribus titulis, quibus Euangelij præcones Matth. 6. *decorantur.*

ANNOTATIO II.

I. COmmissum sibi fuisse munus prædicandi à Christo Apostolus ait, ea obligatione imposita, vt sine peccato omittere non posset tanti muneris executionem: creditì verò sibi Euangelij promulgationem ad se pertinere tunc ex Spiritu sancto intellexit, quando vnà cũ Barnaba electus est ad Apostolatum Act. 13. tum etiam ex reuelatione operis, ad quod iam inde ab vtero matris segregatus est. Quod opus expressit ad Galat. 1. dicens: *Me segregauit ex vtero matris meæ, vt euangelizarem filium suũ, &c.* Operis huius exequendi doctoribus Ecclesiæ, præsertimque Episcopis, imposita est prouincia, quæ & honoris continet multùm & oneris: quod significauit Christus Dominus, Matt. 6. dicens, *Vos estis sal terræ, &c.* Tribus nàmque rebus Apostolos suos, quos ad prædicandum missurus erat, comparat. Primùm sali, qui amissa virtute saliendi abiicitur? Deinde luci, quæ aëris tenebras discutit, & rebus hilaritatem affert. Tertiò, ciuitati pulchrè in edito loco, cum ostentatione turrium ædificatæ. Vult etiam, vt instar sint lucernæ candelabro impositæ, vt splendor doctrinæ neminem lateat. Atque hæc tria honorem continent. Illud onus videri potest, quod additur. Oportere scilicet, non solùm lucem aliis communicare (nec enim ob id dumtaxat tam magnificos titulos Dominus discipulis concessit) sed ipsos etiam doctores & concionatores futuros in mundo lucem ante omnia recipere, qua gressus suos, legis diuinæ obseruatione præeunte, ita dirigant in salutis propriæ procurationem, vt ne minimum quidem præceptum violent: cælum nanque intercluditur iis, qui vel minimum violant mandatum.

Act. 13.
Galat. 1.
Matt. 6.
Tribus rebus comparat Christus Apostolos ad prædicãdum missos.
Non est violandum mãdatum etiam minimum.

II. At dices; cur Deus vult prædicatores instar esse salis? Nimirum, vt scias peccatorem relicta Dei tessera proditorem esse, qui ad castra rebellium connolet. Pœna proditoris est, vt, morte obita, domus illius sale aspergatur. Mentio est huius supplicij, Iudic. 9. *Abimelech*, ait, sacra historia, *oppugnabat vrbem, quam ceperat, interfectis habitatoribus eius, ipsaque destructa, ita vt sal in ea dispergeret, &c.* Vsus huius pœnæ propterea inducitur, quia sal steriles reddit terras, iuxta illud Psal. 106. *Posuit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea, &c.* ob peccata hominum solet Deus inducere sterilitatem; Neque enim decet, vt ibi flores enascantur, vbi Deus offenditur proditione. Hinc intelligi

Prædicator sali comparatur.
Proditoris domus sale aspergitur.
Iudic. 9.
Psal. 106.

intelligitur tanquam cum proditoribus agi, quando Deus ficcitate affligit genus humanum; & meritò: Infligitur enim pœna iis, qui ad inimicorum Dei castra conuolarunt. Ait igitur discipulis & prædicatoribus diuinus magister, *Vos estis sal terræ*: proditores sunt, & fidei mihi debitæ desertores homines, quos ego protreaui, ipsi etiam nutriti in croceis, transfugæ fuerunt. Opus est, vt hanc iniuriam mihi illatam pœna mulctetis; spargite salem, vt areſcant corda rebellium, & mundi flores flauescant. Videte eos, qui Euangelico sale tacti sunt: quærite in eis flores, nullos intenietis. Honoris mundani flos, voluptatis viriditas, diuitiarum viola, vindictæ amor, suspicio, murmuratio, sale isto aruerunt: considerate, si vacat, Paulum hoc sale conspersum commutationem vel illius ex ore, mirabilem audietis, An non illius vox est quam audis in epistola ad Galat. cap. 2. *Viuo ego, iam non ego.* Existimabant, qui Paulum agentem negotia, & comedentem videbant, illum viuere: verùm decipiebantur; mortuus erat. Quid in eo viuebat? solus Christus: *viuit verò in me Christus.* Si mens Pauli aliquid cogitabat, si voluntas, si memoria, si appetitus excitabantur; nó Pauli, sed Christi nutum sequebatur. Felix sterilitas, quæ commutata est in vbertatem Euangelicam. Vbi antea cardui, & spinæ inter flores mundi enascebantur, nunc fructiferæ plantæ, & flores odoriferi surgunt. Est verbum Dei ad mundi agrum sterilem renouandum, malleus conterens petram, vt ait Hieremias, non oleum, aut butyrum; duritiem omnem remouet, cor lapideum comminuit. Est ignis vertens in cineres hominem. Vnde apud Hierem. Deus, ait, *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis?* Est instar gladij qui penetrans viscera animum diuidit à corpore. Vnde Hebr. 4. *Attingens vsque ad diuisionem animæ, &c.* His vocabulis nominatur verbum Dei, vt duritiem nostram, frigus, & vitæ corruptæ amorem, malleo, igne, & gladio perimat; nósque meliores reddat.

Matth. 6.

Galat. 2.

Verbū Dei, malleus, ignis, & gladius dicitur.

Hebr. 4

III. Quare dum Christus sale Euangelij inducit sterilitatem; id propterea facit, quia ea sterilitas, apta est ad inducendam virtutum fertilitatem: *Vos estis sal terræ* ô concionatores, inquit, & fatores salis Euangelici, & legis meæ: sine hoc sale non admittit Deus oblationes. Leuit. 2. & 13. *Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo:* Mensam suam vocat altare sacrificij, & ipsa sacrificia, epulas sibi tanquam conuiuæ appositas. Quod exprimit versio Pagnini, vbi enim legimus cap. 3. Leuit. *Et adolebit sacerdos super altare in pabulum ignis, & oblationis Domini:* vertit ille; *bene condiet sacerdos hos cibos super altare.* Est enim esca Dei sui. Chald. *Pabulum oblatum Domino.* Quare sicut in conuiuiis apponitur sal, vt cibi placeant inuitatis; ita apponi Deus sibi vult in sacrificiis: *Sal*, inquit, *fœderis Domini Dei tui, &c.* Ne nimia familiaritas cótemptū afferat, vt dicitur, adhibeatur sal. Longè præstantior est familiaritas Dei in Euāgelio, quàm in lege; tūc inuitabatur Deus, nunc ipse inuitat nos, Matth 26. *Accipite, & manducate, hoc est corpus meum.* Deum inuitabant Iudæi ad epulas animalium occisorum, nunc ipse nos ad sui corporis epulum inuitat. Ioan. 6. *Caro mea verè est cibus.* Olim cùm dicebatur Deus vltionum Dominus, vt pacem iniret cum peccatoribus, exigebat salem ab hominibus: Nunc cùm se patrem misericordiarum nominet, ipsemet salem conuiuio apponit. Vnde Marc. 9. *Habete in vobis sal:* hoc est, habete pacem inter vos. Est sal typus pacis, & amicitiæ. Vnde Samaritani, vt scribitur 1. Esdr. c. 4. admo

Leuit. 2. & 13. Mensam suā vocat Deus altare sacrificij.

Chald.

Matt. 26.

Ioan. 6.

Sal typus est pacis, & amoris.

Marc. 9.

1. Esdr. 4.

admonuerunt Artaxerxem, Assyriorum Regem, de ædificiis ab Israëlitis feliciter excitatis: quò nimirũ Rex, timens rebellionem, eos impedirẽt. Atque, vt Rex intelligeret hanc admonitionem proficisci ab amore, & gratitudine, qua illi erant astricti, ita eum alloquuntur: *Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus: quia iaſiones Regis videre nefas ducimus, ideirco miſimus, & nuntiauimus Regi, &c.* Sic etiam Pythagoras in quodam symbolo, *salem*, inquit, *& meiſam, ne prætereas*; hoc est, in rebus prosperis, ne à memoria excidat gratitudo debita amicis, qui sui salis & mensæ nos participes fecerunt. Hunc salem semper conseruat qui ex animo diligit, Prouer. 17. *Omni tempore diligit, qui amicus eſt.*

Symbolum Pythagoræ, quo gratitudinis admonemur.

Prou. 17.

IV. Addit Christus, *quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur.* Hoc est, si sal prædicationis Euangelicæ, non satis fuerit ad segetem peccatorum exsiccandam, & præparandum Euangelio cordis agrum, vtrámque cõmutandam, quid satis erit? Dives ille, qui epulabatur quotidie splendide, Luc. 16. sentiens acres inferni ignis cruciatus, solicitus de fratribus, qui in mundo viuebant, petiit committi prædicatorem ex infera regione. Responsum illi est ab Abrahamo id non expedire, cùm apud illos non desint, qui sanam annuntient doctrinam. Certum enim est fore, vt qui rebelles sunt concionatori viuo, etiam ex mortuis suscitato inobedientes euadant; Et quidem, si sal verbi Domini, non mouet nos, nihil superest remedij: mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, q.d. Inutilis erit valor & meritũ meæ doctrinæ. Verbum enim quod prædicatur, quia meum est, inæstimabile sibi vendicat pretium, hominum tantùm vitio, non suo aliquando inutile fit. Orig. hom. vlt. super Exod. ait, Eum, qui negligens est in doctrina cælesti admittenda, perinde reputari, atque si eam abiiciat, & conculcet.

Luc. 16.

Imprudenter petit diues, qui erat in inferno, mitti concionatores ad fratres suos.

Orig.

V. Significat etiam Dominus, euanescentis salis metaphora, fatuos, & prorsus inutiles animarum pastores, dignos esse qui mittantur foras, & honore priuentur. Hinc in Cant. cap. 1. Spiritus sanctus ait: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres* (hoc est, ô prælate, siue doctor, qui pulcherrima, & præcipua sponsæ Christi pars es, & tantæ dignitatis ignoratione laboras) egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, quasi dicat, Egredere de sanctuario meo, & sequere subditorum vestigia, qui comparatione tui deberent esse tanquam animantes ratione carentes. Sequere eorum comessationes, vsuras, libidines, ludos, vindictas, &c. Nec dubium, quin pastor siue doctor fatuus multis modis conculcetur, non solùm ab hæreticis, sed etiam interdum à Catholicis, qui malo exemplo prouocati, contumelioſè de illo loquuntur. contrà accidit bono sali, hoc est, prudenti doctori, quippe qui à malis & dæmonibus timetur, & à bonis diligitur. Neque conculcatur, quia non vincitur ab iniusto persecutore. Vnde Auguſt. lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 6. *Calcari non poteſt, niſi inferior: ſed inferior non eſt, qui quamuis in corpore multa in terra ſuſtineat, corde tamen fixus in cælo eſt.* Hæc ille.

Mali prælati sunt instar salis infatuati.

Cant. 1.

Auguſt.

VI. Nemo tamen putet, licere sibi, malos pastores, & doctores, quòd digni conculcatione sint, iniuriis afficere. Dominus enim solùm expressit supplicium, quo illi digni sunt, non autẽ quid debeamus exequi. Semper namque honor eis exhibendus est, 1. Petr. 2. iubentur subditi, *Dominis obedire etiam diſcolis.*

Nemini licet malos prælatos cõtumeliis afficere. 1. Petr. 2.

discolis; Et 1.Timoth.2.orare *pro Regib.u, & iis.qui in sublimitate positi sunt.* Detegitur tamen Dei permissio iusta, qua sinit docentes, & non facientes, quæ docent, tanquam illusores, illudi: Nam, vt refert Lactant. lib.4.cap.23. Philosophi multos habuerunt discipulos, sed imitatores virtutis paucos: quia tantùm dicebant, & non faciebant. Ipse Deus, qui multa dederat hominibus præcepta, homo factus est, vt quæ difficilia videbatur in præcepto, ipse exequens, facilia redderet. Vnde Luc.vlt. dicitur potens opere & sermone. Colamus ergo eos, qui nos docent, & superiores sunt, non secus atque Christi crucem, sculptamque imaginem, quæ licèt situ & squalore deformata sit, quia tamen signum est rei sacræ, venerationi nobis est.

1.Tim.1. Lactantius. Luc.vlt. Colendi sunt prælati sicut Christi imago.

VII. Deinde honore afficit Dominus Apostolos, & doctores, dum ait, *Vos estis lux mundi.* Et quidem post salis metaphoram rectè subiungit, illam lucis; quoniam, vt inquit Theophyl. in tom. super cap. 5. ad Ephes. Qui reprehendit quæ occultè fiunt, ille lux est. Omne enim, quod manifestat, lux est. Hæc lux, depulsa nocte peccati lætificat animos iustorum spe æternæ felicitatis: mœstos verò reddit adulteros, fures & omnes qui malè agunt, & lucem oderunt. Qui dicunt Psal.138. *Forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis.* Lux Euangelij, instar est lucis solis, qua accedente & recedente, ortus fiunt & interitus. Corrumpitur enim vetus homo, & cum actibus suis sterilescit, & nouus erigitur, veluti arbor ramos charitatis expandens, & folia sanctorum verborum cum floribus desiderium, & fructibus operum odoriferis producens. Atque vt prima creatura verbo Dei condita est lux; ita Apostoli primi à Christo, hoc est, à verbo Dei, homine facto, facti sunt præcones lucem annuntiantes, atque adeo lux; vnde illis dicitur: *Vos estis lux mundi.* Nam lux sapientiæ humanæ tenebris comparatur, nec Deum potuit cognoscere. 1.Cor.1. *Non cognouit mundus per sapientiam Deum.* Quod D. Chrysost. hom.10.in 1.ad Timoth.tom.4. declarauit, ad hunc modum: *Idcirco,* inquit, *nos ille elegit, vt simus quasi luminaria, vt veluti fermentum euadamus, vt magistri cæterorum efficiamur, vt veluti Angeli cum hominibus versemur in terris. Nihil opus esset verbis, si in hunc modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret, &c.*

Lux mundi. Theophyl. Ephes.5. Ps.138. 1.Cor.1. Chrysost. Cõcionatores electi à Deo sunt, quasi luminaria.

VIII. Tertiò titulo illustres reddit discipulos, & prædicatores, dicens: *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Rectè nánque post salem & lucem sequitur metaphora ciuitatis in mõte positæ. Homines enim sale sapientiæ conditi, & luce Christi splendidi, sanctitatem suam occultare nituntur. Vnde Matth.13. *Regnum cœlorum dicitur simile esse thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit.* Et quidem ad prælaturam, & munus docendi, ex latebris educendi sunt homines, vt aduertit Rupertus, sicut è deserto eductus est Baptista ad prædicandum. Hæc enim ratio est, cur post salem & lucem metaphora ciuitatis proponitur. Aliam rationem addit Chrysost. hom. 15. in Matth.tom.2. Nam cùm dixisset Dominus, Apostolos esse salem, nempe mordentem vitiorum plagas, & lucem quæ detegeret adulteros, latrones, & hæreticos, necesse est, vt ciuitas sint inexpugnabilis, & in monte ædificata, ad hostiles impiorum conatus redundendos. Talis ciuitas fuit Petrus, ampla nimirum, & fortis, ad ouium sibi creditarum præsidium, quas tanquam ciuitatis Dei incolas quosdam, charitate complectebatur, memor illius interrogationis, & præcepti Ioan.21. *Amas me? Pasce oues meas.* Talis Paulus, qui

Matth.6. Ciuitas supra montem posita. Matth.13. Rupertus. Chrysost. Ioan.21.

2.Cor.6. 2.Cor.6.ait: *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est, non angustiamini in nobis; angustiamini autem in visceribus vestris, &c.* Tales cæteri Apostoli & doctores sancti, quibus conceduntur claues regni cælorum, hoc est, Matth.16. Ecclesiæ Petro promissæ, Matth.16. vt in gloriosam ciuitatem omnibus pateat accessus.

Ezech.13. Cócionator sit ciuitas fortis muro sanæ doctrinæ, contra impios. Aristot.

IX. Queritur Deus Ezech.13. quòd nonnulli pastores, qui ciuitates erãt, gregem suum, muro sanæ doctrinæ & exempli, non protexerunt. *Non vos*, inquit, *opposuistis murum pro domo Israël.* Eidem Prophetæ dictum est: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.* Arist.lib.3.pol.ait: *Ciuitas est multitudo ciuium, per se sufficiens ad viuendum.* Cùm ergo in ciuitate omnia inueniantur in multis, quæ in vno inueniri nõ possunt; oportet vt in prælato omnia insint, quibus singuli & vniuersi subditi iuuentur. In ciuitate ab vno tibi suppeditantur calcei, ab alio vestitus, ab alio alimenta, ab alio philosophia. At verò, ab Episcopo, cùm ipse ciuitas sit, omnia suppeditari debent. vide Salmeronem latè in hanc sententiam more ferè Scholastico disputantem tom.5.tract.27.28.29, vbi explicat illa verba: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, &c.* Aitque comparari à Christo vitam doctoris, sali; doctrinam, luci; dignitatem & officiũ, ciuitati, quæ latere non potest cùm in monte sit posita: lucernæ verò accensæ metaphora vti, vt intelligant Apostoli, & eorum successores doctrinam non esse occultandam, sed cum multis cõmunicandam. *Virtus enim* (vt inquit Tertull.) *denotatione sui gaudet: si est in corde, appareat in capite, &c.* ducimur ad hanc manifestationem exemplo ipsius Christi, qui *lux vera dicitur, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; & totam cœlestem ciuitatem splendore complet, Apoc.21. *Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus, &c.* Sancti ab hac lucerna mutuati sunt lucem. Hinc Ioannes dicitur à Christo lucerna ardens & lucens; quæ verba expendens Bernard.ait: *Est*, inquit, *tantum lucere, vanum: tantum ardere, parum: ardere & lucere, perfectum, &c.* Ardens ergo doctor siue pastor, vt lucere aliis possit, vitia igne consumit in se, & præcipue superbiam, qua tument, qui se in dignitate constitutos vident, de quibus Bernard. tract. de gradibus humilitatis: de se præsumentem ita carpit; *Qui alios se præcellere putat, quomodo non plus de se, quàm de alijs præsumat? Primus in conuentibus residet; in consilijs primus respondet; non vocatus, accedit; non missus, se intromittit; reordinat ordinata; reficit facta; quicquid ipse non fecerit, aut ordinauerit, nec recte factum, nec pulchrè existimat ordinatum. Iudicat iudicantes; præiudicat iudicaturis. Si cùm tempus aduenerit, non promoueatur ad Prioratum, suum Abbatem aut inuidum iudicat aut deceptum. Quòd si mediocris ei aliqua obedientia iniuncta fuerit, indignatur, aspernatur, arburans se non esse minoribus occupandum, qui se ad maiora sentit idoneum, &c.*

Tertull. Virtus denotatione sui gaudet. Ioan.1. Apoc.21. Bernard. Bernard. tit. 7.de gradibus humilitatis. Prælatus qui de se præsumit, re ordinat ordinata, &c. Superbus est, qui dolet, quod non sit promotus. Origen.

X. Incendere etiã charitate debet doctor & prælatus eos qui aduersantur veritati aut morum integritati, vt docet tom.1.Orig.hom.4.in Cant. *tales autem sunt fallaces, & improbi magistri, Ios*, inquit, Orig. *qui instar vulpium sunt; ille, qui veri & fidelis imaginem tenet doctoris, capiens verbo veritatis, caudam ad caudam colligat, id est, aduersantes sibi, & diuersa à se inuicem, sentientes, docentéque confutet: atque ex ipsorum verbis propositiones collectioné que accipiens, in allophylorum*

segetem

ſegetem ignem conclusimus emittat, & ex propriis illorum argumentis, omnes eorum fruſtus, atque vineas, & oliueta peſſimæ generationis incendat. Sed etiam ipſe numerus trecenarum vulpium, quæ à ſemetipſis diuerſæ, & diſſonantes erant, triplicem formam indicant peccatorum. Omne enim peccatum, aut in facto, aut in verbo, aut in conſenſu mentis admittitur. Hæc Origen. Denique, vt luceat, & ſplendeat lucerna Euangelica, emungi debet; alioqui extinguitur, & fumo offendit circunſtantes. Vita eius, & domus fœtet dum neglecto Apoſtolico officio, cum luda, loculis incubat, & in conſanguineis ditandis totus eſt. Reſtat illi, vt cum virginibus fatuis, Matt. 25. ob incuriam propriæ ſalutis, à regno excludatur. Vult Bern. vt noſtra lux, ſolis ſplendorem imitetur; ſic enim ait in ſerm. de D. Ioanne Baptiſta, *Sapiens permanet vt ſol; ſtultus autem, vt luna mutatur. Quia enim ſplendet luna, ſine feruore, modo plena, modo exigua, modo nulla videtur. Mutuatum ſquidem lumen nunquam in eodem permanet ſtatu, ſed creſcit, deficit, extenuatur, annihilatur, & penitus non comparet. Sic qui conſcientias ſuas in alienis labus poſuerunt, modò magni, modo parui ſunt; modo nulli, ſecundum quod adulantium linguis, vel vituperare placuerit, vel laudare. At verò ſolis ſplendor igneus eſt, & cùm feruet, acrius etiam oculis lucidior exhibetur, &c.*

Autores falſæ doctrinæ, vulpes ſunt & allophyli.

Matth 25.

Bernard.

Sapiens vir, inſtar eſt ſolis; ſtultus, inſtar lunæ.

XI. Cæterùm, ſi ad ſolis lucem peruenire non poſſumus, lucerna ſimus, non tamen ſub modio poſita, ſed ſuper candelabrum, &c. Modius enim eſt ſynagoga, ſiue Moſaica lex: lux autem Euangelij non eſt concludenda ſub menſura legis. Vnde Hilar. can. 4. in Matth. ſic ait, *Synagogam Dominus dignè modio comparauit, quæ ſuſceptos fruſtus intra ſe tantùm recepiant, certum modum dimenſæ obſeruantiæ continebat. Nunc autem fruſtu omni adueniente, ſe vacuauit, non tamen potens luminis occludendi. Atque ideò iam lucernæ Chriſti non recondenda ſub modio eſt, neque operimento occultanda ſynagoga, &c.* D. Aug. cap. 12. lib. 1. de ſerm. Domini in monte, prope finem; allegoriam modij ſignificare ait ſtrictum finem alicuius commodi corporei, aut temporarij, aut auram popularem, & vanam, quæ obſtruit prædicatoris os, ne, aut vitia acriter carpat, aut ad virtutem excitet vehementiùs, metu amittendi lucrum. Verba Auguſtini ſunt: *An aliquid modius ſignificat, vt hoc ſit ponere lucernam ſub modio, ſuperiora facere corporis commoda, quam prædicationem veritatis? &c.*

Hilarius. Synagoga ſub modio, lucem habebat. Auguſt.

XII. Pulchrè in Balaam repræſentantur illi, qui oculum ad res temporarias adiiciunt; vnde 2. Petr. 2. rectè ſignificantur his verbis; *Derelinquentes rectam viam errauerunt: ſecuti ſunt viam Balaam, qui mercedem iniquitatis amauit, &c.* Balaam pecuniæ cupidum, vel aſina obiurgauit, Num. 22. Petri explicans Beda: *Nonnunquam*, inquit, *multi catholici, in tantum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, à laicis clerici meritò lacerentur. Qui iure comparantur propheta, qui verbis aſinæ, contra naturam loquentis, corripitur, nec tamen à proposito prauo itineris retardatur. Quibus etiam aptiſſimè nomen conuenit ciuitatis, de qua Balaam venisse perhibetur. Baſor nanque carnem dicitur, neque alia magis causa luxuriosis exiſtit, verbum veritatis amore pecuniæ adulierandi, quàm quod carnes ſe concupiſcentiæ manciparunt. Indigni nimirum Apoſtolica laude, Rom. 8. Vos autem fratres non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, &c. Sed & nomen Balaam, qui vanus populus, ſiue præcipitans eos, interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam ſponte ipſi deſerunt, quid niſi vanus ſunt populus? quid niſi in præcipitium ſuæ mutuam audituresquibus non ſalutaria, qua corrigant; ſed quæ illos delectent, erro-*

2. Petr. 2.

Num. 22. Beda. Balaam imitatores ſunt auari, quos vel reprehendere poteſt mutum animal. Rom. 8. Balaã, id eſt, vanus ſiue præcipitans.

nea prædicant? Hæc ille. Videant ergo, qui dignitatem in Ecclesia prædicatoris, vel pastoris obtinent, munus sibi impositum, ne aliud agât vel doceant, quàm quod sibi à Deo commissum est. Imitari autem Paulum oportet, qui creditum sibi Euangelium verbo & factis cum multis egregiè communicauit; sale nimirum doctrinæ condiens mundum insulsum; luce sapientiæ tenebras discutiens ignorantiæ; & ciuitatis supra montem positæ commoditate, omnibus vtilitatem apportans.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO IV.

VERS. 4. Tito dilecto filio, secundùm communem fidem gratia & pax à Deo Patre & Christo Iesu Saluatore nostro.

Græcè; Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Erasmus.

IN Græco codice est pro, *dilecto*, vt habet vulgata editio, γνησίῳ, hoc est, *germano*, siue, *legitimo*. Vnde Erasm. ita vertit, *Tito germano filio*. Pro *gratia & pax*, est χάρις, ἔλεος, εἰρήνη, hoc est, *gratia, misericordia, pax*, sine vlla copula. Et quidem misericordiæ vocem, quam excludit nostra vulgata editio, nec Hieron. nec Ambros. admittunt. Certè quemadmodum Græci codices habent, legit Chrysost. ac Theophyl. Sed videtur additum apud Græcos, non tantùm ob id, quòd repugnat consensio Latinorum codicum, verumetiam quòd Origen. in epistolam ad Romanos, annotans ac distinguens formas salutationum, quibus Paulus vsus est in singulis epistolis, hunc in modum loquitur, ad Timotheum prima, & secunda, *Gratia, misericordia & pax, &c.* ad Titum verò, *Gratia & pax à Deo Patre, &c.* Origenis lectionem sequitur Theodoretus, quam approbat Latina editio emendata. Vocatur autem Titus *dilectus filius* propter Euangelium, vel iuxta Græca exemplaria, *germanus filius*, vt etiam legit Ambros. Quasi dicat, Tito verè Filio, & non notho, neque degeneri à patre. Notat elegantiam huius verbi D. Hieron. hoc loco, addens, Græcæ vocis proprietatem non exprimi à Latinis posse. Pugnant autem inter se, γνήσιον & νόθον, hoc est, *germanum* & *adulterinum*. Et Plin. lib. 10. cap. 3. quintum aquilarum genus, γνήσιον vocat, idque sic interpretatur, velut verum solúmque incorruptæ originis. Porrò Ambros. non solùm hîc sed etiam 1. ad Timoth. 1. legit, pro, *dilecto filio, germano filio*, Græci vocabuli

Hieron. Ambros. Chrysost. Theophyl. Origen. Misericordiam Timotheo precatus est Apostol. præter gratiam. Theodor. Ambros. Hieron.

Plin. Secund. Ambros. 1. Tim. 1.

cabuli proprietate ductus. Cur Titus dicatur *dilectus filius* patet ex 2. ad Cor. cap. 7. 8. 12. ex cap. 2. ad Galat. & cap. 4. epistolæ 2. ad Timoth. 1 Cor. 7. Galat. 2. 2. Tim. 4.

II. De amore verò paterno, quo Paulus prosecutus est non solùm discipulos suos ob virtutem amabiles, vt Timotheum & Titum; sed etiam Galatas, quos filios vocat, & alias gentes, quibus prædicauit Euangelium, vide quæ annotauimus in principio vtriusque epistolæ ad Timoth. Communem autem dicit fidem, vt Hieronymo placet, non omnium, qui in Christo credunt, sed suam & Titi. Chrys. & Theophyl. & alij fidem Catholicam interpretantur. Et quidem Theophylactus verba hæc, *secundùm communem fidem*, sic enarrat: Cùm Titum filium nominasset, ipse patris assumpto officio, hunc honorem rursus imminuit. Nulla, inquiens, in re te excello, téve maior sum, quod ad fidem attinet: communis enim est, & per ipsum natus sum ego, & tu. Quomodo igitur filium ipsum vocat? vel ideò, vt ostendat paternum suum erga ipsum affectum; vel quia illum Baptismate tinxerit: quatenus enim eadem est vtrique fides, fratres sunt inter sese: quatenus autem Paulus ipsum baptizauit, pater est. Quod igitur ait: *iuxta communem fidem*, fraternitatem indicat. Hæc Theophyl. Chrysost. Theophyl. Quæ sit cõmunis fides.

VERS. 4. Tito dilecto filio secundùm communem fidem.

Quàm arcto amore, & syncero se inuicem complectantur, qui fidem Christi colunt.

ANNOTATIO I.

III. D. Chrysost. annotauit hoc loco, non omnes, qui ab Apostolo filij vocantur, dilectos appellari. Sunt enim aliqui filij, qui parentibus dolori sunt, & interdum pœna digni; qualis erat ille, de quo 1. Cor. 5. *Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere, &c.* Cum filio, qui charitatis & synceræ fidei expers est, nec cibus quidem sumendus est. Filius quidem est huiusmodi, quòd semel regeneratus sit per gratiam; cùm tamen à patris dignitate degenerans, ad mores turpes animum inflexerit, dilectus dici non meretur. In naturali quidem propagatione charissimum facit filium vtriusque parentis affectus: in spirituali vita, non ita se res habet, sola morum probitas charitatis, & dilectionis conciliatrix est. Fuerat Onesimus charissimus Pauli filius, verùm amiserat dignitatem huius filiationis ob furtum; vt in epistola ad Philemonem illius herum, dicitur. Rursus verò per pœnitentiam recuperata gratia charissimus factus est filius, adeò vt ipsum sua viscera vocauerit Apostolus. Quod autem Paulus, quem dilectum vocauit, eum ipsum habere communem fidem subiungit; id propterea fecit, quia quem filium ratione prædicationis, & Baptismi dixerat; amore, qui ex communi fide nascitur, fratrem & æqualem agnouit. Sicut enim eadem fides amorem & concordiam parit, ita diuersitas fidei, discordiam. Vnde Greg. Nazianz. in orat. ad Arianos: *Sublata*, inquit, *per fidei diuersitatem animorum concordia, maiori pœnè immanitate, nosmetipsos mutuò insectamur, quàm qui nunc bello nos lacessunt barbari, quos Trinitas* Chrysost. 1. Cor. 5. Filij degeneres sunt qui à virtute desciscunt. Ad Philem. Nihil æquè nocet fraterno amori, atque fidei dissidium. Greg. Naz.

Nicetas. *ſoluta coniunxit, &c.* vbi, vt Nicetas aduertit, bellū illud intelligit, quod Theodoſius cum barbaris geſſit, & feliciter perfecit. Atque eleganti antitheſi vſus eſt, cùm Trinitatem ab ipſis ſolutam, atque diuiſam, barbarorum copias coniunxiſſe dixit: Explicans dein de magis idem Gregor. quantum noceat diſſidium fidei fraterno amori, ſic ait: *Deteſtabilior eſt, inquit, noſtra conflictatio, vel ex eo quod non exteros exteri, nec ignotos ignoti (quæ res nonnullo quoque ſolatio calamitatem leuat) verùm alij alios quaſi domeſticos domeſticos populamur; aut ſi mauis, eiuſdem corporis membra conſumimus inuicem, atque conſumimur, &c.*

In domeſtico diſſidio conſumimus inuicem, atque conſumimur. Tertull.

IV. Tertull. in Apologetico aduersùs Gentes rectè expendit quàm ſyncerus amor proficiſcatur ex communi fide Chriſtianorum. Nam in conuiuiis, vbi apud alios rixæ, aut fomenta libidinis, Chriſtianis amor, & charitas hoſpitium parat. Verba Tertull. ſubiiciam, vt antiqua Chriſtianorum, quibus vna, & communis erat fides, virtus nobis exemplo ſit. Sic enim ait: [*Cœna* noſtra de nomine rationem ſuam oſtendit; vocatur enim, ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos eſt. Quantiſcunque ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere, ſumptum liquidem inopes & refrigerio iſto iuuamus; non quà penes vos paraſiti affectant ad gloriam famulandæ libertatis ſub autoramento ventris inter contumelias ſaginandi, ſed quà penes Deum maior eſt contemplatio mediocrium, &c. Deinde cætera referens: Si honeſta, inquit, cauſa eſt conuiuij, reliquum ordinem diſciplinæ æſtimate, quid ſit de religionis officio. Nihil vtilitatis, nihil immodeſtiæ admittitur. Non priùs diſcumbitur, quàm oratio ad Deum præguſtetur. Editur quantum eſurientes capiunt; bibitur quantum pudicis eſt vtile: ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum ſibi eſſe. Ita fabulantur, vt qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem, & lumina, vtquiſque de Scripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in medium, Deo canere hinc probatur quomodo biberit. Æquè oratio conuiuium dirimit: inde diſceditur non in cateruas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum; nec in eruptiones laſciuiarum; ſed ad eandem curam modeſtiæ, & diſciplinæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quàm diſciplinam, &c.]

Lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum.

Conuiuia Chriſtianorum ſobria.

Inter Chriſtianos oratio conuiuium dirimit.

VERS. 4. Secundùm communem fidem.

Sitne inter Chriſtianos ſignum aliquod communis fidei?

ANNOTATIO II.

V. QVæres quodnam ſignum extet inter Chriſtianos communis fidei? Exiſtimo non aliud quàm ſymbolum Apoſtolorum. Illi nanque, vt Ruffinus Aquileienſis presbyter autor eſt, in expoſitione ſymboli, quæ habetur ad finem operum D. Cypriani, linguis igneis ab Spiritu ſancto accenſi, quò vel ad barbaras, & inacceſſas nationes, vtiliter proficiſci poſſent; inuicem normam prædicationis in commune conſtituunt, ne forte alius ab alio abducti; diuerſum aliquid his, qui ad fidem Chriſti conuertebantur, exponerent. Omnes ergo in vno poſiti loco & Spiritu ſancto repleti, conferendo in vnum, quod ſentiebat vnuſquiſque, hanc credentibus dandam eſſe regulam ſtatuunt. Symbolum

Ruffinus.

Symbolum fidei cur inſtitutum ab Apoſt.

bolum autem hoc æquissimis de causis vocarunt. Id enim Græcè *indicium* est, vel, *collatio*, hoc est quod plures in vnum conferunt. Sed cur indicium, vel signum dicitur? Quia id temporis, vt Paulus ait 1.Cor.11.& refertur Act.15. multi ex circumcisis Iudæis simulabant se esse Apostolos Christi,& lucri alicuius, vel ventris gratia, ad prædicandum proficiscebantur; nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis nuntiantes. *Ideirco* (inquit Ruffinus) *istud indicium posuere, per quod cognosceretur is, qui Christum verè secundum Apostolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis ciuilibus hoc obseruari solet, quoniam & armorum habitus par, & sonus vocis idem, & mos vnus est, atque eadem institutа bellandi, ne qua dolis subrepsio fiat, symbola discreta vnusquisque duæ suis militibus tradit, quæ Latinè vel signa, vel indicia nominantur; vt si forte occurreret quis, de quo dubitetur, interrogatus, symbolum prodat, si sit hostis an socius.* Hæc ille. 1.Cor.11. Act.15. Symbolum militare.

VI. Ad prædicandum ergo discessuri Apostoli; non turrem ex latere cocto & bitumine, sicut Noë filij, Genes.11. constituerunt, cuius cacumen ad cœlum vsque pertingeret; sed vnanimitatis studio incensi, munimenta fidei, quæ starent aduersùs faciem inimici, ex lapidibus viuis, & margaritis Christi, ædificarunt; quæ neque venti disturbarent, neque flumina, neque procellarum turbines. Meritò illi ab alterutrum separandi turrem superbiæ ædificantes, linguarum confusione damnati sunt, vt ne vnusquisque intelligere posset vicini vocem. Hi verò qui turrem fidei excitabant, omnium linguarum scientia, & agnitione donati sunt. vt illud peccati, hoc fidei probaretur indicium. Est itaque symbolum Apostolorum id, quod fidem cõmunem, hoc est, Christianam, integram & synceram continet. Atque secundùm hanc fidem Paulus, & Titus; imò omnes fideles, vbicunque sint, se agnoscunt, & amant. Gen.11. Apostoli discessuri per orbem, non turrim, vt Babylonici, sed Symbolũ fidei constituerunt.

VERS. 4. Gratia & pax à Deo Patre, & Christo Iesu, Saluatore nostro.

Cur Apostolus Tito gratiam & pacem optet.

ANNOTATIO III.

I. HOrtatur nos Theophylactus hoc loco, vt nobiscum cõsideremus, quo pacto Apostolus, quæ omnibus hominibus optat, eadem quoque præcetur Episcopo & doctori. Cui enim Paulus gratiam & pacem non optauit? Cæterum hæc dona cœlestia, cùm omnibus, tum maximè Episcopis, necessaria sunt. Quomodo nanque onus sibi impositum regendi & docendi alios, nisi Dei gratia subleuatus, poterit sustinere? Quomodo sine misericordia stabit (sequitur Theophyl. Græcum codicem, qui misericordiam interserit) qui multorum sit reus? quomodo pace frui valebit, qui turbis, & mille tumultibus oppugnetur? Emphatica est ratio, quam Theophyl. reddit, cur Episcopus gratia, misericordia, & pace indigeat: *Vnum* (inquit) *opus strenuè peractum, vnaque actio, & virtus, Episcopum ad cœlum ducit; & vnum peccatum eundem ad inferos deducit, &c.* Theophyl. Vna actio strenua ad cœlum ducit: vnum peccatum ad inferos deducit.

II. Vt autem explicatior sit hic locus, sciscitari libet, cur post præfationem

nem & salutationem precetur Apostolus gratiam & pacem à Deo Patre. Nam quibusdam imprecatus est, vt eis gratia & pax multiplicentur: nunc verò ad Titum scribens, gratiam, & pacem, sine multiplicatione optat. Ratio huius rei

Hieron. est: *Quia perfectorum*, inquit, Hieron. *mos est, vnam margaritam, & vnum thesaurum omnibus margaritis, & totius substantiæ suæ emere commercio. Insipientium verò, & adhuc in timore positorum, plures habere margaritas, ne dum vnam, & solam.*

Gen. 7. Hæc ille. Cuius doctrina confirmatur, quia Noë vir iustus, & à naufragio orbe solus seruatus non dicitur plures, sed vnam gratiam inuenisse in conspectu

Exod. 33. Dei. Et Moses, Exod. 33. ad Dominum; *Si inueni*, inquit, *gratiam in conspectu tuo.*

Vna gratia Dei præstat omnibus vitæ bonis. Matth. 13. Vbicunque sanctorum virorum mentio fit in sacris literis, quæ gratia pollent, non eos gratias, sed gratiâ inuenisse reperies. Etiam mercator ille de Euangelio, Matth. 13. qui plures habuit margaritas, vnam tandem pretiosam reperit, quam cæteris prælatam, solam emit. In ea enim cæterarum pretia cõtinentur.

III. Quæri deinde potest, cur Tito, quem dilectum filium, atque adeò charum Deo vocauit, gratiam optet? Quænam hæc gratia? An non, qui à Deo diligitur, in gratia constituitur? Respondeo supposita diuina vocatione optari Tito gratiam subsequentem atque cooperantem. Hanc optabat Regius vates,

Psal. 58. Psal. 58. *Misericordia Domini præueniet me, & subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Et Ecclesia orat, *Tua nos Domine gratia præueniat, & sequatur, &c.* Sicut enim, non nisi Deo animum afflante, quod rectum est, volumus; ita non nisi

Philipp. 2. ipso adiuuante, perficimus; Philipp. 2. *Deus operatur in nobis & velle, & perficere,*

Psal. 139. *non tamen sine nobis*: & Psal. 139. *Ne tradas me à desiderio meo peccatori*, id est, vt

Genebr. exponit Genebr. postquam te desideraui & amaui, ne tradas me peccatoris po-

Masoretæ. testati. Masoretæ, legunt, *Ne tradas Domine desideria impij.* Ac si dicat: Ne eius optata perfice. Multis enim data est gratia, quibus negata est fortitudo ad eam conseruandam. Quarè post acceptam gratiam gratificantem nos Deo Patri per Iesum Christum, indigemus adhuc diuino auxilio, quo continenter regamur & protegamur. Nec enim nobis consulere, ne cadamus in peccatum, nostra

Psal. 9. industria valemus. Vnde illud Sap. 9. *Cogitationes mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ.* Et 1. Cor. 10. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Et Hierem.

1. Cor. 10. Hierem. 32. 32. *Timorem meum dabo in corde eorum, ne recedant à me.* Optat ergo Paulus Tito gratiam perseuerantem, dum ait, *Gratia & pax, &c.* Et verò primùm gratiam; deinde, pacem; quia qui in Dei gratiam receptus non fuerit, pace vera

Isai. 48. nequaquam frui potest. *Non enim est pax impijs, ait Dominus*, Isai. 48. *Dicebant,*

Hierem. 6. *pax, pax*, (inquit, Hierem. 6.) *& non est pax. Cùm dixerint gaudium, & pax, & se-*

2. Thess. 5. *curitas* (inquit Paulus) *repentinus eis superueniet interitus*, 1. Thess. 5. Hanc autem gratiam & pacem Tito poscit Paulus, & optat concedi à Deo Patre, & Chri-

A Christo gratia & pax in nos emanat. sto Iesu Saluatore nostro. Expende energiam. Num si Deus est, à quo gratia petitur; scit necessitatem nostram: si Pater est, nobis tanquam filiis illam concedet? si Iesus est, id est, Saluator, gratiam quomodo non elargietur, vt saluet? esse qui possimus? Si Christus est, hoc est, vnctus; quomodo non effundet in nos omnes oleum misericordiæ, & pacis, cuius Symbolum est Olea? Discе etiam ex hac salutione in qua dona gratiæ & pacis optantur Tito & nobis, qui hanc epistolam legimus auctorem illorum munerum reuereri, tanquam Deum; diligere tanquam Patrem; illi obsequi tanquam Domino; Et quia noster est, & Saluator est, illius honorem magnificare; & saluationis

effectum

effectum procurare. Nobis enim cæli aperti sunt, Dei benignitate, quando imbres gratiarum de cælo fluere in terras cœperunt, Angelis concinentibus *Gloriam in excelsis Deo, & in terra pacem hominibus.* Quare ad salutem æternam consequendam, hoc superest, vt gratia & pax Dei nostris conatibus accedat.

IV. Quàm necessaria sit hæc precatio, vt Dei gratiam & pacem impetremus, intelliget qui animę, his cælestibus donis destitutæ, lamentabilem statum considerauerit: quem Isai. cap. 1. triplici expressit hieroglyphico: *Et relinquetur*, inquit, *filia Sion, sicut vmbraculũ in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur vastatione hostili.* De Synagoga loqui Isaiam, autor est Irenæus, lib. 4. cap. 8. cuius vmbræ, luce veritatis affulgente in aduentu Christi erunt, sicut tugurium vineæ, cuius post vindemiam non est vsus. Porrò, qui animam Dei gratia & cælesti pacificatione orbatam considerat, imaginem hic intuetur extremæ orbitatis. Casulam vidisti in cucumererio, aut in vinea viriditate vndique in æstate conuestitam: Eandem, si aspicias, collecta vindemia omniq; fructu & viriditate sublata; dices, nihil cogitari posse infelicius. Sic anima, Deo ab ea recedente, nihil pulchri habet, nihil quod oculos captet. Hederam recordare, qua Ionas cap. 4. oblectabatur, dum viridis fuit, exsiccatam: vinea Dei erat anima, Spiritu sancto in ea habitante, de qua Regius vates Psal. 79. *Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei.* Eadem Spiritu sancto per peccatum, à se ablegato, similis est tugurio siue casulæ vineæ in hyeme: aut ciuitati hostium direptioni traditæ. Absunt Angeli, qui eam sicut olim Elisæum, currus & equites; ita illam omni ope protegebant: *Persecutores eius* (inquit, Hierem. Thren. 2.) *inuenerunt eam inter angustias.* Num ad pietatem miseriarum aspectu commoti sunt? *Posuerunt*, inquit diuinus psaltes Psal. 87. *Hierusalem in pomorum custodiam.* Ciuitas illa, quæ Regis summi per gratiam domicilium erat, peccato inquinata in vilissimum redacta est tugurium. Pro *pomorum custodia* in Hebræo est, Hiim, quæ vox emphatica est; Aliqui vertunt, *aceruos lapidum*; Alij, *in fossas, & desolationes*, vt intelligas ingentem, magnifici alicuius ędificij ruinam, ex quo soli lapides, & rudera in fossis apparent; Alij vertunt Hiim *in deserta, siue in solitudines.* Ac si dicatur; vbi cælestis Regis curia erat, & aulicorum frequentia; hoc est, beatorũ spirituũ, qui ascendentes & descendentes inter animam, & Deum internuntij sunt, solitudo est formidabilis. Augescit infelicitas ex eo, quod sequitur: *Posuisti nos, in contradictionẽ vicinis nostris.* Post vrbis direptionẽ, solent hostes de spoliis inter se rixari, dum quisque ditari præda cupit pretiosiori. Militant sub rectoribus mundi huius, hoc est, sub spiritibus immundis, quos Paulus ad Ephes. 6. principes & potestates vocat corporei sensus; illecebris caro rationi insidiatur; phalanges vitiorum cõtra virtutem arma mouent. Denique expugnata vi anima, rixæ vitiorum, & contradictioni exposita relinquitur. Ipsa enim vitia veluti prædæ partem, post deuictam animæ in virtute constantiam sibi deposcunt nunc cõsensum in gulam, nunc in auaritiam, iam in turpitudinem. Idque non sine contradictione, & rixa, dum auaritia, prodigalitati obsistit; studium vindictæ, ambitioni, & alia vitia aliis sibi contrariis. Quis hæc secum cogitans, animum non despõdeat tantæ ruinæ perculsus metu? Efflagitemus ergo, ne id mali accidat, à Deo simul cum Apostolo, gratiam, pacem, &, vt Græca habent exemplaria, etiam misericordiam, quasi prostrati sumus, excitemur: si verò erecti, ne prosternamur.

Isai 1. Anima sine Dei gratia triplici hieroglyphico describitur. Irenæus.

Ioan. 4.

Psal. 79.

Absunt Angeli à custodia animæ sordescentis in peccato. Thren. 2. Psal. 87.

Solitudo animæ peccato inquinatæ.

Ephes. 6.

Vitiorũ pugna in anima peccatrice.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO V.

VERS. 5. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros; sicut & ego disposui tibi.

Græcè; Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. VERBVM, ἐπιδιορθώσῃ, bene exprimetur, si dicas, *supercorrigas*. Sentit enim Paulus, se priùs correxisse quædam; eademque nondum ad plenum correcta, iubet à Tito corrigi. Emphasim Græci vocabuli notauit D. Hieron. præsentem enarrans locum: Et in eandem sententiam interpretatur mentem Apostoli Chrysost. cuius interpres vertit, *supercorrigeret*. Vide Erasmus transtulit, *pergas corrigere*. Loquitur autem de correctione fidei, & doctrinæ, rerúmque aliarum ad Ecclesiasticam œconomiam spectantium, vt Primasius & Theodor. annotarunt. Ostendit enim se iecisse fundamentum pietatis. Te enim, inquit, reliqui, vt ea, quæ desunt, corrigas, & promoueas. Sicut, nánque in domesticis mysteriis, non eadem functio omnibus conceditur, sed partitò datur vnicuique suum munus: ita in Ecclesia, Apostoli varias occupationes pro ratione personarum & locorum partiti sunt. Ad hunc modum Paulus dum aliò proficiscitur, Titum vt illic operaretur, in Creta reliquit. *Est autem Creta*, vt Strabo scribit, *insula in medio Ponto, centum vrbium fama memorabilis; nullum in ea animal noxium; vini optimi adeo ferax, vt nomen illi suum imposuerit.* Nam & insula & vinum, *Candia* vulgò dicitur; de ea Virg. Æn. 3.

Hieron.
Chrysost.
Erasmus.
Primasius.
Theodoret.
Strabo.
Virgil. Æn. 3.

Creta Iouis magni medio iacet insula Ponto:
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Horat. in Epodo.

Horat.

Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus
Ventis iturus non suis.

Seneca in Troade:

Seneca P.

Vrbibus centum spatiosa Crete.

II. Circuitus eius, quingenta octoginta nouem millia passuum complectitur;

ctitur; longitudo, ducenta millia ſeptuaginta; latitudo quinquaginta. Hîc Iouis incunabula, hîc Curetum ſonitus, crepitantiáque æra; hîc Minois regia; Hîc, denique Strabonis coſmographi patria. Fuit à Romanis bello capta; ex quibus Metellus, qui eam ſubegit, Cretici cognomentum ſortitus eſt. Poſteà anno 826. poſt natum Chriſtum, imperante Michaële Balbo, à Sarracenis occupata fuit. Hodie eam Veneti obtinent, non tamen ea celebritate, & populi frequentia, qua olim floruit, inſignem. Præmiſſa literæ explicatione, nonnullæ occurrunt dubitationes diſſoluendæ. Prima ſit. Creta Stra-bonis patria.

VERS. 5. Reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas.

Cur relictus ſit in Creta Titus.

ANNOTATIO I.

EX cap. 1. prioris epiſtolæ ad Timoth. conſtare poteſt huius rei cauſa. In exordio enim, ſic ait: *Sicut rogaui te, vt remaneres Epheſi, vt denuntiares quibuſdã, ne aliter docerent, neque intenderẽt fabulis, & Genealogijs interminatis, &c.* vbi ſubaudiendum, *ita & nunc rogo*, ſimile hîc adhibet exordium; vtrobique enim commiſſam prouinciam ſtrenuè adminiſtrandam eſſe Epiſcopis commendat: cuius commendationis occaſione D. Chryſoſt. tria annotauit hom. 2. Primùm, antiquis viris, vitam omnem fuiſſe operoſam, totámque in labore atque in certamine: nobis autem tempus omne per negligẽtiam perire. Non autem de ſolis Apoſtolis loquitur, verùm etiam de his, qui poſt illos, fideles euaſere: Omnes enim percurrerunt præſentem vitam, viatorum more, veluti ſi peregrini atque hoſpites eſſent, non habentes in terra ciuitatem. Deinde aduertit, Apoſtolos veluti vnam domum, orbem totum inter ſe diſtribuiſſe; atque ita omnia officia peregiſſe, vt omnium, qui eſſent vbique terrarum, curam gererent: dum hîc quidem, hanc orbis partem; ille aliam acciperet deponendam. Quare relictus in Creta dicitur Titus, vt operaretur, dum Paulus alìò operaturus commigraret. Solebat enim vicarios in prouinciis ſufficere; & quam rectè à ſuo vicario adminiſtrari poſſe videbat, deſerebat, aliis vtilis ſua præſentia futurus. Tertiò Modeſtiam Pauli admiratur, qui non imperantis iure vtatur, cùm poſſet, ſed admonitione tantùm, *vt quæ deſunt corrigas*, inquit, vel, vt interpres Chryſoſtomi legit, *ſupercorrigas*. Admiratur etiam animam omni inuidia liberã, & omnibus in locis diſcipulorum vtilitatibus conſulentem, nec ſatis curantem, ſiue id per ſe, ſiue per alium fiat. *Non veretur* (inquit, Theophyl.) *ſcribere diſcipulo, vt corrigat à ſe prætermiſſa, ad publicum enim commodum ſpectabat, non ad priuatum honorem, &c.* Nam ea quidem, in quibus periculi plurimum, & difficultatis erat, præſens ipſe peragebat: quæ verò honoris multum habebant, diſcipulo permittebat, Epiſcoporum ſcilicet ordinationes, & res alias, quæ aliqua correctione indigebant, atque, vt ita dixerim, perfectione maiore. *Quid iſtud oro ſibi vult?* inquit Chryſoſt. *Num ipſe quæ egerat correctione opus habent? An verò, non eam rem turpem eſſe arbitraris & verecundia plenam? Minimè ſanè. Nam commune tantùm intueor lucrum: ita prorſus; ita paſtorem affici neceſſe eſt; nec honorem proprium quærere, ſed communem vtilitatem proſequi debet.* Hæc Chryſoſt. 1. Tim. 1. Chryſoſt. Apoſtolus vicario in prouinciis relicto, ad gẽtes alias lucem Euangelij illaturus, pergebat. Theophyl. Difficilia Paulus peragebat, quæ erant honoris diſcipulo permittebat.

Chryſoſt.

II. Dum ergo Paulus ait, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ deſunt, corrigas, &c. Morem Apoſtolorum (de quo D. Chryſoſt. hic agit, vt paulo antè annotauimus) nobis inſinuat, quibus nulla certa ad manendū ſedes erat aſſignata; ſed munus impoſitum, Euangelium per orbem vniuerſum annuntiandi, vt patet ex Matth. 28. Marci vlt. & Act. 1. Idcirco cum ex vna vrbe in aliam emigrabant, homines ſibi idoneos ſubſtituebant, quorum opera perficeretur, quod cœptum erat, aut ſaltem conſeruaretur; ſiquidem non minoris eſt virtutis, res labore partas tueri, quàm nondum adeptas, quærere. Hinc 1. Cor. 3. refert Apoſtolus, ſe Corinthiorum Eccleſiam à fundamentis erexiſſe; alios verò, qui operam aliquam contulerunt, ſimiles fabris eſſe, qui opus promouent. Sic enim ait: *Secundùm gratiam Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui; alius autem ſuperædificat: vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet, &c.*

Matth. 28. Marc. vlt. Act. 1.

1. Cor. 3. Paulus Corinthiorum Eccleſiam à fundamentis erexit.

Similitudo.

III. Iacto in Creta fundamento Euangelij, Apoſtolorum morem ſecutus Paulus, Titum, vt inchoatum opus in culmen perduceret, aliò diſceſſurus, Eccleſiæ præpoſuit, Archiepiſcopi, ſiue primatis titulo decoratum, vt quæ ipſe temporis breuitate abſoluere, & in meliorem formam redigere non potuit, diſcipulus autoritate Magiſtri pollens, abſoluat & corrigat. Pauli imitatione, qui à Tito diſcipulo ſuo vult quædam corrigi, & alia conſtitui, in Cretenſi Eccleſia, ductu Romani Pontifices; Apoſtolorum decretis, vt ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ, & experientia poſcit; aliquid interdum addunt, aut detrahunt. Hinc

Iulius 1. PP.

Iulius primus epiſtola 1. circa medium ad orientales Epiſcopos, ſic ſcribit: *Licèt dudum inſtituta ſanctorum Patrum, multa eſſent conſcripta, poſuerunt leges, qui Synodum in Nicæa congregauerunt, quas ſacros canones appellamus, quibus multa perneceſſaria ad ſtatum Eccleſiæ ſanctæ Dei, & ſupplementum columnarum eius, id eſt, Epiſcoporum, qui eam proprijs humeris geſtant, ſunt decreta, & nocumenta eorum prohibuit.* Hæc Iulius, qui, vt vides, ſupplemento, & correctione decreta antiqua perfici ait, per pontificios canones. Adeò conſentaneum eſt hoc Eccleſiæ inſtitutum, quo antiquis decretis aliquid pro temporum ratione additur, vel detrahitur, vt Plato lib. 8. de legibus, ferens legem de ſacrificiis, & diebus feſtis; cuſtodibus legum, & ſacrificulis commiſerit, de his diſponendi facultatem, quæ à legiſlatore fuerunt prætermiſſa. Et quidē obſeruatione dignum eſt, quod Patres ferè obſeruant; non recuſaſſe Apoſtolum Titum habere correctorem, qui operi ſuo faſtigium imponeret, cùm longè eſſet inferior: vt nimirum prælati non trahant ambitioſè ad ſe omnia, ſed alij alios adiuuent, & gratulentur potiùs bene rem gerentibus quàm inuideant. Paulus ipſe multa cœperat, quæ non ſtatim perficit, 1. Cor. 11. *Cætera cùm venero diſponam*; Imò de operibus Chriſti ipſe loquens, ait, Coloſſ. 1. *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.*

Epiſcopi columnæ ſunt Eccleſiæ.

Plato.

Non recuſauit Apoſtolus Titū habere correctorem, cum illo eſſet inferior.

Paulus committit Tito perfectionē operis à ſe inchoati.

1. Cor. 11. Coloſſ. 1.

Quid Apoſtolum dico, Chriſtus Ioan. 16. inquit:

Ioan. 16.

Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò;

Atque hinc conſtat cur in Creta relictus ſit Titus.

VERS. 5. Et constituas per ciuitates presbyteros.

Quinam sint presbyteri, qui iubentur constitui per ciuitates.

ANNOTATIO II.

RElictus etiam in Creta fuit Titus vt κατὰ πόλιν, hoc est, *oppidatim*, presbyteros constitueret. Licèt autem in numero singulari dicatur κατὰ πόλιν, rectè vertit Latinus interpres, *per ciuitates*, non solùm hîc, sed etiam Act. 20. vbi habetur, *Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, &c.* Cùm autem præcipuum Episcopi munus sit, Ecclesias & ciuitates sibi subditas visitare, & idoneos pastores gregi Dominico præficere; hac de causa Titus Cretensis Episcopus admonetur sui officij. Nec verò hoc loco permisisse se ait Tito, vt libera, & quasi Regia potestate ministros Ecclesiis præficiat; sed vt saluo iure, & potestate eligendi siue præsentandi, quæ est penes Ecclesias, & collegia sacerdotum, moderator ipse accedat, & ordinator ieiunio & oratione præmissa, vt patet ex cap. 6. 13. & 14. Act. Ad hunc enim modum dicebantur olim à dictatore, vel consule, alij magistratus creari, quia scilicet comitia, in quibus eligerentur, indixerunt. Act. 20. Præcipuum Episcopi munus. Act. 6. 13. & 14.

II. Dubitare hoc loco solet, an presbyteri iidem dicantur à Paulo, qui paulo pòst & 1. ad Timoth. 3. Episcopi vocantur, dum ait: *Oportet enim Episcopum sine crimine esse.* Eosdem esse D. Chrysost. hîc hom. 1. existimat. Non enim communes quoque presbyteros, sed Episcopos Tito diuersis ciuitatibus instituendos, Paulum mandasse ait D. Hieron. hîc & ad Euagr. epistola 85. Episcopos & sacerdotes alios presbyteri nomine intelligi, nõ solùm hoc loco sed etiam vbicunque de presbyteris agitur, arbitratur, vt eum interpretatur Alphonsus à Castro lib. 6. aduersùs hæreses, & Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ sanctæ, annotatione 324. D. Hieronymi in commentariis huius epistolæ huiusmodi sunt verba: *Hæc propterea, vt ostenderemus apud veteres eosdem fuisse presbyteros, quos Episcopos; paulatim verò vt dissensionum seminaria tollerentur, ad vnum omnem solicitudinem esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex consuetudine Ecclesiæ, ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: Ita Episcopi nouerint, se magis consuetudine, quàm dispositionis Dominicæ veritate, presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Mosen; qui cum posset solus præesse populo Israël, 70. elegit, cum quibus populum iudicaret.* Hæc ille. Ad eandem sententiam aliqui trahunt, D. Ambros. in commentariis cap. 4. ad Ephes. Sedulium Scotum in collectaneis epistolæ ad Titum; Anselmum, & alios qui cum D. Hieron. videntur consentire. 1. Tim. 3. Chrysost. Hieron. Alphonsus à Castro. Sixtus Senensis. Moses 70. elegit, ne solus iudicaret. Ambros. Ephes. 4. Sedulius Scotus. Anselm.

III. Rectè tamen aduertit Thom. Vuald. scribens aduersùs Vuicleffum hæresiarchá, qui ex Hieronymi autoritate sacerdotem Episcopo æquabat, haberi quidem ex Hieronymo, quòd Episcopi sint presbyteri; quòd autem inter Episcopos & presbyteros, nulla sit gradus distinctio, id ex verbis eius deduci non posse. Vide, si placet Bellarm. tom. 1. controu. 5. gener. lib. 1. c. 14. & 15. Quomodo autem intelligenda sint verba illa D. Hieronymi, quibus ait, non tam dispositione Dominica, quàm consuetudine, Episcopos presbyteris esse maiores, ex aliis locis eiusdem sacri doctoris apertè colligitur, &c. Certè Tho. Vualdens.

quidem, quid de Episcopatus origine & dignitate senserit, non semel suis ipse scriptis testatum reliquit. Nam ad Euagrium epist. 85. loquens de Episcopis omnes Apostolorum successores esse nempe in Episcopatu, confirmat. Ad Marcellam epist. 54. scribens, *Apud nos*, inquit, *Apostolorum locum Episcopi tenent*. Idem ad Heliodorum epist. 1. agens de Episcopis, *Absit*, inquit, *vt ex his quicquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, &c.* Si ergo in Apostolorum locum successerunt Episcopi (quod omnium Patrum opinione receptum est) eadem est origo & dignitas Apostolatus, & Episcopatus. Hoc enim in sacris & profanis magistratibus fit, vt qui in locum alterius substituitur, idem cum illo dicatur sortiri principatum & potestatem. Cùm ergo in confesso sit, à Christo accepisse Apostolos autoritatem sui munèris ab eodem institutam (id enim testantur Euangelistæ.) Difficeri nemo potest, in Episcopos Apostolorum successores, similimam à Christo autoritatem fuisse deriuatam. Cùm audis eádem esse originem Apostolatus & Episcopatus; intellige, quatenus vterque ordo à Christo est. Licèt in multis, quæ non opus est persequi, amplior fuerit Apostolorum potestas. Vnde concluditur, non ab aliqua occasione consuetudinem constituendi Episcopos manasse, sed à Christo Domino ius, & institutionem ipsam fluxisse; ipso Hieronymo non contradicente; nec Ambrosio, Chrysost. Anselmo, aut aliquo ex Patribus si eorum dicta rectè expendantur. Nec verò Episcopatus nomen, antiquius est, nomine Apostolatus. Quod Psal. 108. scriptum reperiatur: *Et Episcopatum eius accipiet alter.* Hoc enim ad Iudæ Apostolatum referendum esse D. Petri testimonio Act. 1. confirmatur; dum in cœtu fratrum ferè 120. de sufficiendo successore Iudæ cõcinem habuit. Quare si Matthias in Iudæ Episcopatum suffectus fuit; planè cõficitur, ipsum æquè dictum esse Episcopum atque Apostolum. Quod accidit cæteris Apostolis, præsertim cùm alicui prouinciæ præficiebantur. Vnde autore Hieron. de script. Eccl. Iacobus Apostolus, qui frater Domini dicitur, statim post passionẽ Domini, Hierosolymorũ Episcopus fuit creatus: videtur enim in Ecclesiam cum sua significatione transisse vox Græca, ἐπίσκοπος &c. Hoc enim nomine, vt autor est Suidas in histor. dicebantur inspectores, & custodes, quos Athenienses mittebant in vrbes suæ ditionis & iuris ad causas, & statum rerum cognoscendum.

Ius constituendi & sacrãdi episcopos à Christo Domino, ortum est. Hieron. Ambros. Chrysost. Anselm. Psal. 108. Act. 1. Hieron. Iacobus frater Domini; post passionẽ Christi, statim Episcopus Hierosolymitanus fuit renuntiatus

IV. Cæterùm, vt probè intelligatur distinctio gradus Episcopalis à simplicis sacerdotis dignitate, placet annectere Canonem Concilij Trid. sess. 23. *Si quis*, inquit, *dixerit, Episcopos, non esse presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem, vel ordines ab ipsis collatos sine populi, aut potestatis secularis consensu, aut vocatione irritos esse; aut eos, qui nec ab Ecclesia, & canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & Sacramentorum ministros, anathema sit.*

Distinctio Episcopi & sacerdotis simplicis ex Conc. Trid.

V. Quod ad presbyteri nomen attinet commune olim videtur fuisse vocabulum, tam Apostolis quàm inferioris ordinis sacerdotibus; ita tamen vt Apostoli, & Episcopi; presbyteri interdum dicerentur, siue seniores: non tamen, vbi distinctionis ratio habebatur, Apostoli & Episcopi, solo vocabulo presbyteri nominarentur. Vnde Act. 15. *Cùm autem venirent Hierosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & Apostolis & senioribus, &c.* Seniores, qui & presbyteri; dicti

Act. 15.

dicti sunt illi 72. quos Dominus post Apostolos, elegit; iis succedunt nostri sacerdotes, sicut & Apostolis Episcopi. Erat autem ius olim, vt sacerdotes, vnà cum Episcopis & principibus sacerdotum in concilium conuenirent, ac sententiam rogati dicerent, vt patet ex Matth. 14. 27. 28. Luc. 20. 22. & Act. 4. quod ius etiam ab Apostolis primis illis temporibus fuit seruatum, admissis ad Concilium senioribus. Vnde cùm presbyteri in multis conuenirent cum Apostolis & Episcopis; factum est, vt cum nominum communicatione, & ordinis continuatione ante oborta schismata, communi presbyterorum, hoc est, Episcoporum & sacerdotum consilio, Ecclesiæ gubernarentur, vt Hieronym. ait super hoc primum caput. Posteà verò illud euenit, quod subiungit, nempe, consuetudine potiùs, quàm dispositione Dominica in administrandis rebus Ecclesiasticis presbyteros fuisse subiectos Episcopis, quibus solis cessisset illarum cura præcipua; nec presbyteri ampliùs ad communem consessum, in quo de Ecclesiastica gubernatione ageretur, essent admissi; sed illi dumtaxat, qui è numero presbyterorum in Episcopos essent electi; satisque presbyteris fuit, vt ad synodales cœtus vocati à suis Episcopis, consiliarij esse possent, & sententiam dicere. Vnde & Ignatius ad Trallianos epist. 8. sic de presbyteris loquitur: *Quid verò aliud sacerdotium est, quàm sacer cœtus; consiliarij, & assessores Episcopi? & certè iam inde à temporibus Apostolorum, seruari cœpit hæc consuetudo, quorum etiam est autoritate confirmata. Nam, cùm Paulus ad Timoth. scriberet epistola 1. cap. 5. quem creauerat Episcopum Ephesinum:* Aduersùs presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus; *planè ostendit Ephesini Episcopi munus fuisse, presbyterorum causas cognoscere & iudicare, ac proinde illis autoritate & dignitate præstitisse.* Vide si placet Card. Baron. tom. 1. Anal. anno 58.

Sacerdotes succedût 72. discipulis.

Matth. 14. 27. 28. Luc. 20. 22. Act. 4.

Hieron. Explicatur D. Hieron. sententia de Episcopis, & presbyteris.

Ignat. Martyr. Sacerdotes sunt cõsiliarij & assessores Episcopi. Nota. 1. Tim. 5.

Card. Baron. Annal. 58.

VI. Hinc confutari potest quorundam error, qui simplices sacerdotes autoritate & potestate pares faciunt Episcopis, cum Aërio hæresiarcha, de quo Augustin. in lib. de hæres. & multò magis nouorum hæreticorum dogma, quo illi ordinis sacramentum è medio tollentes, parem esse aiunt, apud Christianos omnes, potestatem, in verbo & sacramento; spectaréque ad laicos magistratus rerum sacrarum ministros eligere. Constat enim, nec ipsos Domini discipulos potestatem consecrandi vnquam habuisse antequam ab illo audirent, Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Nec absoluendi à peccatis, nisi cùm illis dictum est, Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Iam absurdum est quod pro se afferunt ex 1. Petri 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Hinc enim inferunt, omnes Christianos esse sacerdotes: possent inferre, si illatio eorum apta esset, omnes Christianos esse Reges, cùm in eodem contextu legatur regale sacerdotium quo quid absurdius?

Augustin. Hæretici falsò dicût erea ri à laicis magistratibus, Ecclesiæ ministros. Luc. 22. Ioan. 20. 1. Petr. 2.

VERS. 5. Constituas per ciuitates presbyteros, &c.

Sint ne Episcopi minoribus oppidis præficiendi?

ANNOTATIO III.

EX hoc loco colligunt eruditiores interpretes, Episcopos non pagis, aut vicis, sed maioribus oppidis adhibendos. Pagis nanque & oppidulis parochi

rochi operam ſuam idoneè præſtant. Quod iam inde à D.Petro Apoſtolorum
Clem.Rom. Anacletus. principe manaſſe tradit Clemens Rom.epiſt.1. Et Anacletus epiſt.3. Qui addit,per caſtella,viculos,& ciuitatulas,preſbyteros, ſic ab Epiſcopo ordinãdos,
Gratianus 3. q 2. Conc.Sard. Parùis oppidis non ſunt præficiendi Epiſ opi. Leo 1. vt ſinguli per ſingulos ſint titulos ſuos, ſancitur & in Can. *Audiuimus* 3.q.2. ex Euariſti epiſt.2. Alibi Epiſcopos conſtitui non poſſe, niſi in ciuitatibus non minimis. Et Can.6.ſiue 5.iuxta aliam editionem,Concil.Sardicenſe, *Licentia*, inquit, *ne ſit Epiſcopi paſſim ordinandi aut in vico aut in ciuitate modica, cui ſatis vnius eſſe poſſit preſbyter. Nec enim neceſſe eſt,ibi Epiſcopum fieri, vt Epiſcopi vileſcat nomen,& honoris ſummi autoritas.* Ad Canones Eccleſiæ reſpiciens Leo 1.epiſt. 87.ad Epiſcopos Africanos,cap.2. *Illud*,inquit, *quod ad ſacerdotalem pertinet dignitatem,inter omnia volumus Canonum ſtatuta, ſeruari, vt non in quibuſlibet locis, aut caſtellis,nec vbi antea non fuerunt , Epiſcopi conſecrentur; Cùm vbi minores ſunt plebes , preſbyterorum cura ſufficiat. Epiſcopalia autem gubernacula non niſi maioribus populis & frequentioribus ciuitatibus oporteat præſidere,&c.*

II. Hanc D. Pauli iuſſionem de Epiſcopis in maioribus populis conſtituendis, adeò Dei Eccleſia ſemper venerata eſt, vt cùm Emeritenſis Epiſco-
Bamba Rex. pus in Hiſpania, nomine Stephanus, Bambæ principis ſuaſu, in monaſterio oppidulo cuiuſdam,nouam Epiſcopalis honoris ordinationem effeciſſet, To-
Cõc.Tol.11. letana Synodus 12.can.4.Cùm canonibus aliis in medium prolatis, tum hoc Pauli loco ad Titum, definiuit, vt prædicta villula deinceps nec ſedes Epiſcopalis eſſet,nec Epiſcopus illic vltrà conſtitueretur.Mitto alia exempla.

III. Quia verò non opus eſt, vt iuriſdictio tam ampla ſit , vt ad populos
Greg.P. fundatur , qui nunquam, aut raro à ſuo Epiſcopo inuiſi poſſint ; interdum ex vna diœceſi ; plures fiunt , ſummo Pontifice annuente. Sic Greg. Magnus ad Auguſtinum,qui ſolus totius Angliæ,ad fidem conuerſæ Epiſcopus erat, ſcribens, vt habetur in Can. *Fraternitatem* , iubet , vt in tam ampla prouincia,cui vnus ſufficere non poterat paſtor , ouibus ſuis de facie cognoſcendis , Epiſcopos alios ordinet. Sic etiam Ioan. 22. Clementis V. Succeſſor Auenione Se-
Ioan.22. dens,Toloſanam Eccleſiam amplam & magnis redditibus abundantem , tunc Narbonenſis Eccleſiæ ſuffraganeam , ex Epiſcopatu fecit Archiepiſcopatum, & in ſex Epiſcopatus diuiſit.Vide cap. *Saluator*, extrauagantium communium lib.3. tit.2. Idem in Archiepiſcopatu Tarraconenſi , Cæſar aguſtanam ſedem Epiſcopalem , in Archiepiſcopalem extulit , ſubtractis quinque ſuffraganeis ex vndecim,qui Tarraconenſem agnoſcebant, vt hi quinque nouo Metropo-
Archiepiſcopatus Bracatenſis , territorio omniũ maximus. litano ſubditi eſſent. Sunt & huius rei in noſtra Luſitania exempla. Nam ab Archiepiſcopatu Bracarenſi,qui territorio omnium, qui ſunt in Hiſpania maximus eſt ; ſubtractus eſt Epiſcopatus Mirandenſis, & ab Eborenſi Metropoli Eluenſis. Hæc & ſimilia in noua Eccleſia fieri iubet Paulus, Titi, quem Cretæ reliquerat primatem , induſtria, dum ait eum relictum à ſe eſſe, vt conſtitueret per ciuitates preſbyteros,&c.

VERS. 5. Sicut & ego, diſpoſui tibi.

Quas diſpoſitiones intelligat Apoſtolus.

ANNOTATIO IV.

1. VTitur verbo διατάσσω, quo ſignificat diſpoſitionem rerum Eccleſiaſticarum,ad vſum commendatam priùs verbo, nunc ſcripto cõſignari.

Atque

Atque adeò nonnullas conditiones Episcopi, quas exprimit, non tam esse iuris diuini, quàm Ecclesiastici præcepta; vt, quòd *Episcopus sit vnius vxoris vir, non percussor; non neophytus, &c.* Non enim ait: *vt disposuit Dominus.* Et quidem, cùm Dei dispositionem significare voluit 1. Cor. 9. dixit, Ita & Deus ordinauit. Quæres vbi sint illæ dispositiones, quas Paulus & Patres vocabulo à prædicto verbo Græco deriuato διατάξεως, vocant. Non enim ad eas tantùm pertinet, illud, *sicut & ego disposui tibi*, quæ hoc loco in creandis Episcopis requiruntur; *siquis*, inquit, *sine crimine est, &c.* Nec ad id dictum solùm, *vt ea, quæ desunt, corrigas*, quod etiam refertur ad epistolam illam, *sicut disposui tibi*, sed ad multa, quæ verbo & fortasse scripto tradita sunt; & ad hierarchicam ordinationem pertinebant, vt quòd inferiores Episcopi ciuitatibus præpositi, agnoscerent Metropolitanum, & Primatem, & similia.

Quædã conditiones assignatæ ad ordinationem Episcopi, iuris humani sunt.

1. Cor. 9.

II. Aduerte præterea diligenter, non semper ab Apostolis allegari ius diuinum ad omnia, quæ præcipiebant, sed interdum etiam leges à se canonicè institutas, quæ diataxes Apostolicæ vocantur, vt hîc Paulus facit, & 1. Cor. 11. cùm ait: *Laudo vos fratres, quòd sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Non meminit Christi, aut Dei, sed præceptorum, quæ ipse tradiderat, nempe pro temporis, & loci opportunitate. Hoc verò inficiari non poterit, qui nouerit diataxes Apostolorum, quas octo libris colligit Clemens Romanus eo tempore scriptas fuisse, & multo minùs Apostolum, dum ait: *sicut & ego disposui tibi*, ad illas alludisse.

1. Cor. 11.

Clem. Rom.

III. Sunt, qui arbitrentur in his verbis, *sicut disposui tibi*, contineri non dispositionem aliquam, quæ præceptum sit diuinum, aut Ecclesiasticum, sed consilium dumtaxat. Consilium autem est ne munera Ecclesiastica committantur vulgò quibusuis, sed exploratis, & idoneis, idque propter præsentem illius temporis, statum; quòd tunc passim in publicum se darent, qui diuersa docerent, quique religione ad quæstum & luxum abuterentur, quos pereruditos, & probos Episcopos, argui oportebat. Ita interpretatur Adamus Minorita; Mihi contineri videntur in illis verbis, & præcepta, & consilia ad rationem Ecclesiasticæ gubernationis spectantia; præceptis enim & consiliis Apolicis agendum erat contra nonnullos, qui suo spiritu ducti, in ordinem orthodoxæ doctrinæ compelli recusabant. Sic in priori ad Tim. cap. 3. catalogum subiicit virtutum, quas in Episcopo requirit: *Hæc tibi scribo, vt scias quomodo in domo Dei oporteat te conuersari, &c.* Deinde addit rationem catalogi à se facti: *Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus, discedent quidam, &c.* Quis autem non videat contrà desertores fidei, & rebelles nunc consiliis, nunc præceptis agendum esse.

Adamus Minorita.

1. Tim. 3.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO VI.

VERS. 6. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

Græcè; Εἴτις ἔστιν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

1. Tim. 3.

Sine crimine, quis dicatur. 1. Tim. 3. 1. Cor. 1. Coloss. 1. n. 13.

Minimis vrgeri vitiis hominis est: de crimine notati, scelerati.

Horatius.

Augustin.

1. Tim. 3.

Hæc verba magis explicant sententiam præcedentem, qua iuxta suam dispositionem eligendos esse Episcopos significauerat, vult enim eos ordinari, in quibus insint eædem conditiones, quæ 1. ad Timoth. 3. numerantur & hic repetuntur. 1. Est εἴτις ἔστιν ἀνέγκλητος, siue, vt vertit Latinus interpres, *siquis sine crimine est*, hoc est, siquis nulla scelestis notetur infamia, quod ad iudicij deferri possit, ac debeat. Hac voce agens de diaconis vtitur, 1. Tit. 3. optans vt ministrent ἀνέγκλητοι, & de omnibus Christianis, 1. Cor. 1. Itémque Coloss. 1. vt exhiberet vos ἀνεγκλήτους coram ipso: Vbi tamen interpres Latinus, *irreprehensibiles*, vertit, quos hîc & superioribus locis, *sine crimine*, verterat. Alij *inculpatos* legunt. Cæterùm Græca vox, non sonat omni; vel culpa, vel crimine vacantes, sed quem nemo possit accusare aut iustè calumniari, quod plus est; cùm sæpe integritas calumniæ sit obnoxia, ob speciem culpæ probabilem. At Paulus, ne hoc quidem fert in Episcopo iuxta Græcos expositores: sit talis, aiunt, Episcopus, cuius nemo mores suggillare possit. Quo enim modo Ecclesiæ præses malum de eius medio auferet, cùm sciat, se eadem, quæ in aliis reprehendit, admisisse? Non tamen exigit, vt vel minima culpa liberum hominem quæramus. Quis omnis culpæ immunis erit?

Nam vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est,
Qui minimis vrgetur,

inquit Horat. lib. 1. serm. sat. 3. Nec verò, vt rectè aduertit D. Thomas hoc statuit Paulus, vt qui post Baptismum mortaliter peccauerit, eligi non possit in Episcopum; sed qui peccato graui & accusatione digno infamis sit, quale peccatum, crimen vocant. Hinc Augustinus ad Bonifacium lib. 1. cap. 14. infert, neminem in Ecclesia rectè ordinari posset, si vel hîc dixisset Apostolus, siquis sine peccato; vel illic (scilicet. 1. Timoth. cap. 3. vbi agitur de Diaconis) ministrent nullum peccatum habentes; multi quippe fideles sunt sine crimine, sine peccato in hac vita nemo, & de perfectione iustitiæ, contra Cœlestium, cap. 2.

11. 12.

11.12. *Cùm Apostolus*, inquit, *ministros eligeret ordinandos, non ait siquis sine peccato, quod inuenire non posset; sed sine crimine, quod vtique posset: legitur sanè homo sine crimine Iob cap.1. Zacharias sine querela, Luc.1. Non legitur sine peccato, nisi vnus, hominis, idemq; Dei filius, &c.* Idem in Enchiridio, cap.64. *Nec quia*, inquit, *peccatum est omne crimen, ideò crimen est & omne peccatum. Sanctorum quippe hominum vitam, quandiu in hac morte viuitur, tnuentri posse dicimus sine crimine: Peccatum autem si dixerimus, quòd non habemus, nos ipsos seducimus*, 1.Ioan.1, vide Greg.PP.Moral.31. cap.9. Rectè Hesychius ad finem cap.21. Leuit. annotauit, Paulum, duodecim in eo, qui sacerdos est futurus, requirere conditiones, iuxta id, quod Moyses exigit in eo, qui in lege ad sacerdotium promouendus erat. Hunc enim à duodecim maculis mundum esse præcepit, tot enim inueniuntur numeratæ iuxta 70. interpretum translationem. Augustt. Iob 1. Luc.1. 1.Ioan 1. Hesychius. Leuit.21. 70.Interp.

II. In priori epist. ad Timoth.cap.3. idem expressit Paulus, dicens: *Oportet ergo Episcopum esse irreprehensibilem*, dicitur autem irreprehensibilis Græcè ἀνεπίλημπτος. Decet enim vt is, qui in alios paratus est dicere imò ex officio alios obiurgare debet, ipse sine crimine, & irreprehensibilis existat, ne dicatur ei Luc.4. *Medice cura te ipsum*, & Matth.7. *Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo; & tunc eiicies festucam de oculo fratris tui.* Vbi fortè loquitur de eodem peccato, vt innotescat, idem vitium quod in subdito festucæ rationem habet, esse in prælato trabem; cùm in eum tanquam in speculum vitæ suæ, omnium oculi coniiciantur. Careat ergo Episcopus crimine. Hoc enim licèt vsum non adimat potestatis; eam tamen & Episcopum ipsum, reddit contemptibilem. 1.Tim.3. Luc.4. Matth.7. Vitiũ, quod festuca est in subdito, in prælato trabs est.

III. D.Chrys. hom.10. in primam epistolam ad Tim. initio ferè, sic explicat, irreprehensibilis vocabulum, apud Paulum: *Hoc*, inquit, *vnico verbo genius omne virtutis expressit. Itaque qui sibi, vel leuis culpæ conscius est, malè profectò facit, eam rem appetens, qua indignum se per-opera facit. Non enim decet huiusmodi regere, sed potius regi. Eum quippe, qui regendos alios suscepit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt instar solis cæteros, velut stellarum igniculos, in suo fulgore obscuret. Debet huiusmodi vitam habere immaculatam atque compositam, vt omnes in illum tanquam in exemplar aliquod excellens intueantur.* Hæc Chrys. quem ferè Græci sequuntur, Mitior est Larinorum interpretatio, ad quos accedit Theodoretus. Interpretatur nanque *irreprehensibilem*, hoc est, nullam dantem occasionem iustæ calumniæ, seu qui iure culpari nequeat (quod hîc significat iuxta D. Thom. & Augustinum, particula, *sine crimine*. Quæ interpretatio satis idonea est; & iuxta eam, idem est, Episcopum esse irreprehensibilem, atque sine crimine iustè ei imposito. Nam iniustè vel ipse Apostolus calumnias pertulit & diabolus nominis sui memor iustos & innocentes variè calumniatur. Et Christus Matth. 15. cùm dixissent Apostoli, *Scis quòd Pharisæi audito hoc sermone sint scandalizati: respondit: Sinite eos, cæci sunt, vt duces cæcorum*; docens eos esse contemnendos, qui frustra scandalizantur. Chrysost. Prælati mores irreprehensibiles. Theodor. Irreprehensibilis dicitur, qui non dat occasionẽ iustæ calumniæ D.Thom. D.Augustt. Matth.15.

IV. D.Hieron. enarrans hunc locum, non dubitat idem hîc esse, *sine crimine*, atque irreprehensibilem, 1. Timoth.3. Non quòd eo tantùm tempore, quo quis ordinãdus est, sine vllo sit crimine, & præteritas maculas noua conuersatione diluerit; sed ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur: *Quomodo enim*, inquit, *potest præsse Ecclesiæ aufferre malum de medio eius, qui in delicto similis corruerit, aut qua libertate corripiet peccan-* 1.Tim.3.

tem, cùm tacitus sibi ipse respondet, eadem se admisisse, quæ corripit? &c. Est ergo prima, & potissima conditio ad Episcopatum, non nobilitas aut scientia, sed vitæ & morum integritas. Hac conditione considerata dictum est à Paulo, interpre-
Hieron. te D. Hieron. *Qui Episcopatum desiderat, opus*, inquit, *non honorem, non gloriam.*

VERS. 6. Vnius vxoris vir.

Quomodo intelligatur, Episcopum debere esse vnius vxoris virum.

ANNOTATIO I.

I. VAriè hunc locum interpretantur tam hæretici, quàm Catholici. Nos, vt hæc secunda conditio, secundùm legitimum sensum percipiatur, celebriores interpretationes, breuiter attingemus. Prima est quorundam, quos
Theophyl. 1. Tim 3. Theophyl. 1. ad Tim. cap. 3. refert sensisse, Apostolum hæc de Ecclesia dicere. Ne scilicet Episcopus ab vna Ecclesia tenui & paupercula transeat ad aliam pinguiorem, & ditiorem. Hoc enim totum adulterium esse putant. Hanc in-
Hieron. terpretationem non esse solidam ante Theophyl. affirmauit D. Hieron. epist. 83. ante med. scribens ad Oceanum. sic enim ait: *Quidam coactè interpretantur, vxores, pro Ecclesiis, viros, pro Episcopis debere accipi: Et hoc, in Nicæna quoque Synodo à Patribus esse decretum, ne de alia ad aliam Ecclesiam Episcopus transferatur. Ne virginalis pauperculæ societate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus, &c.*
Nō est defe-renda tenuis Ecclesia. Ambros. Idē videtur sentire D. Ambr. in lib. de dignitate sacerdotali cap. 4. in principio.

II. Hic sensus, vt mysticus, admitti potest contra eos, qui facilè præbendas commutant; aut qui plures Ecclesias cathedrales, aut plura beneficia curam animarum habentia, ambiunt. Quanuis enim literalis interpretatio alia
Canō. Apost. sit, concinit hæc cum Canone Apostolorum 53. in quo prohibita est Episcoporum, de vna in aliam Ecclesiam translatio, vel plurium simul occupatio. Si quando tamen id rectè factum fuit; sanè ea concessio, ex dispensatione sedis Apostolicæ, ob causam, legitimè impetrata fuisse intelligitur. Quare non est cur calumniæ subsit ea permutatio, nisi ambitio animum promoti, ad simoniacam impulerit permutationem.

Hæreticorū corrupta interpretatio confutatur. Chrysost. Iudæis licuit plures habere vxores. Theophyl. Chrysost. III. Secunda interpretatio, hæreticorum est, arbitrantium, neminem iuxta Apostoli mentem assumi debere ad Episcopatum, nisi eum tantùm, qui vxorem habeat. Carpit hanc expositionem Chrysost. hom. 10. in hanc epistolam: *Non*, inquit, *hoc, veluti sanciens dicit, quasi non liceat absque vxore Episcopum fieri; sed eius rei modum constituens. Iudæis quippe licitum erat etiam secundo matrimonio iungi, & duas itidem simul habere vxores. Quidam verò hoc ita intelligunt, vt scilicet ad Episcopatum is assumatur, qui vnius fuerit vxoris vir.* Theophyl. post D. Chrysostomum, sic ait: *Non vt legem sanciat hoc dicit, quòd omnino oporteat Episcopum vxoratum esse: qui enim istud statueret, cùm alias dicat,* Volo vos omnes
Hieron. esse sicut me ipsum? 1. Cor. 7.

IV. Assertor huius erroris fuit Vigilantius, contra quem Hieron. tom. 2. *Hoc docuit*, inquit, *dormitantibus libidini frena permittens, &c.* confutatur autem. Primò: quia Titus & Timotheus Episcopi fuerunt creati, cùm cœlibes essent. Paulus etiam vel vxorem non habuit, vel, si habuit, intactam reliquit vt Apo-

stoli

ſtoli munere fungi poſſet, quod Petrum, & alios Apoſtolos feciſſe ſcribit Hieron.lib.1.aduersùs Iouinianum tom.2.paulò ante medium, citans illa verba Petri, *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Per ea*, inquit, *quæ relinquenda erant, expreſſa facta erat mentio de parentibus, vxoribus, & liberis, &c.* Matth.19. Iam D.Ioannes, virginitatis cultor fuit, & à nuptiis reuocatus, vt ferè tradunt Eccleſiaſtici ſcriptores. In Eccleſia Epheſina, Apoſtolatu ſimul & Epiſcopatu functus eſt. Ad hęc, vt refert Salmeron 1.Timoth.cap.3. diſputatione 10. Iacobus Apoſtolus ab vtero ſanctificatus, cœlebs fuit, & Epiſcopus Hieroſolymitanus. Non ergò Paulus præceptum tradit, vt non niſi vxorem habentes, ad Epiſcopatum promoueantur. D.Ioannes virgo fuit. 1.Tim.3. Iacobus frater Domini cœlebs fuit.

V. Secundò, lex Moſaica præcipiebat ſacerdotibus, vt abſtinerent ab vſu coniugij, eo tempore, quo miniſtrabant in templo; ſaltem id habebat traditio Hebræorum: nunc autem cùm non immolentur pecudes, ſed ipſum Chriſti corpus omni puritate purius, nónne maior exigitur puritas, quàm illa veteris legis indicta ſacerdotibus? An Paulus id ignorauit? Quid quòd ipſa ratio naturalis etiam apud Ethnicos aliquam exigebat in ſacrificulis caſtitatem? Vnde Tibull.lib.2.in principio, Tibul.

Diſcedat ab aris,
Cui tulit heſternâ gaudia nocte Venus,

VI. Tertiò, *Cùm Eccleſia Catholica columna ſit, & firmamentum veritatis*, eius interpretatio legitima exiſtimari debet. Hæc autem, ſemper intellexit, his verbis Pauli caſtitatem indici Epiſcopis, & presbyteris; vt patet ex edicto Syricij Papæ, de cœlibatu ſacerdotum, & omnium ſacris ordinibus initiatorum; in cuius poſtea ſententiam à Pontificibus & Oecumenicis conciliis itum ſemper eſt. Quarè licèt daremus, verba Pauli continere præceptum coniugij, vt hæretici volunt; ſanè cùm autoritate ſua, id Paulus ſanciret, non diuinum eſſet, ſed Eccleſiaſticum, & canonicum, & ab Eccleſia commutabile; imò abrogari poſſet, ne dum diſpenſari. Non aliter atque olim, lex illa Act.15. lata ab Apoſtolis de abſtinentia à ſanguine, & ſuffocato; cùm iam illius obſeruatio, neceſſaria non erat, poſteà abrogata fuit. Et Eccleſia contra id, quod hìc præcipitur, & 1. Timoth.cap.3. diſpenſat cum percuſſore; & cum Neophyto, vt idoneì fiant ſacro miniſterio. Certè ſi Epiſcopi, & ſacerdotes non ſunt illi Eunuchi, *qui ſe caſtrauerunt*, Matt.19. *propter regnum cælorum*, vbi ſunt, quos Chriſtus ſignificauit? Eccleſiæ Catholicæ interpretatio legitima. Syricius P. Decretum de cœlibatu ſacerdotum. Act.15. 1.Tim.3. Matth.19.

VII. Concluditur ergo, non arctari ab Apoſtolo ad coniugium eos, qui ſacris initiandi ſunt: imò Theophyl. 1. Timoth. 3. enarrans hæc ipſa verba, ſic ait: *Nonnulli hìc dicunt, quod obſcurè, & clanculum, cœlibem hìc indicarit, vel petierit, &c. quaſi dicat Apoſtolus oportere Epiſcopum eſſe cœlibem, qui ſi vxorem habuit tempore ordinationis, ea vna fuerit dumtaxat, &c.* Theophyl. 1.Tim.3.

VIII. Tertia interpretatio à nouis hæreticis excogitata eſt. Aſſerunt illi, mentem Apoſtoli eſſe, vt Epiſcopus duas ſimul vxores non habeat, ad eum modum, quo Iudæi duas, & plures habebant; ſed vnam tantùm. Hunc ſenſum tradi aiunt à D. Chryſoſt. hom.10. epiſt.1. ad Timoth. quem probant quidam exemplo Dionyſij Areopag. qui cum Damari vxore conuerſus ad fidem, Act. 17. Athenienſium Epiſcopus factus eſt. Huc trahunt Theodor.part.2. *Incipiebat*, inquit, *prædicatio. Virginitatem autem nec Græci exercebant, nec admittebant* Chryſoſt. Dionyſius & Damaris. Act.17. Theodor.

Iudæi. Liberorum enim procreationem, benedictionem esse existimabant. Quoniam ergo illo tempore non facilè inueniri poterant, qui castitatem exercerent: Ex iis, qui vxores duxissent, eos, qui temperantiam honorassent, iubet ordinare. Illud autem, vnius vxoris virum, mihi videntur quidam rectè dixisse. Olim enim consuescrunt, & Graci & Iudæi cum duabus & tribus, & pluribus etiam vxoribus simul iungi lege matrimonij. Quin etiam nunc cùm leges imperatoriæ prohibeant duas simul vxores ducere, rem habent cum concubinis, & meretricibus. Dixerunt ergo diuturnum dixisse Apostolum, eum, qui cum vna sola vxore pudicè cohabitat, dignum esse, qui ordinetur Episcopus, &c. Addit Theod. admittere se interpretationem hanc: In quem sensum 1. Timoth. 3. accedit Theophyl. suffragatur quoque Hieron. epistola 83. ad Oceanum, ante dimid. tom. 2. & hoc loco. Videtur huic sententiæ fauere Paphnutius cœlebs, & à puero castitatis amator, qui in Cõc. Nic. 1. sub Syl. circa finem quia *honorabiles essent nuptiæ*, Hebr. 13. dissuadere Patribus conatus est, ne sacerdotes, qui ante promotionem vxores habebant, ab iis separari cogerentur; *castitatem enim esse dicebat concubitum cum propria vxore*; Eamque legem propositam esse traditione antiqua Ecclesiæ affirmabat, vt qui sacris initiaretur, non ampliùs matrimonium contraheret; ea tamen retenta, quam laicus duxerat. Hæc Suidas agens de Paphnutio; quanuis Sozomenus in Trip. lib. 2. cap. 14. paulo aliter scripserit.

Leges imperatoriæ polygamiã vetant.

1. Timoth. 3. Theophyl. Hieron. Paphnutius cælebs modum cõiugibus in Conc. Niceno præscribit. Hebr. 13. Suidas. Sozomen. Trip.

IX. Cæterùm reiiciendum esse illum sensum, cui hæretici applaudunt, omnino asserimus cum D. Thom. lect. 1. super eadem verba 1. Timoth. 3. Nam, quid opus erat dici ab Apostolo neminem duabus vxoribus alligatum posse ad Episcopatum promoueri, sed eum tantùm, qui cum vna coniunctus esset; cùm non solum per legem Christi, sed etiam per leges imperiales plures habere vxores, nemo, qui Romanæ ditioni subditus esset, tempore Apostolorum habere posset? Nec ipsi Iudæi priuilegio; & more antiquo multiplicandi coniugia, vti poterant. Nam C. de incestis nuptiis, Diocletianus, & Maximianus statuerunt, neminem, qui sub ditione Romani sit nominis, binas vxores habere posse: & C. ad leg. Iuliam, de adulteriis; Imperatores Valerianus, & Galienus decernunt, *Eum, qui simul duas habuerit vxores, sine dubitatione comitatur infamia.* Hæ autem leges supponunt ius Romanum antiquius, & Imperatorum nutu seruatum. Accedit 1. ad Timoth. 5. agi de vidua, quæ sit vnius viri vxor; constat autem nunquam licuisse, vni fœminæ plures habere maritos: ergò cùm verba similia, similem sensum habeant, sicut vidua dicitur eligenda, quæ fuerit vnius viri vxor, hoc est, quòd non plures habuerit successiuè viros; ita intelligitur eligendus in Episcopum, qui sit vnius vxoris vir, hoc est, qui successiuè non plures duxerit vxores; damnans in sacerdotibus bigamiam. Permisit autem Paulus alligatum coniugio sacerdotem fieri, quandiu erat paucitas eorum, qui cœlibes & virgines essent. Crescente verò multitudine fidelium, cœlibatum solum colentes ad Episcopatum admittuntur.

D. Thom. 1. Timoth. 3.

Nemo tẽpore Apost. habere plures vxores poterat edicto Imp.

Infamis est, qui duas habet vxores. 1. Timoth. 5.

Permisit Paulus assumi sacerdotes ex coniugio quandiu erat paucitas eorum, qui cælibes essent.

X. Illud certum esse debet, etsi aliquando coniugati electi fuerint ad sacerdotium, nunquam tamen illis licuisse, post consecrationem vxores ducere. Credibile etiam est, eos, qui è coniugio ad sacros ordines promouebantur, ad vxores deinceps non accessisse. Et quidem Synod. 2. Carthag. cap. 2. legem promulgans de Episcopi, presbyteri, & diaconi continentia subdit, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. vide

Synod. 2.

Epiphan.

Epiphan. hæresi 59. vbi morem, qui hodie in Ecclesia seruatur in promotionibus ad gradus Ecclesiasticos, doctè persequitur. Legendus est etiam D. Ambros. in epist. 82. ad Vercellenses, circ. med. tom. 2. *Virtutum autem*, inquit, *magister Apostolus est, qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes; qui vnius vxoris virum præcipiat esse: non quo exortem excludat coniugij (nam hoc supra legem præcepti est) sed vt coniugali castimonia seruet absolutionis suæ gratiam. Neque iterum, vt filios creare Apostolica inuitetur autoritate: habentem enim dixit filios, non facientem, neque coniugium iterare.* Hæc Ambros. Epiphan. Ambros.

II. Quamuis autem Ecclesia interdum summo iure non egerit, cum his qui sacerdotes facti adhuc consuetudinem cum vxoribus habebant, vt ex Paphnutij opinione constat, tamen adulta iam Ecclesia omnis vxorum vsus, vel potius abusus sublatus est, Syricij summi Pontificis edicto, de seruando ab his, qui sunt initiati sacris ordinibus, cœlibatu. Nec verò D. Chrysaut Hieron. sensum illum approbarunt, quem hæretici eliciunt. Chrysost. enim in eadem epist. 1. ad Timoth. cap. 3. tom. 10. post illum sensum, adiunxit alium catholicum, quasi improbans priorem, &c. hoc loco contrarium sensum etiam produxit: *Castigat*, inquit, *hoc ipso, etiam impudicos: dum non eos permittit, post secundas nuptias, ad Ecclesiæ regimen, dignitatemq; pastoris assumi, &c.* D. Hieron. etiam satis suam mentem explicat lib. 1. contra Iouinianum tom. 2. in principio. Quid Theodoretus & Theophyl. sentiant, non obscurè indicant illorum verba. Vide Bellarm. tom. 1. Controu. 5. & tom. 3. lib. 1. cap. 9. & 10. vbi agit de duplici polygamia. Paphnutij opinio. Chrysost. Hieron. 1. Timoth. 3. Hieron. Theodor. Theophyl. Bellarm.

Verus sensus verborum Pauli exigentis, vt Episcopus sit vnius vxoris vir.

ANNOTATIO II.

I. SI rectè considerentur Oecumenica consilia, & Patrum sententiæ; is dicendus est vnius vxoris vir, ad Episcopatum idoneus, qui priori vxore morte sublata, cum secunda non contraxit. Ita D. Ambros. 1. Tim. 3. & lib. 1. de offic. cap. vlt. in princ. In epist. etiam 82. ad Vercellensem Ecclesiã Orig. hom. 17. in Lucam tom. 2. Chrysost. & Theophyl. locis allegatis; Hieron. epist. 83. tom. 2. ad Oceanum. Iubentur, inquit, monogami in clerum eligi. August. in lib. de bono coniugali cap. 18. Epiphan. hæresi 59. contra Catharos. Accedit Ecclesiæ consuetudo, & praxis: ex qua apertè cuincitur hæc interpretatio; & decretum Innocentij III. cap. *Debitum, de bigamis non ordinandis*, vbi docet, oportere, vt aliquis digamus censeatur, cum duabus copulatum fuisse, & cum illis consummasse matrimonium. Qui enim cum altera tantùm cõsummasset matrimonium, nõ incurreret bigamiæ irregularitatem. Sunt ex hæreticis, qui bigamiæ irregularitatem, Lutherum secuti, derident. Ignorant videlicet hi derisores Dei mysteria, & Ecclesiæ pulchritudinem, Deo, & Angeli gratam, non admittere maculam: An non decreuit in veteri lege Dei sapientia, vt quidam repellerentur à sacerdotio ob maculas, & defectus in facie apparentes, ob aliásque infirmitates? videant quid Deus præceperit Leuit. 21. D. Ambros. 1. Tim. 3. Origen. Chrysost. Theophyl. Hieron. August. Epiphan. Innocent. Hæreticorũ confutatio. Leuit. 21.

II. Maneat igitur, quod ad hæc spectat, coniugatos olim sæpius eligi consueuisse; ea tamen lege, vt Baron. annotauit tom. 1. ann. 58. vt quantumlibet Baron. Ann. 58.

necessitate cogente, eiusmodi assumerentur, consentiente primùm vxore; sic electi cessarent prorsus ab omni vsu coniugij; Quod ita Apostolica traditione receptum, vsúque probatum erat, vt quantumlibet Iouinianus impurissimus esset, affirmaret tamen, hoc ipsum; vt Hieron. lib. 1. refert. Et Patres in Concil. Carthag. cap. 2. testantur, id sanctos Apostolos docuisse, & in Ecclesia antiquitùs ab omnibus esse seruatum. Hanc consuetudinem, seruasse etiam Orientales Epiphanius in compendio, ait, & Hieron. contra Vigilantium. Idem ad Pammachium epist. 50. ad finem hoc ipsum traditum ab Apostolis annotauit, his verbis: *Apostoli, vel virgines, vel post nuptias continentes, Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post sacerdotium in eternum pudici.* Hæc D. Hieron.

Hieron. Concil. Carthag. Epiphan. Hieron.

III. Hinc infertur non esse fidem habendam, iis, quæ de Paphnutio scripserunt Socrat. lib. 1. cap. 8. & Sozomenus lib. 1. cap. 22. Certè quidem, si velimus tueri eos non fuisse mentitos; de illis tantummodo in Nicæna Synodo totam illam agitatam esse controuersiam, dicendum est; qui cùm ordinarentur inuiti cõtestati sunt, non posse se, continentiam seruare. Hos fortasse cùm satagerent cæteri Episcopi, in parem cæteris continentiæ obseruationem reducere, ne id fieret iustè Paphnutius intercessit. Alioqui falsum est, quod narrant, sacros Patres Concilij Nicæni acquieuisse Paphnutio, constat enim edito canone, à sacerdotum contubernio, vxores fuisse eiectas. Pro maiori explicatione huius materiæ vide Concil. Elibert. can. 33. Concil. Arelat. 2. cap. 2. vide etiam apud D. Gregor. 4. dialog. cap. 11. Vrsini presbyteri exemplum continentiæ: *Hic*, inquit, *ex tempore ordinationis suæ, presbyteram suam, vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere nunquam sinebat; eamq; sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem familiaritatis fundit⁹ abscideret, &c.* Deinde addit, *Cùm iam mors Vrsino inflaret, & illa, an halitus adhuc superesset, explorare vellet; Vrsinus collegit vocem, atque erupit, dicens: Discede à me mulier, adhuc igniculus viuit; palleam tolle, &c.*

Socrates. Sozomenus. Cõc. Elibert. Concil. Arel. Gregor. S. Vrsini cõtinentia. In morte S. Vrsinus cautè se gerit, vt castitatẽ cõseruet.

IV. Cæterùm hæc quantumuis vera sint; Apostoli tamen verba, non de his, qui coniugati tunc essent, sed de illis, qui vnicam tantùm habuissent vxorem; nec bigami essent, interpretati sunt Patres omnes. Hos enim cooptari voluit ad sacrum ministerium. Nec mirum, cùm & Gentiles, suæ superstitioni obedientes, penè eadem consueuerint vsurpare. De quibus Hieron. ad Ageruch. epist. 11. *Flamen*, inquit, *vnius vxoris ad sacerdotium adducitur. Flaminissa quoque vnius mariti eligitur vxor: ad Tauri Ægyptij sacra, semel maritus assumitur.* Hæc ille; quod accepit à Tertull. de monogamia ad finem.

Hieron. Tertull.

VERS. 6. Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, &c.

ANNOTATIO III.

I. SIne crimine esse, in nostra est potestate, ait D. Hieron. Cæterùm quod sequitur, *habere filios fideles*, extra nostram voluntatem est. Illa verba, *Non in accusatione luxuriæ*, si Græcum codicem consulas, idem sunt, atque non obnoxios crimini luxus, vt annotauit Brixianus. Nam, ἀσωτία, luxum, intemperantiam, prodigalitatem, in cibo, potu, vestitu, supellectile & aliis, signifi

Hieron. Brixianus.

significat; non autem libidinem, quam non rectè nomine luxuriæ intelligit Lyranus; qui meminit filiorum Heli. Quid ergo dices, sonat Latinis, *in accusatione luxuriæ?* Dicam sentit Paulus, sobrios, nec infames de luxu; seu, vt quidam vertit, non comessatores. Theophyl. vim verborum expendens, sic ait: *Non dixit autem simpliciter intemperantes, sed, vt ne omnino quidē, aliquam luxus, ac intemperantiæ accusationem habeant, neque ex suspicione quada praui sint.* Hæc ille. Indicari putat à Paulo, patris prudentiam, in filiorum rectā educatione, & obedientia considerandam esse. Non enim ea natura sunt peccata, vt parentum in liberos curam, & pietatem superent. Lyranus. Theophyl.

II. Reddit autem infidelitas, vt luxus filiorum, quempiam Episcopatui minùs aptum; quia filij intemperantes, cùm gurgites sint diuitiarum, facilè possunt Ecclesiæ bona dilapidare & pauperes, debito sibi ex bonorum cumulo, subsidio fraudare; Nec parentes queunt, filiis obstrepentibus, sacerdotia sua rectè administrare. Itaque, non oportet presbyterum esse patrem, sed si quidem pater est, & liberos habet, ij, sanæ sint fidei oportet, in qua suus eos pater sanè instruxerit. Episcopus autem ad tria constituitur: primùm, vt fidem doceat, iuxta illud Matth. 28. *Docete omnes gentes*; & 1. Timoth. 3. *Episcopum*, inquit, *oportet esse doctorem.* Qui autem filiorum, quos diu secum habuit, doctor non fuit, quomodo docere alios putandus est, cùm Eccl. 7. dicat: *Filij tibi sunt? erudi illos.* Deinde, requiritur, vt populum virtutibus imbuat, & à vitiis auertat, quod priùs in filiis elucere debet; vt indicant illa verba: *Non in accusatione luxuriæ.* Alieni nánque esse debent ab intemperantia, luxu, comessatione. Qui enim hæc vitia filiis permiserit: quomodo filiorum Ecclesiæ mores efformabit? Tertiò, contineat opus est plebem in obedientia, & obsequio, atq; adeò vt inquietos & ordinis turbatores, castiget ac corripiat, 1. Thess. 5. vnde sequitur *aut non subditos*, rebelles, contumaces, intractabiles. Qui ergo in coërcendis filiis remissus fuerit, quomodo alienos in officio continebit? Ecclesiastici 30. ne filius rebellis euadat, dicitur patri: *Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans est, ne forte indurescat, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, &c.* An non verum est illud? Episcopus ad tria constituitur. Matth. 28. 1. Tim. 3. Eccl. 7. 1. Thess. 5. Eccl. 30. Filij, absque indulgentia erudiendi sunt.

Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.

Experientia igitur disciplinæ, qua pater filios erudit, facilè indicabit, sit ne ille aptus ad erudiendos Ecclesiæ filios.

Cur Apostolus non præcipiat eligendum cœlibem, & qui nullos habeat liberos?

ANNOTATIO IV.

III. ANtiquis Cretensium legibus cautum fuisse refert Strabo, lib. 10. vt omnes homines à puero statim vxorem ducerent. Vnde difficile erat adultum hominem cœlibem reperiri. Ob hanc etiam causam, aut similem, Timotheo Ephesi Episcopo scribens, hoc ipsum monuit. Iam quod de filiis ait, vt qui ordinandus esset, filios haberet fideles, non in accusatione luxuriæ, si nomine luxuriæ, non solam intemperantiam cibi, & potus, sed etiam Strabo. Cretensium lex & mos pessimus alligandi filios nuptiis in pueritia.

libidinem, vt plerique volunt, intelligamus: videtur Apostolus respexisse hæc, scribens ad morem apud Cretenses turpissimum, quo impunè illis licebat in pueros insanire, & apud se raptos per bimestre spatium retinere. Quod fecisse Iouem Cretensium Regem tradunt poëtæ; vnde illud Æneid. 1.

Virg. Æn. 1.

Et rapti Ganymedis honores.

Hæc libuit ex Baron. tom. 1. anno 58. referre, quantumlibet obscenissima; tum, vt sensus Apostoli aperiretur; tum etiam, vt sciant omnes quantum putorem, sal absterserit Apostolicus. Paulus igitur vt famosos Cretensium mores Euangelica doctrina refutaret, eos ex hac natione eligi in sacerdotes præcipit, qui à tanto facinore abhorrentes, filios haberent *fideles, non in accusatione luxuriæ*: qui nempè exemplo filiorum domestico, non sermone tantùm, sed facto, quid cæteris faciendum esset, facilè suaderent. Et verò homines, tam prauis & obscœnis notatos olim moribus, in officio contineri posse, non leuis negotij res Paulo visa est.

Baron. Ann 58.

IV. Chrysost. & ferè alij interpretes, non ad solos Cretenses referunt doctrinam hanc, de educandis liberis; sed occasione Cretensium ad totum orbem. Reiicit enim à numero eligendorum in Episcopos, eos qui in educatione filiorum negligentes extiterunt; vix enim fieri potest, vt qui suis non profuit, prodesse alienis valeat. Vnde Chrysl. hom. 2. *Si in ijs rebus*, inquit, *in quibus vrgebat naturalis affectus, ita negligens fuit, atque ita stultus, vt pecuniarie rei plus studeret, quàm curæ filiorum: quo iure hic, ad Episcopalem subeat thronum, tantumque regiminis onus? At fortè nequiuit? Magnum profectò desidiæ id, supremeq; stultitiæ crimen est; si verò id studij non adhibuit, ingens duritiæ, atque pietatis indicium. Nec simpliciter ait luxuriosos, verùm eos, huiusmodi carere calumnia voluit, neque pessimæ opinionis esse permisit, &c.* Hæc Chrysost.

Chrysost. Qui in educatione filiorum negligentes sunt, non sunt apti magistratibus gerēdis. Chrysost.

V. Nec verò solùm exigit Apostolus, vt filij sint fideles, hoc est, in fide optimè instructi, quæ est tertia conditio: Nec solùm liberos & immunes à criminatione & infamia luxus siue intemperantiæ requirit; quæ est quarta, sed etiam vt sint obedientes, & minimè refractarij. Vbi vulgata habet (*aut non subditos*) quæ est quinta conditio, Græce est ἀνυπότακτα, id est, rebelles: & intractabiles, ac proinde non obedientes; Dedecori esse parentibus filios, aut inertes, aut inobedientes, existimauit Absalon, de quo lib. 2. Reg. cap. 18. dicitur: *Porrò Absalon erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulum, qui est in Valle Regis. Dixerat enim; non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalon, &c.* Vbi notat Brixianus, habuisse Absalon tres filios mares, & vnã fœminam, vt constat ex 2. lib. Reg. c. 14. quos licèt Chaldaica litera significet, non fuisse superstites, quando pyramis seu arcus triumphalis fuit erectus; tamen, vt præter alios idem Brixianus annotauit, quidam affirmarunt viuos fuisse, sed quia ad imperium non erant idonei, & ad gloriam patris propagandam; maluit in lapide sui memoriam insculptam relinquere, quàm in filiis inertibus, de quibus perinde loquitur, ac si filios non haberet. Dixerat enim, *non habeo filium*, aut *filios*, vt alij legunt.

Filij abhorreant ab omni crimine.

Dedecori sũt parentibus filij refractarij. 2. Reg. 18. Manus Absalon. Brixianus.

Absalon maluit in lapide sui memoriã conseruare, quàm in filiis ignauis.

VI. Absque vlla tamen parentum culpa, filij interdum impij & rebelles euadunt, vt filij Mosis, quos ille, vt Philo Iud. in lib. de charitate in principio; ait, hæredes relinquere, quòd minus apti essent ad imperium, soluit: *Quamuis*, inquit,

Filij Moses degeneres. Philo Iudæus

inquit, *pater esse duorum filiorum, neutrum successorem sibi optauit.* Quarè in teneris annis spectari debet educatio filiorum; facilè enim pueri licèt eorum indoles refractaria sit, domantur vsque ad annos pubertatis; postea, si quid in ipsis contra rectam institutionem appareat, non parentum, sed illorum vitio tribuendum est. Quis dubitet honestam fuisse, & liberalem Salomonis educationem? nunquid reprehendendus est Dauid ob intemperantiam, quam è patria egrediens potestate secutus est? Quid dicam de filiis Samuelis, prudentiæ & religionis laude clarissimi? Hi cùm à patre sene, cuius educatione optima nutriti fuerant, iudices constituerentur; statim à patris sui studiis recedentes, muneribusque corrupti, & deliciis epularum vacantes, offensioni fuerunt Hebræis; qui non ferentes eorum improbitatem à Samuele postularunt Regem, vt scriptum est 1. Reg. cap. 8. Quam historiam referens Ioseph. Antiqu. lib. 6. cap. 3. ita philosophatur: *Ista falsi sunt exemplum, & indicium manifestum quibusdam, vt nec similes parentibus suis existerent, sed vt boni quidem, & moderati ex malis; & praui producerentur ex bonis.* Hæc ille. Multum nihilominùs conferre ad honestatem vitæ, studiosam educationem, qua parentes filios suos instituunt, quotidianis manifestum est exemplis; Filios Heli Sacerdotis legimus lib. 1. Reg. cap. 3. & 4. in grauissima contra religionem scelera fuisse prolapsos, ob patris negligentiam, & in puniendis flagitiis incuriam. vnde tam pater quàm filij morte sunt mulctati; Deo, vt refert Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 15. causam reddente Samueli; quod senex pater, plus elegerit liberis indulgere, etiam contra eorum vtilitatem, quàm Deo placere. Quare iuxta Pauli sententiam, illi idonei censentur, ministeriis sacris tractandis, qui filios secundùm sacræ doctrinæ leges instruunt, & morigeros reddunt.

Moses è duobus filiis neutrum sibi in successorē optauit.

1. Reg. 2. 3. Iosephus. Mali filij, ex bonis parentibus.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO VII.

VERS. 7. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum.

Græcè: Δεῖ γὰρ Ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. SINE *crimine esse.* Vitia enumerat, quæ ab Episcopo longè abesse debent, quæ septem sunt. Inprimis, dum ait oportere eum esse, sine crimine, significat cauere illum debere ab omni specie peccati mortiferi, præsertim grauioris, quale est homicidium, adulterium, fornicatio, furtum, vsura, sacrilegium & ab omni sceleris infamia; Rationem subijcit, quia hoc decet Dei dispensatorem; in quo fidelitas requiritur in dispensatione verbi, & sacramentorum; reddituúmq; Ecclesiasticorum. Hæc autem fidelitas, à crimine notato præstari nequit. Vocat Episcopum Dei dispensatorem, vt ille se, non dominum beneficiorum, aut bonorum temporalium agnoscat, sed administratorem, qui Domini sui voluntatem & ordinem præscriptum, sequi debeat, ὡς, hîc, non similitudinem significat, sed congruentiam; Estque idem, quod tanquam θεοῦ οἰκονόμων, id est, *domus Dei*, quæ est Ecclesia, *administratorem*. In hoc nihil sceleris saltem grauioris notari debet. Nam sine omni crimine vitam ducere, cui datum est? Sine peccato (inquit, Augustinus. lib. 14. de Ciuit. cap. 9.) qui se viuere existimat non id agit, vt peccatum non habeat, sed vt veniam non accipiat. D. Chrysostomus aspirare nos vult ad vitam, etiam à leuioribus culpis liberam. vnde homil. 2. de patientia, conferens hunc Pauli locum cum Iob 1. *Erat vir irreprehensibilis*, vocabulum *irreprehensibilis*, quod in versione, qua vtebatur, inuenit; sic expendit: *Aliud crimen, aliud reprehensio: illud in peccatis grauissimis: hæc in leuioribus: Ab vtrisque longè fuit iustus hic. Quis enim magna ei obiecisset, vbi nec locus minoribus esse videbatur*: *Quem de adulterio & homicidio accusare non potes, is sine crimine est. In quo autem iure reprehendas, detractionem, maledicta, ebrietatem, is crimine vacuus, non sine reprehensione viuit.* Hæc ille: plura diximus sect. præcedenti. Hæc satis nunc sint, vt intelligas quid velit Apostolus, dum ait: *Oportere Episcopum sine crimine esse.*

August.

Chrysost.

Iob 1.

Non superbum, non iracundum.

II. *Non superbum*, Græcè est μὴ αὐθάδη, id est, *non præfractum*, siue non durum,

durum, neque inflexibilem, neque sui sensus plus satis tenacem. Hieron. & Ambros. legunt, *non proterunt, non iracundum.* Qui facilè, & frequenter in iram excandescit, ille iracundus est: non qui rarò & ex causa irascitur. Quare tolerari potest ira, si moderata est; irascindia verò minimè, maximè in prælatis, qui pacificandis subditis, & discordiis componendis; studere debent. Hieron. Ambros.

Non vinolentum.

I. *Non vinolentum.* Ambros. rectè vertit, non obnoxium vino. Immodica enim vini potatio, etiam citra temulentiam, vim mentis elidit, & vigorem sensuum minuit. Hinc iubentur sacerdotes Num. 6. dum ministrant, à vino abstinere: Hieron. epist. 83. ad Oceanum: *Vinolentia*, inquit, *scurrarum est, & comessatorum: veréque mero æstuant, ciò despumat in libidines.* Deinde addit: *Noè ad vnius horæ ebrietatem nudat femora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate contexerat. Loth, per temulentiam nesciens, libidine miscet incestum, & quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.* Hæc ille. Laudat Plato lib. 2. de legibus prope finem tom. 2. Carthaginensium leges, vino modum imponentes; affirmátque vinum tributum esse à natura hominibus supplicij nomine destinatum. Deinde, sic ait: *In ciuitate, nec seruus, nec serua vnquam vinum gustet, nec ipsi quidem magistratus, illo, quo magistratum gerunt anno: neque gubernatores, neque iudices, dum munus suum exercent, vllo modo vinum gustent.* Hæc ille. Quare dum vinolentia reiicitur, moderatus vini vsus non interdicitur ab Apostolo, in cuius specie sanguis Christi adoratur, imò nec ægrotis & debilibus, vnde 1. ad Timot. 5. *Noli adhuc aquam bibere propter stomachum tuum sed modico vino vtere, &c.* Celebre est illud adagium, *Anima sicca sapientissima.* Quod ex Heracliti fontibus haustum exponit Galenus, in libello, *Quòd corporis temperies respondeant animi mores.* Clemens Alex. Pædagogi lib. 2. sentit animum cuitata temulentia, reddi purum. *Iubar est*, inquit, *anima sicca sapientissimum, & perspicax, neque madescit vini halitu in modum nebulæ crassescens.* Idem, Stromat. lib. 7. *Vinum, & carnium sagina, robur quidem adiciunt corpori, & animum reddunt languidum.* Tribuit Ioannes Philoponus citatus ab Adriano Iunio centur. Adagiorum 3. diuinam, vt ipse ait, Platino sententiam, qua dicit, eos omnes qui saginando corpori indulgent, parum abesse quin arborescant, hoc est, in plantarum naturam degenerent. Cui concinit Senarius ille Nazianzeni, Νῆς λεπτὸν ὄγκον ἐκδιώκει γαστέρος, id est, *subtilis animus, molem ventris defugit.* Vnde Plato in epistola ad Dionis familiares, damnat receptam apud Italos & Syracusanos in mores consuetudinem, saburrandi bis in die corporis. Vnde apud Ælianum, *Non*, inquit, *huc veni, vt in mensam pronus incumbam, bruteq; pecudis vt in modum saginer.* Hinc Ægyptij suis sacerdotibus, non concedebant in expiatoriis sacris carnium, aut piscium esum; sed exiles volucres iidem in arcula se ponebant ventriculum corporis condiendi aromatibus, ac tandem in flumen proiiciebant, veniam à superis postulantes, quòd multorum scelerum defuncto causa fuerit. Philo Iud. in lib. de vit. contemp. *Abstemia*, inquit, *sacra sacerdotes offerre præcipit recta ratio, & in vitæ vsu obseruare, quandoquidem, amentiæ pharmacum vinum est, & opipera fercula, hominem ad libidinem irritant.* Pulchrè Prudentius intemperiem detestatus, ait, Ambros. Num. 6. Hieron. Ebrietatis in sanctis, damna. Plato. Vinum tributum à natura, vt pœna. 1. Tim 5. Anima sicca sapientissima. Galenus. Clem. Alex. Philoponus. Adrianus Iunius. Greg. Naz. Plato in epistola ad Dionis familiares. Ælianus. Ventriculus cadaueris in flumẽ ab Ægyptiis proiiciebatur. Vinum est amẽtiæ pharmacum. Ph. lo Prudentius.

Parcis victibus expedita corda,

Infusum melius Deum receptant.

Non percussorem.

III. *Non percussorem*; Græcè, μὴ πλήκτην, Multiplex potest esse sensus huius particulæ, pro varietate modi percutiendi, qui non vnus est. Percutimus enim aliquem, aut opere, aut verbo, aut consilio, aut malè afficiendo conscientias pusillorum, 1. Cor. 8. Hieron. hîc refert sensum ad percussionem linguæ, vt Episcopus nemini maledicat, nec sit contumelioſus obiurgator, ne conuitiis perdat, quos poterat modestia & lenitate corrigere. De quo genere percussionis, loquitur Apostolus 1. ad Timoth. 5. dum ait, *Senorem ne increpaueris*: vbi Græcus codex, idem verbū habet, quo hîc vtitur Paulus, πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, hoc est, *ne verborum plagis percutias*. Eadem phrasi vtitur Hierem. 18. *Venite & percutiamus eum lingua*, & Psal. 56. *Dentes eorum arma, & sagittæ; & linguæ eorum gladius acutus*. Qui enim in præsentes contumelioſis verbis excandescit, gladio vtitur; qui verò absentes carpit, sagittis. Simili modo loquendi vtitur Horat. lib. 3. carm. ode. 12.

Percutitur aliquis verbo, opere, aut consilio. 1. Cor. 8. Hieronym. 1. Tim. 5. Hierem. 18. Psalm. 56. Horat. car. 3.

Patruæ metuentes verbera linguæ.

IV. Est etiam percussio manibus facta, quam vulnus graue, aut cædes consequitur: Et quidem, qui cæde, aut mutilatione manus proprias funestarunt, licèt id fecerint, officij necessitate impulsi, vt Iudices; lege tamen Ecclesiastica ab aris remouentur, tanquam minùs idonei ad offerendum Patri pro populo Christi sanguinem. Quod adumbratum fuit 1. Paralip. 22. nolente Deo, vt Dauid, qui multum fuderat sanguinem, templum ei ædificaret. Tertiò percussor dicitur, qui malo exemplo, fratrum suorum conscientias percutit. Ad quem modum percussionis respiciunt ferè interpretationes Græcorum Patrum; vnde Theophyl. intelligit: *Non percussorem*, vocari eum, qui nec manibus ferit, nec verbis amarulentis importunè sæuit; *Medici enim*, inquit, *officio fungitur*. Porrò medicus curat ictus, & vulnera; non ipse etiam verberat.

1. Paral. 22. Theophyl.

V. Rectè D. Chrysost. coniungit in expositione huius capitis hæc duo: *Non vinolentum*, *Non percussorem*, vt tropologicam more suo doctrinam eliciat. Hoc in loco, inquit, contumelioſum significare voluit. Nam corripiendo potiùs, quàm percutiendo, aut inferendo contumelias omnia agere oportet. *Quid enim obsecro, iniuria opus est, gehennæ comminatione terrere oportet, atque huiusmodi emendare terroribus. Nam, cui infertur contumelia, audacior, atque impudentior fit: & eum, qui se ita affecerit, vt contemnat, magis inducitur. Nihil fermè ita contemptum facit, sicuti contumelia, & iniuria: neque enim huiusmodi contumelioſum sinit esse venerabilem; & eam, quam decet à subditis reuerentiam assequi. Magna necesse est huiusmodi cum religione loquantur, omniſque illorum sermo diuina sapientia conditus, peccantes terrere debet memoria supremi iudicij; vacare enim iniuria sermonem huiusmodi decet: sin verò fortasse fuerint aliqui, qui prohibeant ea, quæ sunt nostri muneris exequi magna cum auctoritate, aliàs, auctoritate tractanda res est.* Hæc Chrysost. quæ propterea subtexui, vt intelligant Episcopi, & omnes qui aliis præsunt, abstinendum esse in reprehensionibus subditorum ab omni verbo contumelioſo, non minùs quàm à vinolentia & percussione.

Cui infertur contumelia audacior fit, & impudentior. Chrysost.

Non turpis lucri cupidum.

VI. Particula illa, *Non turpis lucri cupidum*, vel, vt vertit interpres Diuus Chrysost.

Interpret. Chrysost.

Chryſoſt. *non turpis lucri appetitorem*; Græcè verò, vno vocabulo *αἰσχροκερδῆ* ſignificatur. Vultque Apoſtolus, vt inquit Chryſoſt. Epiſcopum præferre magnum pecuniarum contemptum, 1. ad Timoth. 3. argenti minimè cupidum optat, ſiue, vt Græca ibi habent, *ἀφιλάργυρον*, contendunt plerique non ſolùm ex redditibus Eccleſiæ, ſed etiam ex pœnis peccantibus impoſitis diteſcere; vnde plerunque contentiones oriuntur inter ſacros & profanos magiſtratus. 1.Tim.3.

Quod aduertens Epiphanius (vt refert Polybius, Epiphanij diſcipulus, & nos annotauimus, 1.Timoth. 3. ſect. 1. annot. 16.) Cùm Hieroſolymam iret cauſa viſitandi loca ſacra magnam vim argenteorum vaſorum vidit, à Ioanne Hieroſolymitano Epiſcopo congregatam; Admonitum à ſe priùs vt eam ſupellectilem venderet, pecuniámque neceſſitatibus pauperum ex vaſis opportunam, conflaret; adiuit aliquando, & mutuò commodata vaſa ad excipiendos Cyprios hoſpites, ipſe vendidit Romano mercatori, pecuniámq; omnem pauperibus elargitus eſt. Ea re indignatus Ioannes, veſtem ſtrinxit Epiphanij, dicens: *Redde mihi argentum meum.* Epiphanius ſe redditurum pollicitus eſt. Ille vrgere adhuc. Epiphanius oratione præmiſſa, conjecto in illius oculos ſputo, hominem excæcauit. Quo miraculo, Ioannes ad ſe rediens ſupplex veniam petiit, aſſerens non curaturum ſe quid de argento factum ſit, ſi ſanitati reſtitueretur. Culpæ pœnitentem Epiphanius rogatu multorum, qui aderãt, vnius oculi luce primum: deinde alterius donauit. Hoc tam inſigni exemplo frenari poteſt eorum propenſa ad luxum, & rem familiarem augendam voluntas, qui cùm patres pauperum eſſe debeant, theſauris inhiant nullam pauperum curam gerentes. Epiphan. Polybius. 1.Tim.3. Epiphanius auarum Epiſcopum percuſſit cæcitate: & pœnitẽtem ſanauit.

VERS. 7. Non ſuperbum.

Quàm deteſtanda ſit in principe Eccleſiaſtico ſuperbia.

ANNOTATIO I.

I. SIue nomine *ſuperbi*, intelligas cum Ambroſ. & Hieron. proteruum; ſiue cum aliis præfractum & intractabilem; vitium profectò notat Paulus, valde à Principe Eccleſiaſtico, qualis eſt Epiſcopus, alienum. Debet enim is, qui aliis præeſt (vt Apoſtolus vult 1. Cor. 9.) *fieri omnibus omnia*, vbi fidei doctrina non periclitatur. Memor ſit Epiſcopus illius ſententiæ Eccleſ. 32. *Reſtorem te poſuerunt? noli extolli.* Et mundi quidem huius principes etiam inuitis populis arbitratu ſuo dominantur. Epiſcopus verò, cùm volentibus præſit, nihil niſi memor Chriſti, cuius eſt diſcipulus, manſuetudinis, moliri debet. Quis enim non mõſtroſum iudicat Paulum Samoſatenum, Antiochiæ Epiſcopum, vel potiùs monſtrum, qui vſurpatis ſeculi dignitatibus, dux magis quàm Epiſcopus vocari maluit? (alij ducenarium legunt, & munus intelligunt eorum, qui ſunt apud Reges cancellarij.) Egrediebatur domo cum ſatellitio, thronum in Eccleſia ſublimiorem habens, ſubinde manu femur pulſans, in defunctos paſtores, & doctores impudenter inuehebatur. Meritò ſuperbus hic, & blaſphemus, Epiſcopatu cum dira execratione à coepiſcopis, Aureliano Imperatore, pulſus eſt. vide Euſeb. lib. 7. cap. 30. & Niceph. lib. 6. cap. 28. 29. 30. Ambroſ. Hieron. 1.Cor 9. Eccl. 32. In prælatis proteruia vituperanda. Pauli Samoſateni ſuperbia. Euſeb. Cæſ. Niceph.

II. Similis fuit inſolentia Neſtorij Conſtantinopolitani Epiſcopi, vt autor

Socrates. Nicephor. Tripart. Nestorij superbia hæresin peperit.

tor est Socrates lib.7.cap.29.Niceph.lib.14.cap. 31. Tripart.lib.12. c.4.Is enim prima statim concione ad Theodosium minorem imperatorem turbidus ac ferox: *Da mihi*, inquit, *Imperator terram ab hæreticis liberam, ac repurgatam & vicissim cælum tibi reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, dissperde. Ego tibi Persis delendis adero.* Quò euasit superba hæc magniloquentia? Hæresim fecit sui nominis, fidei incendium passim vocatus; donec Episcopatu, in exilium mutato, miserè periit. Humiles vult Christus discipulos,& mansuetos, atque adeò Episcopos,

Matth.11. cùm ait, *Discedite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

VERS.7. Non percussorem.

Quàm alieni debent esse, qui præsunt Ecclesiis, ab ira & vindicta?

ANNOTATIO II.

I. IRacundiæ, vinolentiæ,& elationi, cognatum est vindictæ studium. Neque pugno, neque baculo percussorem Paulus, imò neque verbo contumeliosum eligi in Episcopum vult. Habet enim arma spiritus; neque fas est, vt alios

Ioan.18. percutiat discipulus eius, qui percussus non repercutiebat, Ioan.18. Est hoc vitium tum iræ, tum ebrietatis,& plerunque arrogantiæ soboles. Corripiat ergo, non percutiat. Animarum medicus est, non feriat ægrotum, sed curet. Si opus est vulnus inferre, afferat hæc plaga sanitatem. Absit à verborum medicamento, quod sanitati necessarium est, contumeliæ venenum. *Omnis* enim *animaduersio & castigatio contumelia vacare debet*, vt Tullius ait, Offic.1. Laudari solet

Tull.Offi.1. Christiani Episcopi Moguntiæ exemplum mansuetudinis. Christianus Maguntiæ Archiepiscopus, quòd vocatus ad Regis expeditiones,& obiurgatus quòd gladium contra hostem non distringeret, respóderit: *Nequaquam decere vineasrum incendia & agrorum vastitates sacerdotem: traditum sibi solùm gladium esse spiritus, cùm scriptū sit: Mitte gladium in vaginam.* Passus est bonus Episcopus submoueri se ab Episcopatu potiùs, quàm exẽplo anteceſſorum arma carnalia, sibi interdicta, tractare. vide Chronicon Moguntinum.

Theodor. II. Theodor. iracundum hìc exponit, qui meminit acceptæ iniuriæ. Et verò, ὀργίλον, sonat, *ad irascendum proclivem*, siue, *irritabilem*. Vitium sanè ab eo, qui alios moderatione & prudentia in officio continere debet, valde alienum.

Iacob.2. Sit ergo omnis Christi discipulus tardus ad iram, vt vult Iacob.2. multò & magis Episcopus, quem ingenium mite & placidum decet, exhibere. *Va illis, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est*, Psal.13.

Psal.13.

VERS.7. Non turpis lucri cupidum.

Tropologica doctrina contra auaritiam.

ANNOTATIO III.

Vituperatur prælati, qui diuitiis, pauperibus dondis, ditescunt.

I. DIscant omnes homines, præsertimque Episcopi, & Ecclesiæ præfides, quàm Deo displiceant, qui diuinis ministeriis addicti cùm sint, augendis diuitiis sedulam impendunt curam: turpis lucri cupidos vocat Apostolus, qui nullo honesto fine sibi proposito, ditescunt. Opes ex Ecclesiasticis muneribus collectæ in pauperes refundendæ sunt. Turpe enim erit; si Christiano,

nedum

nedum Ecclesiæ præsidi, objiciatur illud Iob 22. *Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem*; vbi vox Hebræa *Maim*, licet pro *vnico haustu aquæ* sumi possit, integrum interdum aquæ elementum, aut ingentem pluuiam significat; ideóque solet aqua esse symbolum abundantiæ. Quæ vocis proprietas, huic sententiæ conuenit, vt significat Eliphas, ex magna illa diuitiarum abundantia & affluentia diuitis, neque tam quidem redundasse in sitientes & lassos. Quotidie diues ille Euangelicus *epulabatur splendidè*, & ne mica quidem data est Lazaro famescenti. Hic profectò, vt ait Eccles. 10. *in vita sua protecit intima sua*. Qui autem viscera in quibus est sedes misericordiæ proijcit, misericordiam ipsam, & humanitatem ablegauit. Per *aquam* autem intelligitur, non aqua artificio cocta, sed frigida. Quam vim expressit locus ille, Matth. 10. *Quicunque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam*, vbi Chrysost. *frigidam aquam, dixit, vt ne calefaciendi impendat laborem, hoc est, non dicat, qui eos magnificè suscipit, &c.* Nec tamen quicunque denegauit aquam auarus est, sed lasso, siti enecto & arenti. Vnde se lassum, & refrigerio destitutum, profitetur Deus, cùm aqua denegatur seruis suis fatigatis Isai. 28. *Hæc requies mea*, inquit, *reficite lassum, & hoc est meum refrigerium*. Vbi cùm in Hebr. desideretur pronomen *meum*, bene Forerius coniicit hunc sensum: *Hæc requies, hîc quiescite*: nolo memoriam vestram longa mandatorum serie vexare: hoc vnum vobis commendo, quod cùm impleueritis, existimare poteritis, omnem vos legem impleuisse, quæ benignitate, & proximorum charitate continetur.

Iob 22.

Luc. 16.

Eccles. 10.

Viscera sunt sedes misericordiæ.

Matth. 10.

Chrysost.

Christus faciles nos vult in largienda eleemosyna.

Isa. 28.

Forerius.

Largitione eleemosynæ impletur lex.

II. Iam illud crudelitatis est extremæ, quod subiungitur: *Et esurienti subtraxisti panem*. Non solùm negatio aquæ in culpa est, sed etiam panis. Subtrahunt esurienti panem, qui illud frequenter in ore habent, cùm pauperes adsunt, *Ite in pace, Deus vos adiuuet*; vel bucellam pauperi dare nolentes, & cùm habeant, se habere negantes. Hos mendacij arguit Apostolus, 1. Timoth. 6. *Cùm præcipit diuitibus, non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum*; hoc est, non ad abscondendum, & subtrahendum. Diues auarus cursum diuitiarum, quæ ad pauperes excurrere debent, subtrahit & retardat. Eum autem qui hac ratione panem subtrahit pauperi, maledictum pronuntiat Salomon, Prouerb. 11. *Qui abscondit frumentum, maledicetur in populis. Benedictio autem super caput vendentium*. Et 70. vertunt, *qui continet frumentum*. D. Ambros. lib. 3. off. cap. 6. legit, *captans pretia frumenti. Benedictio autem ad eos pertinet, qui vendunt, vel, vt legit Ambros. qui participant, vt non solùm vendentem significet, sed etiam hilarem dantem, & facile tribuentem.*

Divitum in pauperes crudelitas.

1. Tim. 6.

Qui abscondit frumentum tempore famis, crudelis est.

70. Interpr.

Ambros.

III. Perstringit hic locus eos grauiùs, qui non solùm pauperi negant eleemosynam, sed etiam ab ipsis subtrahunt, quæ habent; imò ipsa rapiunt panis frusta. Ambros. sic legit, *Esurientium subtraxisti fustum panis*. Dicere auari nequeunt, *Hæc habeo quæcunque dedi*; cùm nihil dent; imò nihil illis dulce sit, nisi quod ab aliis subtrahunt, quod bene explicat D. Ambros. lib. de Naboth, cap. 4. super id quod scribitur 3. Regum 21. de Achab. marito Iezabelis, hoc est, auaritiæ. Inhians enim in alienas opes, præ mœrore *protecit se in lectulum suum, & non comedit panem*; vbi legit Ambros. *non manducauit panem suum*. Additque, etenim diuites, magis alienum panem, quàm suum manducant, qui raptu viuunt, & rapinis sumptum exercent suum. Atque in eo pauperibus miseriores

Ambros.

3. Reg. 21.

sunt, quod pauperes à volentibus accipiunt, diuites ab inuitis bona colligunt.
Chryſoſt. 1.Cor 4. Vnde Chryſoſt.hom.13,ſuper 1.ad Corinth.4. *Conſidera*, inquit, *quid apud nos homines videatur eſſe turpe, à diuitibus ne petere, an à pauperibus? Eſt perſpicuum quod à pauperibus. Hoc ergo faciunt diuites: non petet enim mendicus à mendico. Rurſus quid quæſo eſt honeſtius? accipere à volentibus, an nolentes cogere, & eis eſſe moleſtos? ſed hoc quoque faciunt diuites; quod eſt argumentum maioris pubertatis.* Hæc ille.

Origen. Matth.15. Auari filios Dei fameſcere ſinunt, non canes ſuos. Zachar.11. Diuites ſunt quercus Baſan & ſatrapæ, &c. Ambroſ. Auro fulgat equus, cum homo egeat.

IV. Origin.in cap.15.Matth.*Solent*, inquit, *diuites habentis dare; ab eo autem qui non habet, & quod habet auferre ab eo.* Quibus verbis carpit peruerſam diuitum conſuetudinem, qui auferunt à pauperibus, quæ largiantur ſaturatis, & pinguefcentibus. Nitefcunt in domibus diuitum carnes, & porci, filij autem Dei fame pereunt. Zachariæ 11. impij principes, abutentes diuitiis appellantur, *quercus Baſan*, quos Chaldæus interpretatur ibidem, *ſatrapas prouinciarum* & meritò: Nam quercus ſolis porcis fructum ferunt, glandes ſcilicet & ſiliquas. Paſcunt canes, accipitres, & res ſordidiſſimas. At hominem, ne vnum quidem. *Parietes*, inquit Ambroſ. *veſtitis auro, homines veſte nudatis? aurum poſtulat homo, & equus tuus aurum ſub dentibus mandit? Infelix in cuius poteſtate eſt tot animas à morte defendere, & non eſt voluntas.* Hæc Ambroſ. Hæc libuit commentari in deteſtationem auaritiæ, quæ labes licèt in omnibus fœda ſit, in Eccleſiaſticis tamen viris fœdior eſt, & ignominioſior. Quia verò liberalitatis Pontificiæ, cùm antiqua in aliis regionibus, tum recentia paſſim in noſtra Luſitania, occurrunt exempla, non opus erit longa oratione quorundam hæreticorum calumnias confutare, qui, quod ſuperioribus annis, nonnulli Epiſcopi, ſuarum prouinciarum, & muneris obliti, partim aulas principum redditibus Eccleſiaſticis abutentes, ſecuti ſunt, partim conſanguineos, Concilij Tridentini ſanctionum immemores, honoribus, & diuitiis augere cupientes, ſacrum patrimonium prò degere; ad cõtemptibilis pubertatis ſordes, perperam D. Pauli verba interpretantes, ſublimem hanc dignitatem exturbandã eſſe contenderunt. Certè ad coërcendam quorundam ſubditorum petulantiam, & morum effrenationem, neceſſarium eſſe diuitiarum ſubſidium, viri alta mente prædi ti ſemper iudicarunt. Habeant igitur antiſtites, vt rectè ſuo munere fungi poſſint, opes; exultet turpis lucri cupiditas. Abuſus diuitiarum, quippe qui, ab Apoſtolico inſtituto valde eſt alienus, vituperationi affinis eſto, vſus verò laudetur. Aurum habent hodie, Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopi, non tamen ſibi, aut profanis rebus, ſed pauperum fami, captiuorum redemptioni, diuino cultui, ſedandiſque tumultibus contra Eccleſiaſtica iura excitatis erogandum. Poſſem complures referre antiſtites, qui, non niſi ad hanc normam, auro, ex opimis antiſtiis collecto, vſi ſunt: ſed quoniam ij, in multis commentariorum horum locis, obuij erunt lectori, vnius duntaxat Alphonſi Conimbricenſis Epiſcopi mentionem nunc faciam, vt exemplum extet, quod poſteritas imitari poſſit. Nec verò illius in ſacris concionibus ſtudium; in victu ſobrietatem, & in omnibus rebus modum nunc perſequar; literas legiſſe Pontificias ſat fuerit, ex quibus conſtat, quid ſummus Pontifex Paulus V. de illius in ſacris redditibus expendendis, liberalitate cenſeat: & quibus benemeritum de ſuis ſubditis, totaque Dei Eccleſia Epiſcopum, ad cœlum efferat præconiis.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

SECTIO VIII.

VERS. 8. Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.

Græcè; Ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, ἀντεχόμενον, ἧς κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. DIVI Hieron. in epist. ad Oceanum, antequam enumeret singulas Episcopi virtutes, ex Scripturis collectas, ita præfatur: *Simul obsecro*, inquit, *ne quis me in sugillationem istius temporis sacerdotii scripsisse quæ scripsi, existimet, sed in Ecclesiæ utilitatem, &c.* Idem nos præfari possumus. In descriptione enim Episcopi, & in eorum expositione, quæ scripta sunt, quasi speculum sacerdotis proponitur. In potestate, & conscientia singulorum est, vtiliter aduertere, quales se ibi aspiciant, vt vel dolere ad deformitatem, vel gaudere ad pulchritudinem possint. *Euangelium nánque*, vt Cyprian. ait, *impingit in mores, &c.* singula expendamus. Hieron. Cyprian.

Hospitalem.

II. *Sed hospitalem*, sublatis vitiis, primam in Episcopo virtutem hospitalitatis requirit; quo nomine cætera misericordiæ opera includuntur. Nec verò hospitalis putandus est, qui suis dumtaxat amicis, familiaribus, consanguineis, aut scurris, nouarúmque rerum internuntiis, mensam exponit; sed, qui Dei seruos spiritualia seminantes, & pauperes; maximè autem peregrinos, hoc est, propter Christum domo pulsos, peramanter & humanè recipiunt, ne ab infidelibus, iniuriis affecti, solatio careant; φιλόξενος enim est peregrinorum amans. Huius charitatis laudem obtinent Abraham, & Loth, Genes. 18. & 19. & ad Hebr. 13. qui Angelos domi suæ, hominibus se benefacere existimantes, recipere promeruerunt. Et Magnus Greg. Christum domi suæ excepisse dicitur, cùm multos peregrinos ad mensam inuitasset: Celebrat epist. 3. D. Ioannes Caium, quòd hospitalis fuerit, & omnino φιλόξενος. *Fideliter*, inquit, *facis, quicquid operaris inter fratres & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ, in conspectu Ecclesiæ; quos bene faciès deducens dignè Deo. Pro eius enim nomine* Hospitalis non dicitur, qui consanguineis, & nobilibus solùm fores aperit. Gen 18 & 19 Hebr. 13. Greg. Pexcepit hospitio Christũ. Ioan epist. 3. Beneficia Deus præstò

tit iis, qui hospitia plebe rùt assi ctis. Hieron. 3 Reg. 18.

nomine profecti sunt, nihil accipientes à gentibus, &c. Abdiam D. Hieron. prophetiæ gratiâ accepisse scribit, quòd in persecutione Iezabelis, in speluncis quinquagenos prophetas absconditos pauisset, 3. Reg. 18. quos, vt alere etiâ posset, multum æris alieni contraxerat: quod Eliæus oleo dissoluit, miraculo in vasis vacuis aucto: fuerat autem vxor Abdiæ demortui, vidua in cuius domo factum est hoc miraculum, quo & sibi & filiis, imò & creditoribus, satisfecit, vt autor est Ioseph. lib. 9. Antiq. cap. 1. Quid, quòd Deus ipse aliquando sua præsentia, hospitalitatem commendauit? Platina, post Sigebertum, scribit, anno Domini 1048. à Leone IX. Summo Pontifice, cuius domus semper pauperibus, & peregrinis patuit, leprosum ante fores ædis suæ inuentum in lectulo, quo ipse decumbebat, iussum fuisse diligenter & molliter collocari: Quid putas accidisse, apertis diluculo foribus, non inuenit. Peruasum omnibus est, pauperis nomine Christum eò loci iacuisse.

Ioseph. Platina. Sigebertus. Leo IX excepit in paupere Christũ.

II. Non adhibet autem Apostolus distinctionem inter diuitem & pauperem Episcopum; omnibus omnino Episcopis commendat hospitalitatem. Licèt enim tenues sint redditus alicui; tamen si ipse temperans est, & frugalis, grauem Deo illi fauente, pati indigentiam non potest. Vnde Ambros. lib. 2. de Offic. cap. 16. *Scio,* inquit, *plerosque sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundasse: quoniam quicunque bonum operarium videt, ipsi confert, quod ipse suo officio dispenset, securus quod ad pauperem sua perueniet misericordia. Nemo enim vult nisi pauperis suam proficere collationem. Nam si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem viderit: vtrunque deficiet: si aut superfluis erogationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recondat sacculis.* Hæc Ambros.

Ambros. Qui plus tribuit pauperibus, plus accipiunt.

III. Olim sanctissimè cautum fuit, ne quis Episcopus peregrinus, alibi hospes esset quàm in Episcopi ædibus: Et meritò. Nec enim decet, Episcopum, in cauponariis stabulis, vbi spurcitiæ & impudicitiæ sedem habent, dum peregrinantur, hospites esse. Vnde Hieron. hoc loco: *Ante omnia hospitalitas futuro Episcopo denuntiatur, si enim omnes illud de Euangelio Matth. 26. audire desiderant;* Hospes fui & suscepistis me: *quanto magis Episcopus, cuius domus omnium commune esse debet hospitium? Laicus enim, vnum, aut duos, aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium. Episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus est.* vide quæ annotauimus, 1. ad Timoth. 3.

Inhumanus est Episcopus, qui pauperes nõ admittit. Hieron. Matth. 26.

1. Tim. 3.

Benignum.

IV. *Benignum*; Græcè, φιλάγαθον, quasi dicas, *studiosum bonarum rerum,* aut *amantem bonos.* Hieron. hoc loco legit, *bonorum operum amatorem.* Theophyl. interpretatur, *benignum* vocari humanum, modestum, minimè inuidum: si vocem Græcam φιλάγαθον, interpreteris, *amantem bonos,* sanè habebis vnam ex præcipuis Prælati laudibus. Nam si bonis fauet Episcopus, ad virtutis studium subditos excitat;

Hieron. Theophyl.

Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas.

Prælatis debet inesse, affectus ad largiendum subditis, vel ipsum sanguinẽ exemplo Christi. Matth. 20.

Significatur etiam vocabulo *benignitatis,* quo vtitur vulgata editio debere inesse in principe maximè Ecclesiastico, affectum ad largiendum subditis, vel ipsum sanguinem, exemplo Christi qui discipulis cogitantibus honores, & sibi proponentibus principatus Matth. 20. ait: *Nescitis quid petatis.* Quasi dicat,

qui

qui me sequuntur, non appetere debent magistratus, vt conspicui sint, & seruos habeant, sed me potiùs imitari, &c. Marcus autem cap. 10. refert dixisse Dominum: *Filius hominis non venit, vt ministraretur ei, sed, vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.* Vbi Græcè est, λύτρον, quæ vox non ipsum redemptionis actum, sed pretium significat, quo redimuntur captiui & serui: Christus autem dedit animam suam, & sanguinem, in pretium redemptionis; non ei, hoc est diabolo, à quo homines detinebantur captiui: sed Deo Patri, cuius iusta ira traditi eramus tortori. Nec verò putandum est, Christum interdixisse suis, prædictis verbis, principatum in Republ. gerendum. Possunt enim, quamuis Anabaptistæ obstrepant, Christiani, profanos gerere magistratus, & non solùm sacros. Dumtaxat voluit modum præscribere, quo sese in suscepto primatu gerere debent, qui diuersus sit ab Ethnicorum administratione. Vult, vt magistratus, potissimùm Ecclesiastici, de quibus est locutus, inuigilent subditorũ commodis; quo pacto populo Dei præfuerunt Moyses, Samuel, Dauid, & alij Sancti. Quod dicere aliqui, etiam Gentiles, existimarũt. Antigonus enim, Macedonum Rex, videns filium suum, eos in quos habebat imperium, ferociùs tractãtem, atque insolentiùs: *An ignoras*, inquit, *fili, regnum nostrum esse splendidam seruitutem?* sentiens nimirum, principem non minùs oportere inseruire populo, quàm populum principi, nisi quòd princeps id facit cum dignitate. vide Iansen. in Concord. cap. 104. ad finem.

Mare. 10.

Anabaptistarum error.

Regnum est splẽdida seruitus.

Iansen. in Concord.

V. Ostenditur hæc benignitas, in cõcionibus, & familiaribus colloquiis, quæ Episcopus passim ad suos habere debet, partim, vt peccatores ad pœnitentiam adducat; partim, vt virtutis studiosos consoletur. Imitari potest sanctum Iobum cap. 21. qui videns ex suis ærumnis, argumentum ab amicis elici, vitæ flagitiosæ, eos ab ea praua opinione detorquere volens, ait: *Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.* vbi vox Hebræa commutationem animi, quæ per varios affectus fit, significat, sed potissimùm, per pœnitentiam, & consolationem. Nam verbum נחם *Nahham* æquè consolari & pœnitere significat. Et quidem pœnitentia consolationem ferè comitem habet: in causa est prælati sermo, si tumultu careat verborum, & benignũ præferat affectum, vt subditos peccati pœniteat, & auditores cõsolationem recipiant: vnde, Symmachus legit, *sit hoc mutatio consilij, & sermonis vestri.* Iam compositi animi significatio declaratur, iuxta significationem consolationis, quam sequuntur ferè Græci; & Vatablus. Quasi dicat, Iob: *Attente me audite, & hoc vestrum silentium, erit mihi vice magnæ consolationis.* Deinde alienam ab omni arrogantia orationem subiungit, qua vti interdum debet benignus doctor: *Sustinete*, inquit, *me, vt & ego loquar: & post mea, si videbitur, verba, ridete.* vbi Gregor. *Postquam enim quod sui muneris est, præstant sancti doctores, si rideantur ab auditoribus, sustinent patienter.*

Benignitas prælati in concionibus cernitur. Iob 21.

Symmach.

De prouidentia, qua ad imitationem diuinæ benignitatis, præfecti Ecclesiæ debent consulere subditorum vtilitati.

ANNOTATIO VNICA.

VI. GRaui reprehensione dignus est, qui vel specie colligendi animum, vel philosophandi, alta semper molitur; nec ad populi sibi commissi mo-

Reprehenditur prælatus, qui alta co-

gitat, subditorum necessitates obli-tus. Iob.22.

res explorandos, & ad pietatem conformandos, se accommodat. Nam, vel ipsi Deo iniuriosa est illa quorundam exprobatio Iob.22. *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli præambulat.* Quorum verborum, quibus impij homines negantes Deo rerum nostrarum providentiam, vtuntur, hic est sensus, sicut nos latet Deus, nubibus inter nos atque cælum interpositis; ita Deo occultantur, quæ in terra à nobis geruntur. Cælestia illi tantùm nota sunt, illa curat, nostra negligit, contemnit, & ignorat. Hanc plenam impietatis mentem falsò tribuit Eliphaz Iobo. Tribuēda planè est quibusdā philosophis,

Seneca.

de quibus Senec. li. 3. de benef. c. 3. sic ait: *Alius*, inquit, *illis scilicet Diis, obijcit negligentiam nostri; alius inquisitorem. Alius vllos extra mundum suum proijcit; & ignauos, debeteſque sine luce, sine vllo opere deſtituit, &c.* Clemens Alexand. lib. 5. Strom.

Clem. Alex. lib. 5. vltra med.

hanc opinionem tribuit Aristotelis quem cum aliis philosophis confutat, eamque ait ex Scriptura perperam intellecta hausisse: sic enim ait, *Aristoteli venit in mentem vsque ad lunam deducere prouidentiam* ex Psal. 35. *Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes, &c.* cum Clemen. Alexand. consentit

Psal. 35.

Theodor.

Theodor. lib. 6. de curatione Græcorum, vbi agit de prouidentia. Certè si non errant in opinione qui fastosè viuunt; factis, quod valde numini iniuriosum est, assertores se esse impiæ sententiæ profitentur. De suo præfecto, quem benignum esse, & sobrium omnibusque placabilem; vtinam interdum populus dicere verè non posset, *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat.*

Dei prouidentia vt nutus ex nobis. Prou. 8.

VII. Dei prouidentiam imitari decet, qua ille omnibus rebus adest, & vt operari possint, vigorem subministrat. Astitit hæc prouidentia siue sapientia Patri diuino in rerum procreatione. *Cum eo eram*, inquit, *cuncta componens.* Hebr. *Eram apud eum nutriens*, vel, vt quidam legunt, *Eram fida* in Hebræo *Aman* quam nos vocamus Lusitane *Ama que da o peito*; sicut enim principes filiis suis nutrices assignant; ita diuinæ prouidentiæ tanquam nutrici, Deus tradit homines, & res alias benignè fouendas, & ad suos fines dirigendas. Hinc Sap.

Sap. 16.

16. dicitur Dei gratia *nutrix*, hoc est, omnium altrix, tamquam mater indulgentissima. Atque, vt probè quid nobis opus sit Sap. 1. dicitur, *Rerum testis est Deus, & cordis scrutator est verus, & linguæ eius auditor*; id est, qui vocem siue verborum siue scelerum ad se clamantem, auribus percipit. *Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, quoniam auris zeli, audit omnia, & tumultus murmurationum, non absconditur, &c.* vocatur autem diuina auris, auris zeli, quasi valdè audiendi cupida. Scire igitur nitantur prælati, quid subditi agant, vel dicant, vt hinc intelligant, quo pacto consulere debeant eorum necessitatibus, vel tanquam nutritij, vel tanquam patres. Imitentur etiam Dei oculos; De quibus Tertull. lib. de pœnitentia cap. 6. sic scribit: *Nihil occultum, quod non reueletur; quantascunq; tenebras factis tuis superstruxeris; Deus lumen est, illius oculi multò plus lucidiores super solem circunspicientes vias hominum. & profundum abyssi. & corda hominum inuentes in abscondituas partes, &c.* Nam solis, quod videmus lumen, in terræ superficie extat ad inferorum recessus, non penadit: Dei verò splendor omnia attingit. Hinc, Ioui, referente Pausania, in Corinthiacis: simulacrum tribuebatur, ternos habens oculos, quia cælo, terræ, & mari, vt poëtæ finxerunt, imperetur. Hoc autem imperium oculatissimum est, & ad ipsas inferorum sedes, pertingit. Vt hinc discant prælati & principes, non solùm dynastis, & diuitibus adesse & abiectissimos homines non despicere, sed eos cum ægro-

Sap. 1.

Auris zeli Deo est.

Prælati prouideant subditis tāquam nutritij, aut patres Dei oculus. Tertull. Pausanias.

Ioui cur terni oculi adficti.

tant

tant in casulis, adire, & ope si indigeant fouere.

VIII. Facilitas etiam morum commendatur, Prouer. 8. exemplo sapientiæ diuinæ; sic enim ait; *Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, &c.* Declaratur his verbis, voluptas & gaudium, in præsentia Dei, benignè res omnes procreantis. Nunquid obliuiscitur mulier infantem *veri sui? Isai. 49. Etsi illa obliuiscatur, Deus non potest creaturas suas obliuisci.* In utero præ amore gestabat Paulus Galatas, vt Christo conformes fierent, à quo per peccatum recesserant. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.* Curæ Deus glaciem, niuem, grandinem, Iob. 38. Passerculum etiam, Matth. 10. Coruorum pullos Psal. 146. Capillos, vt ne vnus quidem pereat illo inuito, Matth. 10. *Nouit iumentorum suorum animas*, Prouer. 12. Est profectò Deus animarum amator hominum magis quàm iumentorum. Vnde 1. Corinth. 9. inquit Apostolus, *Nunquid Deo est cura de bobus?* Significans minoris esse boues apud Deum, quàm, vt de illis, ita sit solicitus, atque de homine. Quod aduertens Hieron. cap. 1. in Habacuc, super illa verba: *Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile, non habens principem. Non sumus*, inquit, *tam fatui adulatores Dei, vt dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos iniuriosi simus; Eandem tam rationabilium quàm irrationabilium prudentiam esse dicentes, &c.* Sicut ergo Deus & nostra plurimi facit, & mira benignitate curat; ita principes, præsertim Ecclesiastici, subditorum etiam minimas res curare debent, & ope indigentibus, eximiæ benignitatis sanctionem ostendere.

Prou. 8. Facilitas morum. Prou. 8. Paulus Galatas filiolos vocat. Isai. 49. Curat Deus res minimas. Iob. 38. Matth. 10. Psal. 146. Matth. 10. Prou. 12. 1. Cor. 9. Hieron. Habac. 1.

Sobrium.

IX. Græcè, σώφρονα, quod Hieron. vertit, *castum*, Ambros. *prudentem*; atque hæc omnia significat σώφρων, quemadmodum *sobrius* apud Latinos. Subnotat Hieron. veterem interpretem, eo quòd pro *pudico* verterit *prudentem*. Cæterùm, vt pro interprete loquar, si Græca vox ambigua est, vtrumcunque scilicet adsignificans, prudentem & pudicum, quomodo deceptus est vertens prudentem? Verùm, vt notum est, D. Hieron. studio tuendæ castitatis vndique colligit, & asciscit præsidia, & quicquid potest, ad suas pertrahit acies. Diffiteri tamen non debeo, σώφρων Græcis, non tam prudentem sonare, quàm sobrium, & sanæ mentis hominem; qui nimirum & animum habeat sibi præsentem, & nullis temulentum cupiditatibus. Apud Latinos verò sobrius is est qui moderatus est in vsu cibi & potus: cui virtuti opponitur, & brietas; sobrietatem hanc cõsequitur vigilantia, qua pastoribus opus est in grege suo tuendo, iuxta illud, 1. Petr. 5. *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester, &c.* Et Christus Luc. 21. ait: *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate:* subiungit; *Vigilate itaque omni tempore orantes.* Per metaphoram, *sobria* dicuntur *iugera*, in quibus vinum non nascitur, & *sobria pocula* à quibus abest ebrietas. Quare, Episcopum, vt Ecclesiam suam tueri valeat, oportet esse sobrium. Et quidem Chrysost. homil. 1. in cap. 3. epist. 1. ad Timoth. cùm νηφάλιον, quo vocabulo ibi D. Paulus vtitur, & *sobrium* significet, & *vigilantem*, vigilantiam imprimis commendari putat; & sacerdotes, qui olim ministrabant in templo, vinum & siceram bibere prohibebantur, vt meliùs vigilarent in obeundo suo munere. Quid quòd dormientibus hominibus (hoc est, pastoribus & prælatis,

Hieron. Ambros. D. Hieronymus studio propugnãdæ castitatis, nihil non agit. Sobrietas cũ vigilãtia copulatur. 1. Petr. 5. Luc. 21. Chrysost. 1. Tim. 3.

Matth. 13. latis, quorum est vigilare) *venit inimicus homo Matth. 13. & superseminauit Zizania*, vide quæ annotauimus 1. Timoth. 3.

Iustum, sanctum, continentem.

Hieron. X. *Iustum; Iustus* dicitur, qui tribuit vnicuique, quod suum est: vocabulum ὅσιον, ita interpretatur Hieron. vt affirmet, significare sanctitatem mistam pietate, quæ ad Deum refertur. Nam ἅγιος, *sanctus* est, hoc est, purus à vitiis; εὐσεβὴς verò, pius *in Deum. Continentem* præterea vocat, & optat Episcopum, Græcè ἐγκρατῆ, id est, *temperantem*; quod vocabulum, vt ait Hieron. quidam haud rectè, ad solam referunt libidinem, cùm ad omnes pertineat affectus, iram, auaritiam, ambitionem, inuidiam, timorem, vt omnibus his superior sit Episcopus. Optimè id ab Apostolo animaduersum est, non posse prospicere aliis, qui ipse sit obnoxius affectibus, pacem animi turbantibus. Sanè nullam spem video rebus publicis rectè constituendi, nisi princeps illis contingat liber ab omnibus vulgi cupiditatibus. Vtinam hodie non experiremur tam multos suis obsequentes appetitionibus magistratus: paucos tamen excipio, quos cælestis ducit gratia ad muneris sacri functionem si affectibus principes modum adhiberent, non videremus hodie turbari passim legum æquitatem, & scholas ipsas Theologicas, & conciones interdum vitiari. Theophyl. continentem interpretatur, abstinentem, non solùm in cibis, verùm etiam lingua, manu, oculis. Nam si in impudicis & prodigis dominetur, & hæc cohibeat, continens erit, &c. D. etiam Hieron. huc alludit: sic enim ait; *Sit quoque Episcopus, & abstinens, non tantum, vt quidam putant, à libidine, & ab vxoris amplexu, sed ab omnibus animi perturbationibus, ne ad iracundiam concitetur, ne vllum tristitia deijciat, ne terror exagitet, ne latitia immoderata sustollat.* Hæc virtus si exigitur ab omnibus, quanto magis ab Episcopo? qui patiens & mansuetus debet vitia ferre peccantium; consolari pusillanimes; nulli malum pro malo reddere, sed vincere in bono malum?

Non potest prospicere aliis, qui ob noxius est affectibus.

Continens est, qui abstinet à cibo, & ab illicitis actibus. Theophyl. Hieron.

Amplectentem fidelem sermonem.

Interp. Theophyl. XI. Amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem. Pro *amplectentem* vertit interpres Theophylacti, *retinentem*; vox enim Græca, ἀντεχόμενον, significat, hominem tenacem, & studiosè retinentem, fidei scilicet doctrinam, quam vocat Apostolus *fidelem sermonem*, hoc est, verum, seu per fidem traditum, & non à rationibus humanis, aut dialecticorum argutiis, & vt Chrysost. exponit, fidelem sermonem conseruare oportet, non autem Rhetoricas aut Dialecticas argumentationes. Sunt enim quidam qui videntur perpetuò Aristotelem aut Demosthenem spirare. Episcopus autem custos sit doctrinæ fidelis, quam nobis Christus, & illius discipuli, tradiderunt. Indicat ergo, posse Titum, & quemcunque Euangelij præconem, sine externa doctrina, verbum Dei rectè tradere. *Non enim*, vt hoc loco ait Theophyl. *opus est fastu verborum, sed Scripturarum peritia, sententiarumque grauitate, ac potentia. Ex his enim verbi doctrina profertur redditur, quemadmodum, & ipsius Pauli.* Hæc Theophyl. cui suffragatur Theodoretus. *Non statuit*, inquit, *vt sit disertus, sed diuinorum eloquiorum peritus, &c.* Ambros. legit, *tenacem eius, qui secundùm doctrinam est, fidelis sermonis*; Exprimens, nimirum elegantissimè, Græcam vocem ἀντεχόμενον. Nam ἀντέχεσθαι, propriè dicitur, qui alicui rei veluti vnguibus affixis,

Fidelis sermo est, qui sanam continet doctrinã procul à verborũ nugis. Chrysost.

Theophyl.

Theodor. Ambros. Tenax sermonis fidei adhæret, si tenacitas bona est.

fixis, adhæret, nec se, quantumcunque alij in illum insurgant, patitur à proposito dimoueri. Hæc firmitas, & veluti adhæsio rebus fidei cùm omnibus Christianis necessaria est, tum præcipuè Episcopis, qui vulgus docent, & exemplo aliis prælucere debent. Nugæ enim sunt, &, vt Plautino verbo vtar, titiuilitium, Aristotelis, & Demosthenis flores, si cum fidei dogmatis comparentur.

Potens sit exhortari.

XII. *Vt potens sit exhortari in doctrina, sana, & eos qui contradicunt arguere.* Non fastosis verbis opus est Episcopo, sed magna peritia Scripturarum, vt reconditos sensus strenuè rimetur. *Non vides*, inquit Chrysost. *vt Paulus orbe conuerterit vniuersum, longeq; maiora perfecerit, quàm Plato, & cæteri philosophi?* At dices: ignorum gratia, hoc illum potuisse peragere. Non ex signis tantùm hoc, ille potuit: Nam si Apostolorum euoluas actus, sæpius illum vi doctrinæ institutum obtinuisse comperies, quàm virtute signorum. Sensus ergo est iuxta Chrysost. oportet Episcopum tenacem esse sanæ doctrinæ, vt suos, & domesticos fidei custodiat, & fulciat; hostes verò arceat. Quare non Episcopus, sed pseudoepiscopus erit, qui neque cum hostibus confligere; neque captiuum trahere subditorum intellectum in obsequium Christi, neque mœrentes consolari, & exhortari possit. Vt enim hìc annotauit Theophyl. *Alias virtutes, in aliis sub Episcopo constitutis, inuenies quisquam numerum hospitalem esse, & sobrium, idque genus alia. Episcopum verò veluti characteribus quibusdam etiam signis exprimit docendi munus, &c. Nisi enim possit exhortari ad virtutem, & eos, qui contradicunt, arguere, omnia pereunt*, inquit Chrysost. Deinde addit; *cuius rei nullam nunc curam habere videmus, atque ingemiscimus.* Meritò nánque Ecc. 34. dicitur; *vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illi, nisi labor?* Filij Israël vna manu ædificabant templum, & altera tenebant gladium, sic Episcopus Dei Ecclesiam doctrina fidei excitare debet, & oppugnatores huius fabricæ potèti gratia, ab oppugnatione deterrere. Sùt enim quidã, quos Apostolus vocat, ἀντιλέγοντας, hoc est, *refractarij, præfracti ingenij*, & qui in ordinem redigi nolùt, cum quibus oportet, veluti cum hostibus, ne sanis Resp. partibus noceant, perpetuò colluctari.

Chrysost.

Oportet Episcopum tenacem esse sanæ doctrinæ.

Theophyl.

Character Episcopi est docendi munus.

Chrysost. Eccles 34. 2. Esdr. 4.

Cum, refractariis colluctãdum est ne noceant aliis.

XIII. Hinc non cum melle, sed cum sale exulcerante dominus prælatos & concionatores comparauit Matth. 5. *Vos estis sal terræ.* Væ illis, qui retardantur ambitione à reprehensione vitiorum & populo placere studẽt. Alia fuit Pauli mens, alius animus; sic enim ait ad Galat. 1. *An quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Alienum ab omni ambitione Deus inuenit Isaiam, ideirco cap. 58. ait illi, *Clama, ne cesses; quasi tubam exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum & domui Iacob peccata eorum, &c.* Quomodo enim sine cessatione clamabit in principum & dynastarum mores, qui ab eis sperat, aut opes aut dignitatem? Qui enim aliquid ambiunt, vel ad genua diaboli facilè se submittent, & à Deo auertentur. Vnde rectè annotauit Brixianus in cap. 4. Matth. Non postulasse diabolum, vt adoraretur, nisi cùm regnum mundi pollicitus est. Deinde subiungit: *Vere enim honorum appetitio, plena à Deo auersio est.*

Matth. 5. Galat. 1. Isai. 58. Episcopus sit alienus ab omni ambitione vt prosit subditis. Brixianus. Matth. 4. Honòrũ appetitio à Deo auersio est.

VERS. 8. Sed hoſpitalem, benignum, ſobrium, &c.

Commendatur mutua hoſpitalitas, & menſæ vſus inter bonos.

ANNOTATIO I.

1. Pet. 4. Clem. Rom. Communis mēſa & charitatis operā laudantur.

I. COmmendatur hoſpitalitas à D. Petro 1. cap. 4. *Hoſpitales*, inquit, *adinuicem*, Græcè φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους. Idem apud Clement. Rom. epiſt. 1. qui alloquens preſbyteros; [*Charitatis*, inquit, recipiendæ & habendæ, maximum erit fomentū, ſi frequenter inter vos communem cibum veſtrum, menſamque faciatis: & quantum quiſque prænalet, crebriùs panem, ſalémq; ſuum cum fratribus ſumat. Per hæc dilectio comparatur, & cauſa boni totius in huiuſmodi communione conſiſtit. Ideò communes facite cibos veſtros cum fratribus ſecundùm Deū, per hęc tēporalia officia pacis & charitatis fructibus

Officia pietatis. æterna gaudia merituri. Multò autem ſolicitiùs, eſurientem reficite: ſitientibus, potum; nudis, veſtimentum date: ægrotos viſite; vinctos iunate; peregrinos in domibus veſtris ſuſcipite, &c.] Hoc mutuæ hoſpitalitatis inter ſacerdotes præceptum, conſecuta eſt tabernæ, & officinæ cauponariæ, in ipſorum ædibus interdictio.

Hoſpitalitas olim inter Chriſtianos. 1. Tim. 3. Albicus Poſoo. auarus inſignis. Æn. Syluius.

II. Nec ſolùm inter clericos, ſed inter omnes Chriſtianos erat olim hoſpitalitas magni habita; vt annotauimus 1. ad Timoth. 3. ex Tertulliano. Imò vetus fuit Eccleſiæ nota; hodie verò non ſine damno intermiſſa. Ab hac virtute, quæ Epiſcopis debet eſſe palmaria, deſciuit Albicus Poſonienſis in Hungaria Epiſcopus; quem adeò auarum fuiſſe Æneas Syluius in hiſt. Bohemica cap. 35. & 42. teſtatur, vt claues cellæ vinariæ nulli quàm ſibi crederet; animalia dono accepta mox venderet. Is interrogatus aliquando ſonorum omnium, quem moleſtiùs audiret, *Maxillarum*, inquit, *oſſa frangentium*. Cúmque familiam edentem, bibentémque ferre non poſſet, minori contentus officio, vt auaritiæ ſeruiret, dignitati ceſſit. O auaritiam!

Hatto in pauperes crudelis à muribus deuoratus eſt. Munſterus.

III. Ab eadem receſſit Hatto ex Abbate creatus Archiepiſcopus Moguntinus anno 914. qui pauperes, à muribus, qui ad nullam rem vtiles ſunt, nihil differre dictitans, & perire ſinens; iuſto Dei iudicio, à muribus cateruatim noctu diúque inuaſus, & in media Rheni turri; ad quam confugerat, deuoratus; abraſo quoque ex parietibus & tapetibus eius nomine, interiit. Lege Munſteri Coſmographiam lib. 3. pag. 486. vbi alia inuenies exempla, quibus admonemur, Hoſpitalitatis & benignitatis mutuæ; ſimúlq; perſpicimus in humanos, & in hoſpitales Epiſcopos, ſi qui ſunt, aliò vitæ curſum inflectere debere, ne diuinæ vltionis, niſi in pauperes benigni ſint, & liberales, flammas, vel viuentes experiantur. Sint hoſpitales, ſint benigni, ſiue φιλάγαθοι, hoc eſt (vt Hieron. interpretatur) *bonorum amatores*; ſint ſobrij, humani, modeſti: His denique contrarij, quos 2. Tim. 3. Apoſtolus futuros prædixit ἀφιλάγαθους, hoc eſt, *ſine benignitate*, bonis inimicos, & actionum honeſtarū hoſtes.

Hieron. 2. Tim. 3.

VERS. 9. Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, &c.

Prælati munus eſt exhortari, & arguere.

ANNOTATIO II.

Greg. P.

I. EXigitur in prælato vis exhortandi huiuſmodi, quæ & lenitatem ſeueritate, & hanc illa temperet. Vnde Greg. lib. 3. Moral. [*Miſcenda* eſt lenitas ſeueritati

seueritati faciendo quoddam ex vtraque temperamentum: vt nec multa asperitate exulcerentur subditi, nec nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significabat, in qua cum tabulis virga simul, & manna erat; quia cùm Scripturæ sacræ scientia, in boni rectoris pectore sit virga discretionis, sit mamma dulcedinis. Hinc sanctus Dauid ait Psal. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, & baculo sustentamur. Sit ergo discretio virgæ, quæ feriat, & consolatio baculi quæ sustentet. Vtitur ibidem exemplo Moysis; sic enim amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis, nec sibi parceret; & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amauit, vt eos, domino parcente, prosterneret; vtrobiq; legatus fortis, vtrobiq; mediator admirabilis. Causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis egit.] Hæc D. Greg. Hoc temperamento lenitatis, & seueritatis, vt rectè valeat vti prælatus; primò gerere debet in pectore magnarum virtutum ornamenta; sicut olim facere los summus gestabat, hæc verba; *Doctrina & veritas*. Alij vertunt, *vrim & Thum m*, hoc est, illuminationes, & perfectiones, vt nimirum lucem doctrinæ comitetur, vitæ integritas. Secundò, Portaturus est commissas oues per continuum amorem in pectore, & in humeris per continuum laborem, quod Exod. 28. significauit Dominus præcipiens gestari nomina duodecim filiorũ Israël, insuper humerali, quod humeros tegebat, duobus Onychinis lapillis insertis pta; & in rationali sue in pectorali. (Hoc enim vox, *Hosen*, Hebræis significatur) in duodecim quadrato panno assutis lapillis, vnde Gregor. *Quantum amas proximum, tantum portas. quod si desinis amare, desistis portare.* Tertiò, Cedere non debet furori multitudinis exemplo Caleb & Iosue qui Num. 14. cùm sexcenta hominum millia aduersum se sentire, & concitari animaduerterent, ita nihil hominis in sua perstitere sententia, vt contra hunc populi impetum se opponerent; & tam facilem belli exitum sponderent, vt dicerent, sicut panem potentes nos eos comedere. Quartò, Humilitate potentiam moderari debet. vnde Greg. in pastorali: *Subtilissima*, inquit, *ars artium est culmen tenere, & gloriam repri mere, esse quidem in potentia, & potentem se esse, nescire.* Bernard. de consideratione. *Monstrosa res est; gradus summus & animus infimus; sedes prima & vita ima: lingua magniloqua, & manus otiosa: sermo multus & finibus nullus, vultus grauis, visus in nisi ingentes autoritas, & nulla stabilitas.* Illud inprimis necessarium est, quod Act. 20. dicitur Episcopis: *Attendite vobis, & gregi, &c.* Gregis enim vita maximè dependet ex moribus & vita sui doctoris. Hinc Chrysost. in tract. de symbolo inquit, *Quemadmodum videns arborem foliis pallentibus, marcidam intelligis, quod aliquam culpam habeat circa radicem, ita cùm videris populum indisciplinatum, sine dubio cognosce, quod sacerdotium eius non est sanum, &c.* Explebit ergo numeros boni prælati, qui nouerit exhortari suos sic, vt Hieron. vertit, consolari (vtrunque enim significat παρακαλεῖν) & cùm opus est, increpare. Id autem efficiet, si non in ore illum sit sermo, sed in actionibus etiam, exemplum.

Lenitas cum seueritate.

Mãna & virga.

Psal. 22.

Gestãde sunt in pectore virtutes significatæ in gẽmis summi sacerdotis.

Exod. 28.

Num. 14.

Humilitas in prælatis moderatur potentiam. Gregor.

Bernardi. Mõstrosa res est gradus summus, & animus infimus.

Act. 20.

Chrys. Similitudo.

VERS. 9. Amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari, &c.

Scientiæ luce, & verum experientia, conspicuum esse oportet, qui in Episcopum eligendus est, vt potens sit exhortari, &c.

ANNOTATIO III.

I. Fidelem ſermonem arbitror vocari à Paulo non ſolùm eum, qui ſanam fidem, & incorruptam, comitem habeat, ſed etiam eum, idque multo æquiori iure, qui cùm de honeſtate habeatur, honeſtis moribus, non contradicit. Hunc enim ſermonem, qui amplectitur, bene apud omnes audit; poteníque eſt auditores, dum concionatur, & in vniuerſum omnes homines ad pietatem exhortari: Duo igitur ornamenta in Epiſcopo hic requirit Apoſtolus; vnum ſapientiæ, quod in amplexu ſermonis intelligitur; Alterum virtutis, quod in vocabulo *fidelem* inſinuatur. Fidelis enim non ſolùm dicitur, qui credit, ſed etiam, qui in dictis & factis conſtans eſt. Hæc ornamenta, in virga illa vigilanti, quam Deus Hieremiæ oſtendit, ſignificata ſunt; Deus namque ſymbolis, quibus apud Ægyptios de more gentis, cum quæ aggebant, Hebræi delectabantur, vti ſæpe poſt egreſſum ab ea captiuitate, conſueuit. Atqui Ægyptij per virgam ſiue ſceptrum, vt autor eſt Cyrill. Al ex. lib. 2. contra Iulianum Apoſtatam; gubernationem; per oculum, curam, ſapientiam, & perpetuam vigilantiam, quæ ſcientiæ, & gubernationi tam ethicæ quàm politicæ aſſociatur. Mihi oculus ille præſertim ſcientiam repræſentat, qua is qui cæteris præeſt, pollere debet; qui veluti ſol, qui oculus mundi ab Ambroſio dicitur, multis lucem doctrinæ impertiri poſſit; ſitque, vt Paulus vult, potens exhortari.

In prælato requiritur ornamentũ ſapientiæ, & virtutis.

Hierem. 1.

Cyrill. Oculus eſt hieroglyphi cum vigilãtiæ, & prouidentiæ

Sol oculus mundi. Ambroſ.

Sapientia lucis, & dici nomine ſignificatur.

II. Huiuſmodi oculo præditus Epiſcopus, nonne lux mundi tibi videtur? Quis ignorat, dici & lucis nominibus paſſim in ſacris literis doctrinam & ſcientiam ſignificari? Næ, Deus, ſic ad futuram ſuis animis noſtris pollicetur, quemadmodum ſolet paſtor, qui viſitat gregem ſuum in die. Lux dici non quæcunque ſed diuino ſplendori ſimilis dici Epiſcopus eò poteſt, quòd in omnes ſuæ ditionis partes rutilantiſſimos veræ doctrinæ, ſi eum qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem amplexatur, radios diffundit. Creato mundo, omnibuſque rectè ab architecto ſummo conſtitutis, decerat lux, ſine quarum alia erat rerum ſpecies, quàm Gen. 1. à Moſe deſcribitur, *Terra*, inquit, *erat inanis & vacua*, ſeu, vt interpretes malunt, inuiſibilis, fœda, & incompoſita; *& tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Numquid in tanta caligine videri montes poterant; aut pendentes ſaxorum aſperitates? Non apparebant concauæ rupium altitudines, non arborum viridantes rami; non fluminum labentium curſus; non fontium gelidæ perennitates. Horror vbique erat, & pauor, mortiſque imago formidanda. At lucis diuino beneficio rebus conceſſa, ſuus rebus decor eſt allatus, ſua ſpecies, ſua pulchritudo. Quòd ſi diuina mens hanc communem homini cum pecoribus, vitalem lucem tam ſtudioſè procreauit; an non aliam creaſſe exiſtimandus eſt internis intelligentiæ oculis admoratam? Iam hæc interna lux tam eximia eſt, vt cum illa externa comparata, eius ſplendori obſcuritatem afferat. Hæc eſt illa lux, de qua Ioan. 1. *Erat lux vera*! Frustra ſeptem ſtellarum lux, cùm orbium cæleſtium varie figuram repræſentet, & tempora diſcriminet laborantibus dici vera non poteſt. Illa eſt vera lux, qua pura agnoſcitur veritas; Deus adoratur, & via certa oſtenditur, qua cæleſtium bonorum adire poſſimus hæreditatem. *Hæc illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; non quidem nunc, quando abiectis ad terram tenellis debilitate membris, vitam à lacrymis auſpicamur: ſed cùm depoſita infantium caligine,

ſcientiæ, quæ eſt mentis

Ioan. 1.

gimo, recta à prauis incipimus semouere, & paulatim illius adhibita industria experimur incrementa.

III. Quàm occultus sit eius & fons & origo Iob.cap.28.explanat. *Habet inquit, argentum venarum suarum principium, & auro locus est, in quo conflatur; ferrum de terra tollitur; & lapis calore solutus in æs vertitur.* Addit: *Sapientia verò, vbi inuenitur, aut quis est locus intelligentiæ?* Audite quid vir sanctissimus respondeat: *Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Vnde ergo sapientia venit, aut quis locus intelligentiæ?* subiungit: *abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet.* Itaque origo sapientiæ tam occulta est, vt homines pariter, & Angelos, qui volucres cæli appellantur, lateat. Vnde ergo sapientia veniat resonder; *Deus intelligit viam eius.* Nos verò, sequitur, *Perditio & mors*: hoc est, nos qui peccatis eramus perditi, & mortui, *auribus nostris audiuimus famam eius*; participes nimirum illius diuina reuelatione facti, Deique ingenti beneficio, *Qui* (vt Apostoli ad Colossi. 1. verbis vtar) *eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filij dilectionis sua.* Non præcesserunt merita; non conuentiones nobiscum habitæ; non pacta; ipse charitate infinita impulsus, qui de tenebris dixit, lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi Iesu. Ex hac existit fidelis sermo, & sana doctrina, qua qui præditus est, potens est exhortari, & cætera obire munera, quæ in Episcopo Paulus desiderat. Iob.28. Homines, & Angeli verâ sapientiâ sine Deo assequi nequeúnt. Colossi 1.

IV. Ad hanc lucem, cum hominibus communicandam, diuina mens in omni prouincia lucidiora quædam sydera constituit, quæ acceptum lumen in moribus astris impertirent. Hinc Patriarcharum grauissimus lenatus: hinc rutilus prophetarum chorus; hinc Apostolorum illustrissimus cœuentus: hinc innumerabilium pontificum cætus splendidissimus, ad præclaram hanc, & multa radiantem luce societatem pertinent, si quam Paulus optat sortiti sunt, institutionem, qui animarum gubernationi, in Ecclesia præficiuntur. Candelabrum multiplici, productum calamo secundùm exemplar in monte ostensum, Exod. 25. decreuit Deus, vt in Australi templi parte collocatum, vigilem conseruaret flammam; in eo laboriosius, quàm in cæteris operibus desudarunt artifices. Quid hæc Candelabri effigies, mystice significet, interpretes sacri eloquij declarant; sensumque ad doctores, quales debent esse Episcopi, referunt. Hos enim multo sudore comparasse oportet philosophiam, cæteraque humanas disciplinas; vigilasse insuper, & e cælo lumen septem geminum, id est, septem Spiritus sancti dona in suum animum deuocasse. Nec verò ante hanc laborum Oditseam attingere baculum pastoralem quemquam fas est. Candelabrum enim templi non fusile, sed ductile fuit, cùm fusorij operis in illa fabrica non rarus fuerit vsus. Etenim fusilia repente integra euadunt; ductilia verò non nisi multo opificum labore perfici solent. Quare Ecclesiarum Dei principes, & doctores, tanquam aureum illud septem lucernarum hastile, in tabernaculi penetralibus vigiles flammas conseruans, ab ineunte ætate exerceri debent, quibusdam quasi malleorum ictibus, vsque dum ad pontificatum, non ambitione, sed diuino ductu, assumantur, ne illis contingat vt priùs fiat magistri erroris, quàm discipuli veritatis. Sydera sunt viri sapientes. Exod. 25. Candelabri aurei significatio ad scientiam apta. Septé lucernarum. Spiritus sancti dona. Episcopi futuri educatio, nó debet esse mollis.

V. Hinc concluditur, eum maximè scientia opus habere, cui hoc munus commissum est, vt animas curet. [*Non enum*, vt Greg. Nazianz. ait in Apologe- Greg Naz.

tico; eædem rationes, nec iidem animorum motus sunt maris & fœminæ; senectutis & adolescentiæ: diuitiarum, & paupertatis; hilaris & mœrentis; sani & ægrotantis; principum & subditorum; eruditorum & indoctorum; audacium, & timidorum; mansuetorum, & iracundorum; munere suo præclarè fungentium, & cadentium, &c. Quin potius quemadmodum non eadem medicamenta; nec eadem alimenta corporibus quibusuis adhibentur, sed alia aliis habita videlicet vel sanitatis eorum, vel aduersæ valetudinis ratione; eodem quoque modo, animæ diuersa ratione, & disciplina curantur. Alios sermo ducit: alij exemplo componuntur. Alij calcaribus opus habent, alij freno. Alij aliis laudatio vtilitati fuit: aliis reprehensio, vtraque videlicet tempestiuè adhibita: aut contrà detrimento, non tempestiuè & cum ratione adhibita. Alios cohortatio ad officium dirigit: alios obiurgatio: atque hæc rursus alios si palam arguantur: alios, si semotis arbitris admoneantur. Hæc Naz. vbi Elias Cretensis illius interpres: Ad hanc, inquit, œconomiam, vt opinor, Dominus nos instruens dicebat Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Etenim, vt illic serpens, dum & personam & tempus scitè obseruat, quod studet, perficit: sic etiam conuenit, vt ij, quibus animarum cura commissa est, cum circunspectione atque consideratione eius, quod fieri possit, ac prosperi successus sermones suos ad discipulorum suorum persuasionem, atque obedientiam, moderentur. Hæc Elias Cretensis.

Varia ratio tractàdi vtiliter subditos; senes & iuuenes, &c.

Elias Cretensis.

Experientia prælatis necessaria.

VI. Quid de experientia dicam? Impossibile esse arbitratur Naz. omnia quæ ad gubernationem necessaria sunt, exactè distinguere. In vniuersum illud certum est, quòd quemadmodum in sublimi & pendulo fune gradientibus in hanc vel illam partem deflectere minimè tutum est: nec etiam parua inclinatio paruum periculum affert; verùm eorum salus in æquilibrio posita est; ad eundem quoque modum, vtranuis in partem quispiam siue ob vitæ improbitatem, siue ob imperitiam propenderit, haud leue periculum, tum ipsi; tum iis, quibus præest, imminet, ne in peccatum prolabantur. Quare experientia multarum rerum magistra, & doctrina, iam inde à pueritia animo imbibita, opus est, vt fidelis sit sermo Ecclesiastici præfecti, & ad exhortandum atque arguendum potens.

Studium sacræ Scripturæ, & meditatio. Eccles. 39. Occupationes viri sapientis & probi.

VII. Studium sacrarum litterarum, ac diuinæ legis meditatio frequens adhibenda quoque est; Hinc enim fidelis erit sermo, hinc apta ad persuadendum oratio. *Sapiens* (inquit Eccl. 39.) *in prophetis vacabit, &c. & in absconditis parabolarum conuersabitur.* Mirabili ratione, in verbo, *conuersabitur*, studium, animus, cogitatio, & consuetudo describitur, viri in Spiritu Deo seruientis. Is enim nihil aliud animo versat, quàm diuinæ legis meditationem; illiusque conuersatio cum Apostolis & prophetis est, & omnis enarratio in præceptis. Altissimi. Atque, vt vtilitatem, quæ hinc consequitur, perspicias, *Cor suum* (inquit) *tradit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum.* Eructum huius studij, tam vigilantis, & deprecationis tam assiduæ, ex sequentibus verbis agnoscimus: *Si enim*, inquit, *Dominus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replebit illum, & ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ, &c.* Nunquid, qui veluti nubes diuinæ cælesti zephyro afflatus est, permittet agrum Ecclesiæ aresceret Profectò salutarem eloquij pluuiam effundet, segetemque dominici agri ita excrescere faciet, vt tritici innumeri manipuli, tempore messis, ad aream compor-

comportati, horrea impleant Christi, cuius pater agricola est: Contentus esse non debet, qui ad hanc dignitatem eligitur communium mandatorum obseruatione; vt adolescens ille, cui Christus, Matth. 19. dixit; *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*; seruauerat ille quidem mandata, nec vt Abulens. rectè annotauit q. 183. quando dixit, *omnia hæc custodiui*, mentitus est. Christus namque audiens eum, dilexit illum, vt habetur Marci 10. quod aduertit Beda, & ex versiculo illo patet Psal. 5. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem; perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Quare non est putandus hic adolescens, vel voto tentandi Dominum interrogasse, vt quidam arbitrati sunt, vel de sua vita mentitum fuisse; cùm statim addatur: *Iesus autem intuitus, dilexit eum.* Idem sentiunt Orig. & August. Ad perfectionem anhelare vlterius debet, qui secum multos ad cælestem patriam, veluti oues pastor, ducturus est. Ad quam perfectionem Christus Dominus Apostolas, qui Episcopi futuri erant, erudiebat. Ad hanc iuuenem hunc euocabat, dicens, *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes.* Nimirum omnia impedimenta diuitiarum, ablegare à se debet, qui ad perfectionis vult fastigium conscendere. Non suasit autem Dominus huic adolescenti, vt castitatem coleret; quia fortè illius, iam cultor erat; quemadmodum nec aliorum impedimentorum meminit, quæ eo ipso, quo quis Deum sequitur, intelliguntur remouenda. Dum subiunxit, *sequere me*, tantundem est, ac si diceret, amplectere eum, qui secundùm doctrinam meam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari.

Vir sapiens nõ debet esse cõfentus sola mandatorum obseruatione. Abulens. Matt. 19. Beda. Psal. 5.

Orig. August.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO IX.

VERS. 10. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores: maximè qui de circuncisione sunt: quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratiâ.

Græcè; Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι, καὶ φρεναπάται, μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς, οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ αἰσχροῦ κέρδους χάριν.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

1. EMPHASIS vocabulorum quorundam notanda est. *Inobedientes* ἀνυπότακτοι, dicuntur hîc, Græca voce, hoc est, vt vertit Hieron. *non subditi.* Sonat autem ea vox homines, qui ob pertinaciam morum redigi in ordinem nequeunt. Seductores dicuntur Græcè, φρεναπάται, hoc est, *mentium deceptores*, hoc est, alios à veritate in errorem inducentes, bonamque mentium frugem, de insita, aut è cœlo infusa Dei notitia, inani persua-

Hieron.

perſuaſione peruertentes, ad quem modum refert ſententiam interpretatio D.
Hieron. Hieron. Peſſimum autem, & pernicioſum genus decipiendi eſt, vbi quis mentem omnium actionum fontem prauis imbuit opinionibus. Vnde de diabolo
Cyprian. Diabolus ſtrangulare molitur virtutũ germina in ipſo ortu. ait Cypr. in orat. de ieiunio, & tentationibus: *Tentator cogitationum ſordibus aſſidens, omnia virtutum germina, in ipſo ortu, ſtrangulare molitur, &c.* Hac enim via fit, vt non ſolùm, non pudeat malefactorum, verùm etiam, ex his laudem interdum petamus. Vaniloqui Græcè *ματαιολόγοι* ſunt. Quod vocabulum non ſolùm mendacem ſignificat; ſed inanitatis futilitatiſque plena loquentem. Vanus autem Latinis propriè dicitur mendax; quanuis etiam, quod Eraſmum
Eraſmus. Virg. Æn. 2. fugit, vana & friuola loquẽtem interdum adſignificet, vt apud Virg. 2. Æneid.

Nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit; vanum etiam mendacemq́; improba finget.

In qua ſignificatione recte Latinus interpres videtur accepiſſe nomen vaniloqui.

II. *Quos oportet redargui.* Græcè, ἐπιστομίζειν, id eſt, occludere ſiue obturare
Hieron. os. Hieron. legit, ſilentium indici. Oportet enim ſeductoribus & vaniloquis, os obſtruere, & ſilẽtium imponere, ne præ aliis, de ſcientia, apud ſimplicem plebeculam, glorientur; & auditores in perniciem trahant. Subnotat autem eos præſertim, qui ex circumciſione erant, hoc eſt, de ſtirpe, & cognatione Iudæorum. Hi nimirum arte quadam & calliditate gentes ad fidem conuerſas, ad Iudaicos ritus trahere, moliebantur, aut ſaltem cum Euangelio Iudaiſmum copulabant, vt Ebionitæ & alij.

VERS. 10. Sunt enim multi etiam inobedientes, &c.

De obedientia, quam Deo, & miniſtris eius debemus.

ANNOTATIO I.

Obedientia. III. MVltis in locis ſacræ Scripturæ notati ſolet Iudæorum inobedientia, & rebellio, contra Deum, & eos, qui loco Dei magiſtratus gerunt; Eam verò hic Paulus etiam notat in Iudæis ad fidem conuerſis. Hi enim quadam veluti hæreditaria peruicacia tumentes, in ordinem redigi non poterant,
Iob. 38. Spiritui ſancto reſiſtentes. Gloriatur Deus, Iob. cap. 38. quòd obſequentiſſimas ſibi, & obedientes habeat omnes creaturas, ſic enim ait: *Nunquid mittes fulgura, & ibunt; & reuertentia tibi dicent, Adſumus? &c. Mittendi* verbum, hùc ſignificat inſſionem principis demandantis aliquid famulo perferendum. In hoc enim verbo *mittendi*, inſinuatur, & quodammodo exprimitur latens nuntius. Atque adeo habes periphraſim obſequentiſſimorũ famulorum; qualis eſt
Pſal. 103. etiam illa Pſal. 103. *Facis Angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos flammam ignis:* Id eſt, ventis & flãma vteris, vt nuntiis, & miniſtris tuis: ire, & reuerti dicũm
D. Thom. eſſe putat D. Thom. eo quòd fulmina repercutiuntur ex vno loco, in alium, quaſi parata reuerti ab incœpto itinere conditoris nutu. In illa particula, *Et*
Greg. P. *reuertentia, dicent tibi, Adſumus?* exiſtimant D. Thom. & D. Greg. quoddam obſequium obedientiæ declarari. Non laſſantur vno mandato: parata ſunt fulmina, & quæcunque res aliæ, ſæpius ire & reuerti, quanuis dudum redierint.
Obſequia Angelorum. IV. Eadem locutio accommodatur Angelis celeritate incredibili Dei

iuſſa

iussa exequentibus Zach.9. dicuntur; *Euntes & reuertentes* Gen. 28. & Ioan. 1. *Ascendentes, & descendentes.* Vnde quod de centurione Matth.9. legitur, *Dico huic, Vade, & vadit, & alij Veni & venit*; non sic accipiendum est, vt vnus eat, alius reuertatur; sed, vt quicunque aliquid operis mandatum sit, idem ipse eat, & reuertatur, expeditis mandatis; quod illa verba exponunt, *Fac hoc, & facit.* Zachar.9. Gen.28. Ioan.1. Matth.9.

Non ita Coruus, ex arca dimissus à Noë, qui non perfecit mandatum, Egressus nàmq; non est reuersus. E contrario columba reuersa est obita legatione. Caiet. annotat, literam inuersam esse, dum dicitur, *Et reuertentia dicent tibi, Adsumus* ac propterea sic ordinandam, *Mittes fulgura, & dicent, Adsumus, & ibunt, & reuertentur.* Est enim illa obedientiæ vox: Ecce me, Adsum, præsto sum, priusquam audiatur mandatum: sed non opus est, aliam constructionem, aut transpositionem, excogitare, quam textus non admittat; *Adsumus* enim, obsequij vox est, non solùm præstandi, sed etiam præstiti, & legationis non solùm obeundæ, sed etiam obitæ. 70. legunt: *Dicent tibi quid est?* hoc est, quodnam est, quod optas facere? superest ne aliquid perficiendum? Ab hac obedientia longè aberant illi, quos Paulus vocat inobedientes. Vt enim ait Clemens Alexand. lib. 1. Pædagogi, cap. 13. *Obedientia fundatur mandatis*, hoc est præceptis à Deo, vel ministris Dei impositis ritè præstandis, non autem in sola legis scientia. Addit enim idem Clemens, officia consistunt in actionibus, non autem in dictionibus. Agnoscens Deus Iudæorum inobedientiam, ne Iosue, quem principem creare volebat, cõtemnerent, dixit Mosi Num. 27. *Tolle Iosue filium Nun, virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum: qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, &c.* Quod aliqui sic interpretantur, Landa, & honorem defer illi, coram populo, vt virum laudatum audiat omnis synagoga filiorum Israël, pro hoc, siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum: quasi dicat Deus, Populus obediat principi, princeps sacerdoti, & sacerdos Deum consulat. Genes.8. Caiet. 70. Interpr. Clem. Alex. Obedientia prompta, in creaturis, Obedientia fundatur mãdatis, id est, in præceptis, nomine Dei impositis. Num.27. Honor est deferendus nondum electo, vt colatur à plebe.

V. De pœna, qua digni sunt inobedientes, agit Hieron. in epist. ad Heliodorum: *In lege, inquit, veteri, quicunque sacerdotibus non obtemperabat, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio, cervice subiecta, contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spiritualis mucrone truncatur, aut de Ecclesia ejicitur rabido dæmonum ore discerpitur.* Hæc ille. Hieron. Pœna inobedientium.

VI. Obedientiæ fundamentum est humilitas, de qua Apostolus agens de Christo ad Philipp. 2. *Humiliauit semetipsum Dominus noster Iesus Christus, factus obediens vsque ad mortem.* Vnde Cypr. enarrans illa verba: *Inclinato capite tradidit Spiritum*, ait, *Bonus Iesus præcepto æterni Patris sui promptissima voluntate consentit, & cùm in cruce esset, non respondit verbis, se obedire, sed inclinauit caput, & tradidit spiritum.* Hæc ille. Vbi aduerte, non prius Christum tradidisse spiritum, & postea caput inclinasse; prius enim caput inclinauit, deinde tradidit spiritum. Vt intelligeremus cum ab hac vita, in qua innumeros labores patiebatur, non discessurum, nisi Patris vrgeret obedientia. Imitari Christi mortem voluit ille religiosus, de quo in vitis Patrum scribitur, cùm mors instaret, petisse ab Antonio Abbate suo, vt obedientiam sibi iniungeret ab hac vita discedendi: Optare enim se dicebat, iam inde sexaginta annis, quibus Deo seruire cœperat, non nisi percipiente Abbate exemplo Christi obedientis vsque ad Humilitas cum obedientia. Philip.2. Cyprian. Obedientia Christi in cruce. Monachi obedientia tarda, qui ex obedientia mori volunt.

mortem, animam efflare. Tunc Abbatem dixisse: *Ego tibi ô frater Rogeri inbeo per sanctam obedientiam, vt statim ab hac vita discedas, animamque creatori tradas merito passionis Christi, & eius benedictionis decoratam.* Vir Abbas absoluerat verba, cum animam Monachus expirauit; Fertur eadem nocte Abbati apparuisse, affirmasseque pluris Christum fecisse illam mortem ex obedientia prælati susceptam, quàm aliud opus etiam eximium totius vitæ præteritæ.

Vitæ Patrū.

Obediendū prælato etiāsi humili loco natus sit.

VII. Quod si prælatus humili loco natus fuerit, aut parùm doctus? Iudæus fortè, qui iactat Abraham patrem suum, & peritiam legis, obedire ei recusabit; Non tamen Christianus, & multo minus vir religiosus, qui non personam, sed Deum in persona repræsentatum considerat. Refert Herodotus lib. 2. Amasim, hominem plebeium, apud Ægyptios Regem fuisse creatum, postea verò à quibusdam ob humilitatem natalium despectum. Ille rem subodoratus, ex pelui, qua pedes abluere solebat, idolum fabricari iussit, quod publicè propositum Ægyptij tanquam Deum adorarunt, cùm antea peluim publicè etiam propositam, nec aspicere quidem dignarentur. Amasis conuocato populo, *Quid*, inquit, *ista huc est, O Ægyptij? peluim non adorabatis, quandiu peluis formam habuit, nunc autem imaginem Dei, quem colitis, referentem adoratis; & vtique quidem, quia non æs, sed rem repræsentatam veneramini; Oportet ergo, vt Amasim, Regiam dignitatem præferentem, colatis; obluti vnde ad hoc fastigium peruenerit.* Hac oratione permoti Ægyptij cum deinceps impensè coluerunt, armis quibus illum opprimere eiam moliebantur, ob ignobilitatem, depositis: Non ergo cogitare debet, qui própter Deum obtemperare solet, peluis ne sit pedibus abluendis parata, an potiùs corona antea prælatus suus, sed quid repræsentet: quod si Iudæi cogitarent, non viderentur Paulo digni, qui in sacro eloquio inobedientes, seu potiùs intractabiles, vocarentur. Rectè Bern. serm. 3. resurrect. ait, *Cesset propria voluntas, & infernus non erit. In quem enim desinet ignis ille, nisi in propriam voluntatem. Nam propria voluntas, Deum impugnat, & aduersus eum extollitur. Ipsa est, quæ paradisum spoliat, infernum ditat, sanguinem Christi euacuat, & ditioni diaboli mundum subiugat, &c.* Ex his Bernardi verbis constat, quæ nam sit radix inobedientiæ, quam radicem, vt in ordinem redigamur, opus est ferro mortificationis amputare. Expertus est Loth, melius esse homini, sequi aliorum qui nos amant voluntatem, quàm propriam, Gen. 19. *Misit Deus Angelos qui Loth hortarentur, vt in montem aufugeret, si vitam vellet tueri: ipse verò sua sententia tenax ait, Est ciuitas hæc iuxtà, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea. Angeli verò id illi concesserunt: qui ad vrbem perueniens, non se iutum arbitratus est, videns fortasse vrbes execratione damnatas, qua semiustis & fumo terrorem oculis incutiebant. Timens ig. tur ascendit de Segor, & mansit in monte, vbi Angeli prædixerant, esse locum, in quo salutis esse poterat ab incendio, vt reuera fuit.* Hinc intelligitur, non esse salutem nobis constitutam in loco, quem nos cogitatione fingimus & optamus, sed in eo quę Deus nobis destinat, & quò ire nos iubet. Vnde Psal. 26. *Vnam petij à Domino, &c.* Quid tandem? *Vt inhabitem in domo Domini, & videam voluntatem Domini*, quam scilicet studiosè sequar. Fallimur passim in his, quæ optamus, & petimus. Vnde Aug. in lib. sententiarum, quæ à Prospero illius discipulo collectę sunt, ait, *Fideliter supplicans Deo, pro necessitatibus huius vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit vtilius, magis nouit medicus, quàm ægrotus, &c.*

Rex Amasis.

Obedientiæ mirū exēplum.

Peluis cur adorata aliquando ab Ægyptiis.

Bernard.

Cesset propria voluntas & infernus non erit.

Gen. 19.

Non est nobis salus constituta in loco à nobis designato sed vbi Deus vult.

Psal. 26.

Augustī. B. Prosper.

VIII.

VIII. Illud contra inobedientes adduci poteſt, quod paſſim videmus accipitres, cùm natura rapaces ſint, & fieri, intra triginta dies, ita manſuefcere, vt ex nubibus ad manum redeant Domini ſui, homines autem quidam, ità feri & indomiti ſunt, vt nec intra triginta annos, Deo, & Dei miniſtris tractabiles inueniantur. Accipe ergo, ô homo, conſilium D. Auguſt. ſuper Ioan. vbi ſic ait, *Vis, vt ſerviat caro tua anima tuæ? debes regi, vt poſſis regi.* Accipitres intra 30 dies obedientes fiunt. Auguſt.

VERS. 10. Vaniloqui, & ſeductores, quos oportet redargui.

Qui nam ſint vaniloqui, & ſeductores, & de veritate, quam ſine dolo, aut fuco, vel apud remotiſſimas gentes Apoſtolici viri prædicant.

ANNOTATIO II.

I. QVos Latinus interpres vocat vaniloquos, Græci, *ματαιολόγους*, appellant, hoc eſt, *ſtulta loquentes & friuola.* Quo vocabulo illi notantur, qui religionem in rebus anilibus conſtituunt, & rerum nouiſſimarum exempla in concione adducunt. Seductores eleganter dictione compoſita dicuntur à Græcis, & à Paulo, hoc loco, *φρενοπλάνοι*, id eſt, *mentium deceptores*, qui à veritate homines ad mendacium abducunt, vt intelligas non eſſe ſermonem de præſtigiatoribus, qui oculis illudunt, ſed de his, qui malè inſtituunt auditores, & mentem prauis imbuunt opinionibus. Futilitatem autem ſermonis, & mentium deceptionem, ex inobedientia tanquam ex radice prouenire Theophyl. ait, & meritò; nihil enim ſani rectéve eloqui poteſt, qui ad aliorum quibus obſequi debet imperium turbatur, & plerúmque inſultat. Hinc matæologus fit & mentis, cum ſuæ, tum alienæ deceptor. *Qui huiuſmodi ſunt*, inquit Chryſ. *nolunt regi, ſed regere.* Quomodo ſe Timotheus gerere debeat cum huiuſmodi hominibus, qui ferè ex circumciſione ſunt, hoc eſt, ex Iudaiſmo, oſtendit, dum ait: *Quos oportet redargui.* Græcè eſt, *ἐπιστομίζειν*, hoc eſt, *os occludere*, ſiue obturare piſtomide, vulgò, *mordacè, naboca*, quaſi dicat, cùm perſuadere nequiueris huiuſmodi, ne pareas, neque formides; ſed eos ob aliorum vtilitatem argue, eiſque ſilentium impone. Theophyl. Chryſoſt. Auguſt.

II. Contra vaniloquos agit Aug. tom. 10. ad fratres in Eremo ſerm. 5. de ſilentio: vnde illæ ſententiæ. Prima; *Stultus valdè eſt, qui non prius verbū ducit ad linguam rationis* (fortè legendū eſt ad limā rationis) *quàm educa ad linguam oris.* Secunda; *Qualis fueris in fatuis, talis comprobaberis in verbis:* Tertia; *Inflammat lingua mobilitas in adoleſcentia, ad iocoſa, in virili ætate ad fraudulenta; ſed in ſenili ad detractoria.* Reſtingēda eſt igitur hæc parua fauilla, ne in magnā vertatur flammam; furculus ne creſcat in ſyluā, gutta ne tumeſcat in fontē. Inuoluit ibidem cum vaniloquis Aug. importunè loquentes, & mendaces, ſicq; apoſtrophatur, *O verboſe, erubeſcē? nam tua conditio eſt occulta manifeſtare, nota in conuentibus prædicare: ſed ſi neſcis, ſomnias inaudita; fingis te ſcire quod neſcis, vt libenter audiaris à cunctis. O artifex mendaciorum, ô faber fabularum, legē quod dicitur Pſal. 139. Quia vir linguoſus nō dirigetur ſuper terram, nec dirigetur in terra promiſſionis.* Hæc ille. Idem tom. 3. in lib. de ſpiritu & anima, cap. 62. deſcribens animam hominis vaniloqui, & fallacis, quam ad modeſtiam inuitat: *Auſi*, inquit, *qualis ſis, & qualis eſſe debeas. Onerata es peccatis, irretita vitijs, capta illecebris, erroribus vaga,* Accipitres intra 30 dies obedientes fiunt. Auguſt. Aliquot ſententiæ cōtra vaniloquos. Comparationes. Artifex mēdaciorum & fabularū occultat manifeſtat. Pſal. 139. Anima hominis vaniloqui deſcribitur.

subiicionibus inquieta, sollicitudinibus anxia, aduena in terra inimicorum, coinquinata cum mortuis, deputata cum iis, qui in inferno sunt; sic damnata, vt vix sperare in spem veniæ, & misericordiæ. In nullo tibi conscientia sit, quo erubescas præsentiam veritatis, quo cogaris auertere faciem tuam à præsentia Dei; Actus, & vsus totius corporis, cum apparuerit, sit purus, modestus, otium expers insolentiæ, & lasciuiæ, leuitatis & ignauiæ; sit sermo rarior, vultus hilarior; affectum verecundior; incessus modestior, sic solicita est bona conscientia fama integritatem seruare. Hæc Augustinus.

Doctor Christianus tuidere debet perspicuitati. Augustin.

I I. Idem præclare docet lib. 4. de Doctina Christiana cap. 11. quinam sit scopus vtilis doctrinæ. Non enim debet doctor Christianus, qui vtilitatem auditorum spectat, res cognitu sibi ipsi difficiles, obscurè proponere, sed dare operam debet, vt appareat quod latebat; Nec ostentare eloquentiam magis, quàm intelligentiam procurare. Vt enim ait Augustinus loco indicato, *Bonorum ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clauis aurea, si aperire quod volumus non potest? Aut quid obest lignea, quando nihil quærimus, nisi patere, quod clausum est.* Hæc ille. Et ne videatur eloquentiam viruperare, hanc etiam adhibendam esse ad hominum quorundam fastidium leuandum censet. *Quoniam*, inquit, *inter se habent nonnullam similitudinem vescentes, atque discentes propter fastidia plurimorum, etiam ipsa, sine quibus vius non potest, alimenta condienda sunt.* Dixit ergò quidam eloquens, & verum dixit, *ita dicere debere eloquentem, vt doceat, vt delectet, vt flectat.* Deinde addit; *docere necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriæ.* Horum trium, quod primo loco positum est, hoc est, docendi necessitas in rebus est constituta, quas dicimus; reliqua duo in modo, quo dicimus, docendo. Hæc Augustinus, qui aliqua à Cicerone mutatus est, ita tamen, vt quæ ille ad profani oratoris doctrinam tradit, prudenter ad sacri eloquij præconem, tranferat: quos ab omni ostentatione & bullatis nugis (vt Persius verbo vtar) oportet esse quàm alienissimos.

Clauis aurea quę non aperit inutilis est.

Cicero de oratore.

Persius.

IV. Abeant ergo vaniloqui, qui plebeculæ imponunt, & seductores, qui veritati, vt rudibus placeant, multa affingunt. Hierusalem promittit Deus Sophoniæ 3. huiusmodi magistrorum exilium, sub aduentum Christi. *In die illa*, inquit, *non confunderis, quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ.* Quibus verbis alloquitur Deus ciuitatem sanctam; siue synagogam, sermonem faciens, non de omnibus illius filiis, sed de illis, qui per prædicationem Christi, & Apostolorum conuersi sunt; de quibus in eodem cap. ait, *Reliquiæ Israël non facient iniquitatem. Cum hæc*, inquit, *fient, non erubesces in peccatis, quæ antè in me peccauerat, nec te, vt solebam supplicio, aut ignominia afficiam, sed cuncta tibi per sacrum Baptismi lauacrum, condonabo. Magniloquas superbia tua*, id est, illos insolentes, & superbos magistros tuos, quibus etiam tu intumescebas, nimirum Scribas & Pharisæos, vt Hieron. interpretatur, auferam; aliosque tibi longè meliores substituam.

Sophon. 3.

Magniloqui superbiæ.

Hieron.

V. Ad facilitatem legis gratiæ pertinet etiam illa Dei pollicitatio, quæ paulo suprà posita est. *Tunc reddam*, inquit, *populis labium electum*, hoc est, locutionem eximiam, & speciosam, vt Gen. 11. *Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem*, id est, vna lingua omnes loquebantur. Loctio autem hæc electa, sine, vt vertunt Aquila, & Theodotio, *labium electum*, siue mundum, vt transtulit Symmachus, est, non iam Deos nominare, nec verbis vti vanis, & fallacibus, vt vaniloqui & seductores solent; sed vnum Deum, agnoscere, & adorare,

Lingua vna Christianis, & sanctis. Gen. 11. Aquila. Theodotio. Symmachus.

adorare; Chald. *conuertam in omnes gentes locutionem vnam electam, vt precentur omnes in nomine Domini*, quibus verbis reprehendi vides Iudæorum magisterium, quod varium & multiplex sit & prædicti consentientem cum fide Christi & doctrina, sermonem. Chald. Iudæorū lingua multiplex.

VI. Quanta autem emanatura sit vtilitas, ex hac vnius labij concordia exprimitur in duobus effectibus, qui eam consecuturi sunt. Primus est in his verbis: *Vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno*, hoc est, vno animo & voluntate; sumpta translatione ab iis, qui simul humeros supponunt, ad onus aliquod exportandum. Ac si dicat: Omnes inuocabunt Deum excusso graui iugo diaboli, & ferent simul alacres suaue Christi iugum; 70. vertunt, vt seruiant ei sub iugo vno. Secundus effectus est, *vltra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei, filij dispersorum meorum, deferent munus mihi.* Hoc est, ab illis vsque prouinciis, quæ sunt trans fluuios Aethiopiæ, venient homines ad Ecclesiam, & supplicirer me adorabunt & in signum obedientiæ munera mihi offerent: Particula *filij dispersorum meorum*, Hebraice sonat, *Filia dispersorum meorum*, hoc est, congregatio dispersorum meorum, aut dispersi mei. Vnde 70. ita vertunt. *De finibus fluminum Æthiopiæ, suscipiam dispersos meos.* Chaldæus vertit, *Exules populi mei.* Qui sint autem dispersi Dei, intelligimus ex cap. 11. Ioannis; *sed cum esset* (inquit) *Pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.* Vbi vides vocari filios Dei dispersos quotquot prædestinati erant in gentibus. Hi procul à vanisloquis Iudæis erunt, nec ab eorum Rabbinis seducti poterunt; quia Euangelij, & veritatis annuntiatoribus aures dabùt attentas. Labium electum Christianis. Seruire Deo humero vno id est animo. 70. interp. Chald Paraph. Ioan 11. Filij dispersi congregantur per omnibus linguæ electæ

VII. Cæterùm, cùm duplex sit Æthiopia (vt id quoque obiter attingamus) vna in Africa sub Ægypto; altera, ad Orientalem Indiam vergens, quæstio est, de qua propheta loquatur. Sunt qui contendant hanc esse Indicam, siue Orientalem, quia Chaldæus vertit: *Ab vlteriori ripa fluuiorum Indiæ, &c.* Quare omnem Oxientalem oram, vsque ad eas terras quæ Hispanorum nauigationibus inuentæ, noui orbis nomen habent, à Propheta significari putant. Hanc sententiam tuetur Fredericus Lumnius, quem citat Ribera super hæc verba Sophoniæ. Is enim autor li. 2. de extremo iudicio cap. 4. nititur persuadere legentibus, terram illam, quam Isai. cap. 18. esse docet trans flumina Æthiopiæ; dum ait: *Va terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ, &c.* Esse regionem Indorum Orientalium, & Sinarum, quibus nunc per homines Societatis nostræ annuntiatur Euangelium: *Alloquitur*, inquit, *propheta, & consolatur populum remotum, qui propterea sine expressione certi nominis, trans flumina Æthiopiæ esse dicitur, quod hinc procul abstractus sit, nostroque orbi incognitus, &c.* Duplex Æthiopia. Chald. Fredericus Lumnius. Ribera. Isai. 18. Indiæ à nostris aditæ vaticinium.

Potest etiam intelligi locus Sophoniæ, de coniuncta Æthiopia Ægypto; vt Hieronymus, & alij intelligunt, quibus accedit D. Thom. Eusebius, & Haymo; Huius prouinciæ populi vltra flumina sunt. Quare significat Ægyptios, & remotissimas Africæ gentes, ad Euangelium esse venturas, vt ætate Cyprianj, & Augustini factum est. Fuit tunc vere populus labij vnius, dum omnes Christum confitebantur. Imò & locus Isaiæ hinc etiam trahi potest, *Va terræ cymbalo alarum*; sequitur enim, *Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri.* Quæ manifestum est dici, de Alexandria, siue de Ægypto, vbi in paludibus arbuscula nascitur, quæ dicitur papyrus, vt docet Plin. 13. cap. 11. vnde Ouid. Metaph. 15. Hieron. D. Thom. Eusebius. Haymo. Plinius. Metaph. 15.

Perq́ papyriferi ſemptemflua flumina Nili.

Martialis. & Martial. lib. 13.

Perdere Niliacas Muſæ mea damna papyros.

Ribera. Ex ea nauigia, vt ibidem ait Plin. texunt incolæ. Multus eſt Ribera loco citato in probando, ab Iſaia, & Sophonia ſolam Æthiopiam Ægyptiacam intelligi.

Accedent ad fidem remotiſſimæ gentes, non audientes vaniloquos. Auguſt. Mihi tamen videtur vtranque eſſe intelligendam, prædixiſſeq. Spiritum ſanctum vtranque vnius electæ linguæ, ſiue labij conſenſione, vaniloquis & ſeductoribus poſthabitis, ad Chriſti fidem aliquando venturam, licèt obſtrepant, qui ex circumciſione ſunt Iudæi, aut quicunque alij falſæ doctrinæ ſeminatores; quos, vt Auguſt. docet, contra Creſconium lib. 1. cap. 9. autoritate Apoſtolica oportet, ab Epiſcopo redargui: quod ipſe præſtabat ſua ætate. Hic, inquit, ſi flagitatis, vt oſtendam vbi Deus mihi præceperit id agere, quod prohibes: memento Apoſtolicas epiſtolas, non iis tantùm ſcriptas, qui quo illæ tempore ſcribebantur, audiebant; ſed etiam nobis, non enim ob aliud in Eccleſia recitantur. Attende ergo, quòd Titum, cùm explicaret qualis eſſe Epiſcopus debeat, etiàm perſeuerantem dixit eſſe oportere, in doctrina, vt poſſit contradicentes redarguere. Oportere in doctrina redargui, refellique ab Epiſcopo vaniloquos, indubitata præceptione firmauit. Vnde quod mihi juſtum eſſe cognoſco, pro viribus ago, &c. Vaniloquis ergo, quales ſunt hæretici & quicunque morum corruptores, Scripturæ ſacræ autoritate, & teſtimoniorum pondere, ſilentium eſt imponendum. Si perſuadere nequiueris, ora his obſtruas; reprime, ſuffrena. Hæc ſi non poſſis, ne ſis Epiſcopus, ait hoc loco Theophylactus.

In Tito inſtruitur Epiſcopi.

Theophyl.

VERS. 10. Vaniloqui, & ſeductores.

Fugiendos eſſe eos, qui vnam vſurpant doctrinam, & ad ſeducendum compoſitam.

ANNOTATIO III.

I. NOn ſolùm Iudaizantium caſtra vitanda ſunt, quòd eorum ſumma ſit in doctrina vanitas, ſed etiam hæreticorum, & omnium prorſus, quorum à fide ſyncerita abhorret animus. Quid enim pro ſano agere poſſunt, aut loqui, qui aut alieni ſunt à Chriſto, aut propriam gloriam ſectantes, ad hoc ſuos affingunt ſermones, vt populo placeant, non vt vera doceant, vaniloquos huiuſmodi homines Apoſtolus vocat & ſeductores.

Iudaizantes qui ſint?

II. Porrò Iudaizantes (vt ſemel hanc vocem, quæ ſæpe occurrit, explicemus) non ſolùm eos voco, qui Chriſti religione repudiata, Iudaicos amplectuntur ritus, & ceremonias, ſed eos præterea, qui Iudæorum rebus tum lingua tum opinionibus, pluſquàm ſatis eſt fauent. In quo numero Leo à Caſtro in commentariis ſuper Iſaiam Vatablum, Pagninum & alios reponit, quos non opus eſt recenſere. Fuerunt nánque noſtro ſeculo multi, qui in Hebræis libris, ac præſertim Rabbinorum commentariis euoluendis, vtilem operam poſuerunt: Quia tamen plerunque fit, vt quibus multi ſumus, eorum colorem aſſumamus. (Nam & lacertæ, quoniam in herbis verſantur, virides ſunt; & Polypi, ſaxa,

Leo à Caſtro.

Nocuit multis Rabbinos legiſſe. Similitudo.

ſaxa, quibus diu adhærent, colore referunt) aliqui in Hebræis libris peruolutandis ſeneſcétes, ita ad illos affecti ſunt, vt eorum plerunque deliria exoſculétur. Poſſem multos nominare; Vnius Pagnini, qui in hoc albo cẽſetur, ſolùm vnum vel alterum exemplum proferam; vt conſtet eam nimiam ad Hebræos ſcopulos adhæſionem Eccleſiæ, ad cuius nutum omnia conformari debent, pernicioſam fuiſſe. Vnde de eo à Sancte Epiſcopo Ebroicenſi hæc ſcripta inuenio parte prima cẽſuræ in Biblia regia, quæ nondum eſt typis mandata: *Inter Eccleſiaſticos*, inquit, *ſolus Sanctes Pagninus, opinor, ſepulchrum pro inferis ſubſtituit; quoniam Iudaizare multis in locis Bibliarum maluit, quam ſimplicitatem Chriſtianam retinere.* Hæc ille. Et verò vbi vulgata editio *infernum* ponit, 70. ᾅδην, ponunt. Pagninus ferè *ſepulchrum* vertit: Qua licentia multi loci ab ea ſententia detorquentur, quam Eccleſia Catholica tenet, & ad Iudaicas traduncuntur opiniones. Cùm tamen non ſolùm Græca vox à 70. adhibita, ſed etiam Hebræa verè & propriè *inferos* ſignificet: *ſepulchrum* verò non niſi per tranſlationem; quod ex antiquis Hebræis, Thalmudiſtis, & Targumiſtis confirmant Sanctes Epiſcopus Repet. 4. de vero Euchar. cap. 11. & Genebrard. lib. 3. de Trinit. verſ. 38.

Pagninus ſadhæſit Rabbinis.

Sanctes Epiſcop.

70. Interpr.

Thalmud. Targum. Rupert. Genebr.

III. Peruertit inſuper idem Pagninus locum illum ex Iſai. cap. 7. *Ecce Virgo concipiet, &c.* Vult enim iuxta hiſtoriam de vxore Achaz intelligi. Vnde ſic tranſfert: *Ecce Virgo prægnans, & pariet filium, & vocabis tu mater nomen eius Emmanuel.* Ad marginem huiuſmodi ſcholion adiecit: *Oſtendit*, inquit, *ad literam ipſam Abiam præſentem, & paruuram Ezechiam, &c.* Qua interpretatione omnes huius loci vires eliduntur ad probandam Dei matris virginitatem; ſi enim vox, *halma*, in Achaz vxorem conuenit, quid mirum, ſi in beatam Mariam quadret, *etſi virgo non eſſet*? Quanto ſatiùs Galatinus lib. 3. contra Iudæos cap. 18. non modò de beata Virgine intelligi probat, ſed etiam de vxore Achaz intelligi non poſſe euincit ex 4. 18.

Pagninus corrupit locum Iſai 7. *Ecce virgo, &c.*

Galatinus. 4 Reg. 18.

IV. Cæterùm Pagninum, & cæteros, quibus ille chorum ducit, cùm Catholici ſint & alioqui multis nominibus colendi, modeſtiori vocabulo Hebraizantes dixeris, quàm Iudaizantes, cùm ad idioma tantùm, non ad ſuperſtitionem, afficiantur. Vitandi tamen ſunt aut cautè à peritis Scripturarum Theologis legendi. Multo magis vitandi ſunt, qui non interpretatione ſolùm vnius aut alterius verbi nocere poſſunt, vt Hebraizantes; ſed frequenti ſermone in rebus ludunt ad religionem pertinentibus; non leuitate ſolùm ducti, ſed etiam ſtudio ſtabiliẽdi, bonis moribus, aut ſanæ fidei contraria dogmata. Puri adeundi ſunt doctrinæ fontes; & ex ſignis cognoſcendi; quod feciſſe Ægyptios quoſdam Conſtantinopolim aduentantes, laudat Greg. Naz. orat. 24. Etenim cum Ægyptia plebe, quæ annuum illud frumentum, quod Conſtantinus Magnus ciuibus Conſtantinopolitanis donauerat, ex Aegypto in eam vrbem exportarat, Epiſcopi quoque nonnulli Eccleſiaſticarũ quarundam quæſtionum cauſa ſimul nauigarant: Epiſcopos & plebem ad audiendum verbum Dei apud Catholicos, poſthabitis hæreticis, accurrentem, pro concione laudat Nazianz. *Poſtea quam*, inquit, *Cæſari, quæ erant Cæſaris, contuliſtis, Deo etiam, quæ Dei ſunt, tribuiſtis; illi nempè veſtigial, huic timorem: Et poſtquam cibi veſtris populum aluiſtis, ipſi quoque, vt à nobis alamini, huc acceditis. Nam nos iam frumentum largimur, ac frumentum quidem veſtro nequaquam ſortaſſe deterius. Venite, come*

Cautè legẽdi ſunt Hebraizantes.

Greg Naz.

Laudat Nazianzenus auditores qui accurrũt ad Catholicos concionatores.

te, comedite panem meum, & bibite vinum, quod vobis miscui; ad mensam meam vos cum sapientia invito; Candorem enim vestrum laudo, ac animi promptitudinem vobis accurro, quoniam ad nos tanquam ad vestrum portum appulistis, ad similem videlicet accurrentes. Et infra: *Atque, ut vos haud frustra ad nos accurrisse, neque ut ad externos, & alienos; præclarumque vestri itineris ducem, Spiritum sanctum extitisse cognoscatis, pauca de Deo ad vos differemus. Ac facite, ut vestra cognoscatis, quemadmodum, qui suis ex armorum signis cognoscuntur.* Hæc Nazianz. Armorum autem notæ (vt annotauit Elias Cretensis) colorum diuersitates sunt, & picturæ, & symbolici. Sensus igitur verborum Nazianz. est, vt ex notis armorum vnusquisque, quod suum est, agnoscere consueuit; sic etiam vnumquemque vestrum, per proprietates eas, quibus recta doctrina insignitur, & quibus tum semper alias vsi sumus, tum etiam statim vtemur, sua pulchrè agnoturum esse perspersum habeo.

Elias Cret. Signa Christianis sunt sicut militibus.

V. Quod si omnibus incumbit castra veritatis agnoscere, magis id necessarium est iis, qui vitam religiosam sunt professi. Fugiant huiusmodi viri postquam Deo vocante obsecuti sunt, & diuino se cultui, seculo repudiato, mancipauerunt, vaniloquos, & seductores. Agant cum iis, qui seueriorem sequuntur disciplinam, ne paulatim assuescant laxitati; tandemque tesseram relinquant sactæ militiæ. Legant libros non Gentilium, sed Patrum. Qui enim fabulis & poëmatiis assuescunt, sæpe in fabulam vulgi, & risum conuertuntur. De quo Nilus Abbas ad Demoeritum monachum scribens: *Quid mihi*, inquit, *Gentilium librorum sordes, magno tuo incommodo post monasticam subiectionem, & obedientiam in monasterio colligis?* Et paulo infrà: *Salomon ait, stultè superbi eradicabuntur. Cum eradicatur arbor, arescit & marcescit; sic ergo isti, de quibus loquor cum studiis suis floridis, in itinere apostasiæ sua peribunt, &c.* Extant Patrum sanctissimorum libri, qui arma cœlestis militiæ, & signa præferunt syncera doctrinæ, præsertimque eos instruunt, qui Deo intra septa religiosa seruire volunt; Hos, qui legerint à vaniloquis, & seductoribus haudquaquam decipientur. Atque, vt aliquos nominem, legendus est Basilius, ad Lausum, Ioannes ad Sophronium discipulum, qui liber inscriptus est Paradisus, Callistus, Dorotheus, Macarius, Cassianus, Isaac, Isaias Ephrem Euagrius, Climacus, Diadochus, Nilus, Maximus, Antiochus, Theodotus, cognomento, Studites; cuius epistolam ad Gelasium, ex monasterio perfugam, habes apud Franciscum Turrianum ad finem lib. 2. de votis monasticis.

Religiosi signa.

Nilus Abb. A Gentilium libris abstinendum.

Libri Patrū sunt arma se ligiosis.

Fracis. Turr.

VI. At quomodo, inquit, cognoscam vaniloquos, & seductores? Fateor difficilè interposci posse hoc hominum genus. Aliqua tamen ex sactis litteris promam indicia, quibus eorum & mens, & ingenium innotescet. Atque illud in primis ex Psal. 54. vbi regius Vates, discordantem ab oratione hominis animum & verba fundentem fraudulenta, sic exprimit: *Diuisi sunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius*: hoc est; Facies odium non indicat, cor autem illud conceptum habet. Sequitur, *Mollisi sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Hebr. *Nuidius buryro os eius: pugnat autem cor illius: Molliores sermones eius oleo, cum sint lanceæ.* Chald. Paraphr. *Leniora quàm pinguedo vasorum, teneriora verba eius sunt vnctione pinguedinum; at ipsa, sunt spiculæ occisionis.* Vides *oleum* vsurpari hîc, & aliis in locis diuinæ Scripturæ, pro fraudulentis verbis, quæ voluptatem cùm præferant, animum vulnerant: Rudes, & media de plebe homines,

Quomodo cognoscendi vaniloqui, & seductores. Psal. 54.

Hebr. Chald. Paraphr. Oleū verbis fraudulentis comparatur.

homines vaniloqui & seductores cùm audiunt, rosas cogitant, & flores: sed non ita multò post spinas sentiunt & vepres. *Ecce*, inquit, *loquentur in ore suo & gladius in labijs eorum*, & Psal. 57. *O tuum abundant malitia, & lingua tua concinnabat dolos*, id est, amicitiæ & amoris specie mihi imponebas. *Mellitum laqueum* apellabat Diogenes huiusmodi verba; & Lucretius huc alludens, Psal. 57. Diogenes. Laqueus mellitus. Lucretius.

Medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis faucibus angit.

Insidiosa meretricum verba; olei & mellis similitudine significantur, Prou. 5. *Fauus* (inquit Salomon) *distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouissima autè illius amara quasi absynthium, &c.* & Psal. 34. vbi vulgata editio habet, *subsannauerunt me susannatione*, Chal. Paraph. legit, *verbis blanditiarum subsannatorijs, & derisorijs, frendent super me dentibus suis.* En, quò tendunt vaniloqui & seductores: suauitate & inanitate sermonum aures demulcent; cor autem aculeis pungunt. Qui huiusmodi erant apud Romanos, prouerbiali schemate dicebantur, *Oleum ferre in auricula.* Vnde Mart. lib. 5. in Marullum, hominem suspectæ fidei, quique aliud mente comminiscebatur, aliud specie simulationis ostentabat, ita Satyricè inuehitur, Prou. 5. Psal. 34. Chald. Martial.

Narratur bellè de te dixisse, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auricula.

Oleum nánque, vt Galen. autor est lib. 2. de simpl. med. facul. cap. 7. mordenti pariter ac lenienti virtute præditum est. *Oleum* (inquit propheta Psal. 140.) *peccatoris non impinguet caput meum.* Detestatur metaphoricum oleum. Oleum quippe peccatoris, idem est, quod oleum amaritudinis, siue veneni, aut fellis, vt vertit Hieron. quia *Rosch*, Hebraicè, *virus* significat, quod serpentes in capite habeant. *Venenum ergo aspidum sub labijs eorum est, ad sermones subdole effingendos*, sequitur: *Quoniam adhuc & oratio mea, in beneplacitis eorum.* 70. vertunt, *in malitijs eorum.* Chald. *ordinatur in malitiam eorum*; id est, contra fraudulentos eorum sermones. Oleum ergo peccatoris vaniloqui, & seductoris non infundatur in caput tuum, siue in mensa sis, ad quam accubituri Romani iuxtà & Hebræi vnguebantur; siue in foro siue alio in loco; sunt enim huiusmodi homines oleo similes, quod Galen. citatus cap. 22. materiam propterea quandam cæterorum medicamentorum vocat, quòd res, quibus miscetur, ita attemperet, vt pro illarum insito frigore aut calore; mistum reddat frigidum aut calidum. Vespertilionibus Alciatus comparat, qui ancipitis fidei cùm sint, & nec huius, nec illius gregis, cum vtroque tamen colludunt. De se apud Varronem quidam, qui paralitari solebat, ita loquitur: Galenus. Psal. 140. Hieron. 70. Interp. Chald. Oleum peccatoris. Oleū medicamentorum materia. Alciatus. M. Varro.

Quid multa? factus sum vespertilio, neque
In muribus planè, neque in volucribus sum.

Fraudulenti similes vespertilionibus.

Quis ergò, nisi demens sit, huiusmodi homines affectabitur? siue illi ex circuncisione sint, quos redarguendos præcipit Apostolus; siue ex hæreticorum castris, siue ex alia hominum corruptorum fæce, vitandi prorsus sunt. Eos præclarè mihi visus depinxisse, sumpta ex hoc Pauli loco, occasione D. Hilarius lib. 8. de Trinitate. Cuius verba subiungam: [*Multi sunt* (inquit) qui simulantes fidem, non subditi sunt fidei, sibique fidem ipsi potiùs constituunt, quàm accipiunt, sensu inanitatis humanæ inflati; dum quæ volunt sapiunt, & nolunt Hilarius 8. de Trin.

Deſcribuntur, qui falſam ſapientiam amplectuntur.

ſapere, quæ vera ſunt; cùm ſapientiæ veritas ſit, ea interdum ſapere, quæ nolis: ſequitur verò hanc voluntatis ſapientiam, ſermo ſtultitiæ, quia neceſſe eſt quod ſtulte ſapitur, ſtultè & prædicetur. Iam verò ſtulta prædicatio quantum malum eſt audientium, cùm ſeducuntur in ſententiam ſtultitiæ ſub opinione ſapientiæ? Et idcircò Apoſtolus hunc de his ordinem tenuit, dicens; *Sunt enim multi non ſubditi, vaniloqui ſeductores.* Contradicent itaque & impietati inſolenti, & inſolentiæ vaniloquæ, & vaniloquio ſeducendi; & contradicendum per doctrinæ ſanitatem, per fidei veritatem, per verborum ſynceritatem, vt & ſanitas veritatis ſit, & veritas ſanitatis, &c. Deinde addit; Ac mihi quidem, & nunc cõmemorandæ ſentẽtiæ huius Apoſtolicæ fuit cauſa, quia homines mente peruerſi, & profeſſione fallaces, & ſpe inanes, & ſermone viperini, contradicendi nobis neceſſitatem imponunt, dum lethales doctrinas, & morbidas intelligentias & corruptas voluntates, ſimplicitati audientium, per ſpeciem religionis, *inſinuant.*] Hæc ille, ſatis explicans quàm neceſſe ſit ſimplicibus Chriſtianis, eos defugere magiſtros, qui aut vanam vſurpant doctrinam, aut ad fallendum compoſitam.

Homines falaces & viperini contradicendi ſunt.

VERS. 11. Qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia.

Oſtenduntur Iudaizantium corrupti mores & doctrina.

ANNOTATIO IV.

1. EXprimit Iudaizantium mores, hoc eſt, eorum, qui de circunciſione erant, ſiue de genere Iudæorum. Hi enim gentes ad fidem conuerſas ad Iudaiſmum reuocabant, & cum Euangelio Iudaiſmum copulantes, vt Ebionitæ & Cherinthiani, cælum terra miſcebant. Triplex autem ratio illis erat docendi. Prima innuitur illis verbis: *Qui vniuerſas domos ſubuertunt*, ſeu, vt legit interpres Theophylacti, *qui totas domos peruertunt.* Sed quomodo domos peruertunt? reſpondet Theophyl. *vecte ſunt diaboli, quibus demolitur domos.* De his Dominus Matth. 23. *circuitis mare & aridam vt faciatis vnum proſelytum.* Hi nánque imitantes inimicum hominem, qui media nocte dormientibus hominibus ſuperſeminauit zizania, Matth. 13. docebant, non publica concione, ſed familiari, & priuata doctrina. *Qui enim malè agit, odit lucem*, Ioan. 3. Hoc artificio non vnum, aut paucas domos, ſed vniuerſas cum dominis familiiſque ſubuertebant, & à vero fidei ſenſu, auocabant.

Interpr. Theophyl.

Iudaizantes vectes ſunt diaboli. Matth. 23. Ioan. 3.

II. Secunda inſinuatur in particula, *docentes, quæ non oportet*; Docebant enim veterem legem à Moyſe promulgatam, quæ iam per Chriſti gratiam abrogata erat. Erigere autem Moſaicam legem, & mortuam ſuſcitare, piaculum erat anathemate plectendum, quo dicitur feriendus Ioſue 6. qui ſolo æquatam reædificauerit Hiericho. Aduertit D. Hieron. perſtringi Iudæos, qui naſcentem Chriſti Eccleſiam tempore Pauli, ſubuertere nitebantur, & introducere præcepta legalia, de quibus in epiſtola ad Romanos, & ad Galatas amplior fit mentio. Vnde idem Hieron. in præfat. epiſtolæ ad Gal. ſic ait: *Nullus quidem Apoſtoli ſermo eſt; vel per epiſtolam, vel præſentis, in quo non laboret docere antiquæ legis onera depoſita, & omnia illa, quæ in typis & imaginibus præceſſerunt, ad eſſ.*

Ioſue 6. Hieron. Iudæi ſuſcitare volunt legem Moſaicam cuius onere per Euang. liberati ſumus.

id est, otium sabbati, circuncisionis iniuriam, Kalendarum, & trium per annum solennitatum recursus scrupulositatem ciborum, & per dies singulos lauacra iterum sordidanda, gratia Euangelij subrepente cessasse; quam non sanguis victimarum, sed fides animæ credentis impleret. Hæc ille.

III. Tertia est in illis verbis: *Turpis lucri gratia.* Turpe est omne lucrum quod percipitur tanquam merces doctrinæ. Vnde sapienter à quodam Iurisconsulto, ciuilem sapientiam tractante, de sua facultate, dictum est; non esse illam pretio numario æstimandam, aut dehonestandam. Quanta ergo erat Iudaizantium turpitudo, qui diuinam doctrinam venditare nõ formidabant? Priores sanè erant hi Iudaizantes, illis, de quibus ad Rom. 10. loquitur Apostolus, qui non quæstus gratia, sed zelo legis adducti, eadem docebant. Porrò cùm negotiatio vix honestatem habeat, vt ex eo constat, quòd sancti omnes, ab ea sic abhorruerint, vt negotiationem publicè pœnitentibus, vix permiserint, ne dum clericis, vt constat ex cap. Qualitas lucri, de Pœnitentia d. 5. profectò detestanda est ratio, quæstum ex catechismo comparandi, tanquam turpe lucrum. Est enim venter interpellator molestus, & malè suadus; vnde Persius in procœmio,

Turpe lucrũ est, quod recipitur in pretium doctrinæ. Rom. 10. Gratianus. Persius.

Venter magister artis, ingenijq; largitor.
Vt si dolosi spes refulserit nummi
Ceruos poëtas & poëtridas picas
Cantare credas Pegaseum melos.

Turpe lucrum, vocat Augustinus in lib. de opere monachorum cap. 28. hypocritis familiarem quæstum. Hi enim martyrum reliquias ætate Augustini venditabant, exigentes pretium simulatæ sanctitatis, quos vir sanctus carpit, suadens monachis, ne otio huiusmodi, facilem victum quærant, sed arcta potiùs via ad regnum Dei incedant. Isidorus, de officiis Ecclesiasticis lib. 2. cap. 15. quosdam Iudaizantibus similes notat, quos circumcelliones vocat, petaces, & vagos, gloriâ ab hominibus captantes. D. Hieron. aliter interpretari nos posse ait; quod dictum est, *turpis lucri gratia*, nempe, vt putemus Apostolum communi verbo vsum, quo omnes hæretici cùm peruersa docent, se hominum solent asserere lucratores: cùm non lucrum sit, sed perditio, animas interficere deceptorum. Contrà, qui errantem fratrem suum iuxta Euangelium corripuerit: si fuerit ille conuersus, lucratus est eum. Quod enim maius lucrum potest esse, aut quid pretiosius, quàm si humanâ animam quis lucretur? Hinc infert Hieron. hanc assertionem: *Omnis igitur doctor Ecclesiæ, qui ad fidem Christi recta ratione persuadet, honestus lucrator est, & omnis hæreticus, qui quibusdam præstigijs homines fallit, & fallitur; loquitur quæ non oportet turpis lucri gratia.* Hæc ille.

Augustin. Pretiũ simulatæ sanctitatis tempore D. Augustini. Isidorus. Hieron.

VERS. 11. Docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia.

Quantùm noceat virtuti, laudis amor, & turpis lucri appetitus, & quomodo vincendus vterque sit morbus Iudæis familiaris.

ANNOTATIO V.

I. IVdæorum fuit semper, & præcipuè Pharisæorum in vicis & plateis; & vbique humanam venari laudem. Quid causæ est, vt tam solicitè domos

Venatores laudis humanæ.

adierint ſimplicium Chriſtianorum, quod Paulus doleret, niſi, vt docendi plauſibiliter occaſionem nacti, ſe teſtamenti vtriuſque peritos cum Apoſtolorum
Chryſoſt. probro, quos præ ſe, legis ignaros dicebant, venditarent. D. Chryſoſt. hîc ad finem homil. 2. hoc argumentum tractat, ſumpta occaſione ex Iudaizantium, qui Eccleſiam Chriſti naſcentem perturbabant, vitiis. Illi enim magiſterium oſtentare cupientes, inanitate verborum, & fallaciis vtebantur. Dominari nánque volebãt ſoli, & quæſtum facere, ducti laudis & gloriæ appetitu. Quæ perturbationes excæcant, vt Chryſoſt. ait, mentis clariſſimum lumen; & quemadmodum venti cùm in ſerenum irruerint pelagus, ipſum totũ à fundo perturbant; ita hæ ægritudines tranquillum animi ſtatum, atque in primis gloriæ væſana cupido. Nam pecunias quidem facilè quiſque contemnet, dum id inſtituerit; laudem verò non affectare, & honoris eſſe negligentem, magnæ Philoſophiæ & animæ cuiuſdam angelicæ, & quæ ipſum verticem cardinis cœleſtis attigerit, certum eſt argumentum. Nullum pernicioſius vitium eſt, nulla magis violenta perturbatio, & quæ ita fermè omnibus in locis obtineat, alibi amplius, atque alibi minùs, vbique tamen.

Quomodo frenanda cupiditas gloriæ humanæ cõſideratione reiũ cœleſtium. Dolendũ eſt cùm auditores applaudunt tibi, & nullum referũt fructum.

II. Poteſt hic morbus curari autore Chryſoſt. ſi in cœlum ſemper noſtros defigamus obtutus. Deinde, *quoties videris cupus*, inquit Chryſoſt. [*Attollere* ab humo; cœleſte verſa animo theatrum. Homines, etſi inpræſentiarum laudent, poſt modicum vituperabunt, inuidebunt, carpent: At nõ ita Deus; gaudet ille cùm iuſtitias noſtras collaudat. Dixiſti aptè, plauſibúſque exceptus es, quid inde obſecro lucri retuliſti? Nam ſi huiuſmodi laudatores inde vtilitatem cõſecuti ſunt, pœnitentiam egerunt, & peccata deſeruerunt, meritò gaudendum eſt: non ideò quòd ipſe laudatus ſis, ſed quòd perclara illa mutatio, facta eſt. Cæterùm ſi illi perpetuò laudent, & turbas excitent, & plauſibus perſtrepant, nullum verò inde referant fructum, dolendum eſt.]

At verò ex religionis habitu, actúque gloriaris? ſiquidem reuera religioſus fueris, nihílque tibi mali conſcius ſis, gaudere conuenit; non quòd huiuſmodi videaris, ſed quòd huiuſmodi ſis. Quòd ſi multitudinis gloriã aucuparis; conſidera huiuſmodi laudatores tuos, in die illa iudicij, non fore iudices tuos, *ſed eum, qui occulta nouit*. Nemo tibi honorem impendit? At in eo quidem gaudendum eſt; neque enim tibi inter cætera huiuſmodi quoque honorem Deus
Amos 2. obiicier. An non obiicit inter cætera beneficia, hoc quoque Amos 2. *Aſſumpſi*, inquit, *de filijs veſtris in prophetas, & ex adoleſcentibus veſtris, in ſanctificationem.* Hoc etiam lucraberis, quòd maiori ſupplicio non eris obnoxius. Nec dicetur
Matth. 5. illud Matth. 5. *receperunt mercedem ſuam.* Non prohibẽt ſancti gloriam appeti; ſed illa volunt ambiatur gloria, quæ vera eſt, quæ ex Deo eſt. In occulto religioſus, timoratúſque perſiſtens, non tibi inanem faſtum, ſerpentinámque ſimulationem circundes. Abiiciamus ouinam pellem, ipſi potiùs oues ſimus.

Quàm abiecta res ſit humana gloria.

III. Quàm abiecta res ſit humana gloria, & quàm vilis, duabus comparationibus oſtendit Chryſoſt. Prima ſumitur à pueris lactentibus. Secunda ab hiſtrionibus. [*Quis* enim magnificit vnquam à multitudine paruulorum, qui ſubiecti vberibus ſint, laudari? Quis formam, quam ſibi pulchram interdum affingunt in ſcena hiſtriones, ſitiẽter appetiuit? Inanes ſunt illæ ſpecies, ſolidi nihil habent; ſoluto theatro ſublatiſque perſonis, vnuſquiſque quod eſt, id quoque videtur. Dic quæſo quid in ſe præclari habet à multitudine aſpici, aut laudari?

laudari? Nam vbi te receperis domum, solúsque fueris, id omne prorsus effluxit. Ergo eò nostra feratur intentio, quo nempe pacto Dei mereamur ore laudari. Fieri non potest, vt homo mancipium gloriæ, non sit omnium seruus: imò omnibus seruis abiectior. Neque enim talia nostris imperamus seruis, qualia his, qui amore gloriæ capiuntur. Idcirco Paulus, *Gloriam*, inquit, *ab hominibus non accipio*, 1. Thessal. 2. Humana omnia sunt prorsus inania; atque in hoc Deo æquales euadimus. Ille quippe mortali non indiget *gloria*.] Homo mancipium gloriæ. Chrysost. 1. Thess. 2.

IV. Appetitus lucri, qui auaros animos occupat, expugnari potest consideratione supplicij diuini, & in hanc vitam, propter hanc labem immissi. Vnde Greg. Naz. Orat. in plagam grandinis, discutere iubet conscientiam, *cuius*, vt ille ait, *domesticum est, & verum tribunal*; *& de peccatis dolere, quæ Dei iram prouocant*. Inter alia peccata, quæ grandinis sterilitatem, & famem in Nazianzenos suos intulisse arbitratur, numerat auaritiam. *Magna*, inquit, *vitij medicina est confessio, & peccati fuga*. Deinde se immiscens populo, vt olim Daniel ad impetrandam misericordiam, sic ait: *Alius nostrûm pauperem oppressit terræque partem alia quam interuertit, domum domui, & agrum agro adiunxit; pertinacique animo in hoc incubuit, vt vicinum nullum haberet perinde ac solus habitaturus in terra. Alius vsuris, & augmentis terram fœdauit, colligens vbi sementem non fecit, non ex cultu, sed ex pauperum egestate facultates suas augens. Alius areæ torcularisq; primitijs Deum, cuius munere omnia habuerat, defraudauit. Alius nec viduam, nec orphanum miseratus est, nec panem pauperi impertit. Ob eas etenim causas venit ira Dei in filios contumaces, Ephes. 5. ob eas causas, vel clauditur cœlum, vel perniciosè aperitur. Quid ad hæc dicemus, qui frumentum emercamur, sordidumq; postea quæstum ex eiusdem venditione captamus; temporumq; difficultates obstruamus, vt opibus affluamus, & alienis calamitatibus insultemus? Atque non vt Ioseph, Gen. 41. Ægyptiorum facultates dissensionis maioris causa, sed, vt impij & nefarij homines, populorum nostrorum bona comparemus.* Hæc Nazianz. cuius vltima verba enarrás Nicetas sic ait: *Ille*, S. Iosephus, *frumento omni collecto totam Ægyptum Pharaoni comparauit; atque adeo Ægyptios ipsos in seruitutem sibi subiecit, vt terra excoleretur, populusq; aleretur, nec fame interiret. At isti frumentarij mercatores, idcirco frumentum emunt, vt fratres suos opprimant.* Appetitus lucri retunditur cõsideratione pœnæ superuenturæ. Greg. Naz. Conscientiæ est domesticũ, & verum tribunal. Auaritiæ & vsuræ sectatores pœnis coërciti. Ephes. 5. Gen. 41. Nicetas. Auarorum mores.

V. Addit Nazianz. ex Amos S. *Quando effluet mensis, vt rerum pretia augeamus?* Vbi Nicetas: *Crudelitatis Amos istos negociatores accusat, qui finem mensis semper expetunt, vt fœnora fœneribus adijcientes, rerum suarum pretia intendant: & quoniam Deut. 31. scriptum est, septimo quoque anno dimissionem fieri, idcirco ipsi quoque annorum hebdomades effluere cupiunt, vt postea apertis Thesauris fœnerentur: nec propter legem debitum remittere necesse habeant: Nec contenti parua quoque mensura dantes, ad magnam mensuram exigunt ea, quæ recipiunt.* Quæritur præterea Nazianz. quòd perinde aliqui aurum & argentum, atque olim quidam Baal, & Astaroth execrandum simulachrum, adorent, 3. Reg. 11. Quare non dubitat, ob incredibilem turpis lucri cupiditatem, immissam fuisse plagam grandinis. Amos 8. Nicetas. Deut. 31. Fœnoris sectatoresquid agant. 3. Reg. 11.

VI. Inuehitur D. Augustinus super Psalm. 123. in eos qui lucra sectantur, ob dulcedinem diuitiarum, obliti damnorũ, quæ interim in bonis animi patiuntur; sic enim ait: *Dulcedo huius sæculi ad tempus fauces indulcat, sed in magnam amaritudinem postea conuertitur. Ecce peccasti, & lucrum fecisti. quid est, quod fecisti*

 Augustin. Psal. 123.

lucrum? vt lucrum faceres Deum offendisti: vt augeres pecuniam, fides diminuta est, & aurum crescit. Compara fidem auro si venalis esset in nundinis fides, haberet pretium. Lucra tua cogitas, damna tua non cogitas? de arca gaudes, & de corde non plangis? Abundat nescio quid in arca tua; sed vide quid immmutum sit in corde tuo. Plus perdidisti, quàm acquisisti. Vis videre? quod perdidisti, nec naufragio tibi poterat auferri. Paulus cum quo multi naufragauerunt, qui nudi intus & foris exierunt, in corde ferebat patrimonium fidei suæ nudus exijt, & dimes exijt. Deinde subiungit exhortans nos ad contemptum diuitiarum: *Ille habet aurum*, inquit, *qui nouit vti auro. Qui auro vti non nouit, habetur, non habet; possidetur, non possidet. Estote domini auri: quia aurum Deus fecit; & te super aurum ipse fecit. Aurum fecit ad subsidium tuum, & te ad imaginem suam. Vide quod supra te est, & calca quod infra te est.* Paulo infrà, instabilitatem diuitiarum commemorans, erigensque animos ad spem æternarum opum contra tenacem & auarum hominem, sic exclamat: *O infelix quid tenes? Ecce dicis malo, quod teneo, si autem non tenes, quare non illud tenes, quod non potes amittere? Quid ergo tenes? Aurum. Tene ergo, si tenes, non tibi auferatur inuito. Si autem & per aurum traheris, quò non vis, & ideò te quærit maior aquila, quia prior cepisti leporem: præda tibi fuit minor, præda eris maiori. Hæc non vident homines in rebus humanis tanta cupiditate cæcantur.* Hæc Augustinus. vnde elicitur, frænandam esse laudis, & diuitiarum cupiditatem, appetitumque sordidi quæstus, quem sibi Iudaizantes proponebant.

Præstat thesaurtis, fides.

Ille habet aurum, qui nouit vti auro.

Præda auaro fuit minor; ipse præda erit maiori. August.

VII. Extant exempla valdè notanda, ex quibus patet, quò processerit hic affectus, quo à turpissimis humanæ gloriæ & lucri mancipiis, religio in superstitionem versa est. Epiphan. hæres. 9. & 53. refert, duas fœminas Martin. 5. & Marthanam in veneratione habitas fuisse; quod ex semine Elisæi pseudoprophetæ essent; vnde quacunque eæ in publicum exibant, turbam sequentem se, ita tenebant stupidam, vt pedum pulverem, oris sputa, & saliuam reliquasque corporis sordes colligerent, quibus vterentur in morbis curandis, & in amuletis. Stolidos præstigiatores, & huiusmodi sordium venditores, à Iudæis profectos, & oriundos, ad Constantij Imperatoris, & sua vsque tempora peruenisse, Epiphanius scribit.

Epiphan. Duæ fœminæ gloriola ductæ, verterũt religionẽ in superstitionem.

Superstitio à falsis prophetis orta.

B. Prosper. B. Prosper discipulus D. August. *de dimidio temporis*, cap. 6. de signis venturi Antichristi agens, partim vidisse, partim audiuisse se testatur; cùm alibi, tum in Campania, non procul à Neapoli, qui sub specie monachorum ægrotis phantastica illuderent curatione, eos nescio, cuius mortui linientes, & martyrum merita assignantes; sic vt gressum claudi, visum cæci, sibi putarent redditum: sed discedentibus seductoribus, nihil effectũ, qui sanati videbantur, experti sunt. Hos fugientes postquam proditi sunt, Episcopi, quòd multa in animarum subuersionem promitterent, & illicita facerent, pœnis mulctarunt.

Præstigiis claudi & cæci videbãtur sanari.

Greg. Tur. Greg. Turonensis Gregorij Magni ætate vixit. Is hist. Francorum lib. 9. c. 6. testatur, fuisse tunc seductorem eximium, in Galliis Colobio indutum, amictum desuper sindone, crucem ferentem, de qua dependebant ampullæ, oleo sancto (vt dictitabat) venerabiles: se ex Hispaniis venisse affirmabat cum reliquiis martyrum, Vincentij & Felicis. Mitto cætera: cùm rusticorum duceret Parisiis choros, cruce prælata, & reliquias, parui pendens; Episcopo proditus est seductor, & in cellulam inclusus. Sacerdos cuncta, quæ hîc attulerat, perscrutatus, inuenit sacculum magnum plenum radicibus multarum herbarum.

Seductoris in re sacra artificium.

Ibii

ibi murium oſſa, talpæ dentes, adipes erant vrſini, quibus maleficiis in omnem proiectis, Pariſiis excluſus eſt. Vides quantum detrimenti afferat laudis, & turpis lucri appetitus: Ex hoc affectu reliquiæ Sanctorum ab impoſtoribus ſæpè venditæ ſunt, contra quos legem tulerant Impp. Honorius, & Theodoſius. C. de ſacroſanctis Eccleſiis, L. *Nemo martyres diſtrahat, nemo mercetur*, &c. Hinc eleemoſynarum, hoſpitalium & fabricarum ficti quæſtores. Hinc quæſtuarij concionatores. Vnde Clem. V. in Conc. Viennenſi, quæſtores niſi literis Apoſtolicis, vel Diœceſani exhibitis, admitti vetuit; quod ad concionatores quæſtuarios etiam extendit. Admonuit Petrus Aliacenſis libello, de reformatione Eccleſiæ, conſideratione quarta, prouidendũ eſſe ſuper correctionem quæſtuariorum prædicantium, quod mendaciis & immunditiis Eccleſiam maculent. Quod ex Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. prouiſum eſt, ſublatis eleemoſynariis quæſtoribus, & à prædicandi munere per ſe, vel per alios amotis. Ex dictis patet eliminandos eſſe homines quacunque ſpecie ſe venditent, qui ſeductione alios ad perniciem inducunt & vniuerſas Iudaizantium more, domos fidelium ſubuertunt.

C. de ſacroſanctis Eccleſiis. Clem. V. Quæſtarij concionatores non ſunt ferendi. Conc. Trid.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO X.

VERS. 12. Dixit quidam ex illis proprius ipſorum Propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt.

Græcè; Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί· ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. HIERON. exiſtimat referenda eſſe hæc verba ad ſuperiorem ſententiam hoc modo; *Huius rei gratia, reliqui te Creta, vt ea, quæ deſunt, corrigas.* Quod autem ſupereſt, corrigendum dixit quidam proprius ipſorum Propheta, *Cretenſes ſemper mendaces, &c.* Vel, ſi cui hoc, inquit, abſurdum videtur, propterea, quòd multa in medio interpoſita ſunt, aptandum erit iis quæ magis vicina ſunt, hoc modo: *Sunt multi inobedientes, vaniloqui, ſeductores, &c.* Quibus oportet obturare os, nõ ſolùm Scripturæ teſtimoniis ſed etiam domeſticis. Videntur autem Iudæi, de quibus Paulus agit, Cretenſes fuiſſe, atque adeò mendaces. Dixit enim quidam eorum propheta, *Cretenſes, &c.* Sed nos ſingula euoluamus. Hieron.

II. Primùm dum ait, ἴδιος αὐτῶν προφήτης, prophetam vocat poëtam, qui quaſi præſenſerit futura. Proprium autẽ dicit quod in Creta natus, & educatus fuerit, qui hæc ſcripſerit. Fortè per ironiam Cretenſem hunc poëtam, prophetam Prophetam vocat Paulus hìc poëtam.

tam vocauit, quasi talibus Christianis, tales congruerint prophetæ, siue quòd
Epimenides. is Epimenidis liber vnde versiculus hic sumptus creditur, inscriptionem habeat περὶ τῶν χρησμῶν, id est, de oraculis, licèt non desint, qui testimonium hoc
Callimach. referant ad Callimachum Cyrenæum, apud quem principium huius carminis legitur Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, quòd Iouis apud se sepulchrum esse confinxerint, cùm is iuxta communem vulgi opinionem, fuerit mortis expers. Extat apud
Cum Crete Cretiza. Ang. Polit. Adagia. Græcos prouerbium, quod lubricam esse testatur Cretensium fidem, imò nullam, κρητίζει πρὸς τὸ Κρῆτα, *cum Crete Cretizat*, de quo vide Angeli Politiani Miscellanea, & Adagia Manutij. Est autem versus integer heroicus apud Epimenidem,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Faber Stapul. Quem versum Faber Stapulensis Latinum reddere, versu etiam heroico nititur, ad hunc modum:

Gnoßius vsque loquax, mala bestia, viscera pigra.

Non tamen, quod voluit, est assecutus. Nec enim idem est, loquacem esse, & mendacem, nec vt hominem cibo deditum ventrem dicimus, item viscera vocamus; vt interim taceam *Gnoßium* positum pro Cretensi, & *vsque* pro semper. Rectiùs transferes,

Mendax, ventris iners, semper mala bestia, Cres est.

Iam vocabulum θηρία, non simpliciter bestias, sed & feras, & veneno noxias belluas significat. Quod apertè indicatur, in titulo Nicandri, qui scripsit,
Parasiti dicuntur ventres. Terentius. Cicero. θηριακά; neque enim ouem rectè dixeris θηρίον. *Ventres* appellat homines ventri deditos, aut multo abdomine ventricosos, quemadmodum Terentius in Phormione, cibo deditos, *ventres* appellat. Parasitum nanque indicans, *Pugnos*, inquit, *in ventrem ingere*. Et Cicero, pro Cælio, ex Lucillio.

Viuite lucrones, comedones, viuite ventres.

Plutarchus. Plutarch. de discrimine adulatoris & amici non minùs in parasitum, quàm in canetum conuenire putat hunc Iambum:

Est venter omne corpus, vndique obtuens
Oculus, suisq; reptat bestia dentibus.

Aristot. Berosus. Aristot. 3. Moral. γαστριμάργους appellari ostendit homines, qui præter modum cibo potúque ventrem explent, quasi ventre insanos. Berosi qui circumfertur libellus, & alij testantur, ob infandos concubitus, & ferales epulas, veteris (spectaculum horrendum!) matrum resectis, vt infantulos mensis apponerent, vltore diluuio, vniuersum orbem periisse. *Omnis caro*, inquit, sacer historicus,
Gen. 6. Strabo. Galli magni faciebat corporis maciē. Genes. 6. *corruperat viam suam*. Insanos & brutis similes homines reddit gula. Vnde, vt autor est Strabo lib. 4. Galli olim, ne eum Cretensibus bestiis adnumerarentur, laboribus agitabant corpora, vt macillenti essent, ventréque minimè propenderent. Iuuenis, qui Zonæ mensuram excederet, pœna mulctabatur.

Chrysost. Theophyl. III. Secundò notandum est ex Chrysost. & Theoph. non esse mirandum, si Paulus producat poëtam Ethnicum; seruit enim scenæ, vt dicitur: Nam licèt incircuncisi non essent in templum Dei introducendi; dùm tamen aliquid quod verum est, & Christianismo vtile dixerunt, possunt eorum dicta in Ecclesiasticos mores induci. Quid enim vetat à poëtis aliquãdo prædici id, quod

verum

verum est? cùm & dæmones ipsi, vera plerunque, cùm sint mendacissimi, loquantur? Ea est autem huius dicti occasio. Cretenses sepulchrum habent Iouis sita inscriptum, *Hic iacet Iupiter*. Poëta igitur ait, vt refert Theophyl. ex Epimenide & Callimacho, Theophyl.

Cretenses semper vani: struxere sepulchrum
Cretenses, Rex alme, tuum: succumbere morti
Sed nunquam poteras, qui cuncta in secula viuis.

At, dicet aliquis, cùm Apostolus dicat testimonium, hoc verum esse, videtur confirmare sua autoritate poëtæ dictum; atque adeò iuxta Apostolum Immortalis est Iuppiter? soluit hunc nodum Chrysost. hom. 3. ad hunc modum: Apostolus vnum tantùm protulit testimonium, quo mendaces esse Cretenses domestico teste id prodente, significaret; atque hoc verum esse definiuit. In multis enim mendaces fuerunt, & quòd Iouem Deum facerent, & quòd in dictis & factis, vani fuerint. Non tamen approbare voluit omnia poëtæ dicta, de quibus sermo non erat; vnde nec Iouis immortalitatem ab Epimenide, & aliis poëtis assertam, confirmauit. Id tantùm, quod verum erat, & vtile futurum sperabat, assumpsit. Oportebat enim, vt Titus ingeniosum Cretensium, quorum Episcopus erat, probe agnosceret, & mendacij fibras ab hac gente extirparet. Paulus non cõfirmat vera esse omnia quæ dicũtur à poëta, sed vnum tantum dictum. Chrysost.

IV. Sic Isai. cap. 1. vocat Israëlitas *principes Sodomorum & populum Gomorrhæ*: & Baptista, de Phariſæis & Sadducæis dixit Matth. 3. *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira?* Cuius dictum confirmauit Christus, dicens infrà 23. *Gemmina viperarũ quomodo fugietis à iudicio Gehennæ?* Item; *væ vobis Scribæ & pharisæi hypocritæ*. Nec mirandum est notari vitia nationum in sacris literis. Id enim vtile est, & ipsis, vt emendentur, & cæteris, vt cautè cum illis agant. Sic Isidorus Peluſiota epistola 281. Cappadoces quòd à Gabaonitis originem trahant, mendaces esse, & improbos affirmat, *Subdola*, inquit, *atque improba magna ex parte hæc natio est. Pace offenditur, contentionibus ac desidijs altitur. Eundemque dulcis & amari fontem habet. In congressu blandè ac benignè loquitur: in absentia obtrectat. Fallax est, impudens, cauillatrix, superba, & contumax. In secundis amicorum rebus mœstus, in aduersis lætus, & insatiabilis. Ad mentiendum promptus est, ad peierandum, celer. Ac demique quale habes genus improbissimum, ac prorsus exosum Gigantum, tales omnes Cappadoces esse existima; ac pro certo habe.* Hæc ille. Nota illud, ὅσοι ψεῦδος ἔξω, σεσῖς τὸ παραπαν πάχυ. Iactatum quoque prouerbio est apud Græcos τρία κάππα κάκιστα, id est, *tria pessima Kappa*. Isai. 1. Matth. 3. Infrà 23. Notantur in sacris literis vitia nationum. Isidor. Pelus. Cappadocũ subdolũ ingenium, & mendax natura. Tria pessima Kappa.

Hoc enim veluti ænigmate, trium gentium mores notati sunt, Cappadocum, Cretensium, & Cilicum. D. Augustin. in grammaticis indicat fuisse, in tres Romanos tortum magistratus; Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum. Vide Erasmum Chiliad. 3. centur. 6. num. 82. Illud etiam aduerte; non dixisse Apostolum, Cretenses in omnibus dictis mentiri, vt enim Ouidius ait: *Nec fingunt omnia Cretes*, sed propensionem naturæ & habitum significari. Chiliad. Erasmi.

VERS. 12. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta.

Vtrum fas sit vti Gentilium testimonijs.

ANNOTATIO I.

Paulus non semel vsus est gentiliū dictis.

I. SAtis erat, vt quæstionem hanc expediremus, vsum fuisse non semel Apostolum Gentilium dictis; verùm rationem etiam assignare volumus, cur id deceat. Prima est, quòd Gentiles maximè reuincimus, cùm suorum in eos retorquemus maledicta, eosque, qui apud eos fuêre mirabiles, accusatores errorum, in quibus ipsi viuunt, constituimus. Idcirco Act. 17. his testimoniis vtitur dicens, *Ignoto Deo.* Athenienses nánque, quoniam ab exordio suæ Reip. non omnes Deos simul acceperunt, verùm per tempora, illorum sacra vrbem ingressa sunt, sicuti Pan ex Arcadia; coniicientes ex hoc fieri posse, vt esset & alius Deus, qui ab ipsis nescireturi, vt etiam illi, seipsos deouoerent; eam aram instituerunt, quam inscriberent, *Ignoto Deo.* Ex hac igitur inscriptione Apostolus sumpta materia, ait: Quem ergo vos ignorantes colitis, hunc ego vobis annuntio; *Hunus enim & genus sumus.* Vltima verba, ex Arato sumpta sunt, & de Ioue dicta. Nam cùm dixisset Poëta, *Iouis omnia plena:* post paululum intulit, *Huius enim & genus sumus.* Hæc in ea concione protulit Apostolus, vt quæ Ioui à Gentibus ascripta erant, vero Deo restitueret. Itaque solet Paulus auditoribus in dicendo, se accommodare. Non sumit ferè ex prophetis testimonia contra Gentiles; nec ferè ex Euangelio contra Iudæos; sed vtrique populo, ea aptat, quæ fidem faciant. Vnde 1. Cor. 9. *Factus sum Iudæis tanquam Iudæus; his, qui sine lege erant, tanquam sine lege essem.*

Act. 17.

Aratus.

Apostolus ex Euágelio nō sumebat fere argumēta cōtra Iudæos, sed ex vet. testam. 1. Cor. 9.

D. Chrysost.

II. Hanc ipsam doctrinam confirmat D. Chrys. multis modis. Primò, Ex Magis quos Deus non per Angelum duxit; non per prophetam admouit; non Apostoli, non Euangelistæ ministerio vsus est; sed stellæ illis signum quo ducerentur, ostendit. Quippe in huiusmodi doctrinis, atque artibus periti erant, faciliusque vernaculo signo admoniti sunt. Secundò, Ex arca Dei, quæ cùm fuisset ab alienigenis capta, maximisque plagis gens illa diuinitus percussa esset, inito remittendi consilio, *Si hanc,* inquiunt, *remittam vaccæ tenuerint, vera est Dei indignatio, quemadmodum suggesserani vates,* 1. Reg. 6. Num verò vates vera prosequuntur? absit. An non ariolos, & diuinos Deus ipse redarguit? Tertiò, ex muliere Pythonissa, 1. Paralip. 10. quia enim ei fidem habebant, idcirco per hanc Saul audire fecit, quæ se deprehensura essent mala. Quartò, ex silentio quod D. Paulus imposuit Dæmoni, dicenti: *Isti verè serui Dei altissimi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.* Quintò, ex ipso Christo Domino prohibente dæmones loqui, Marci 1. & Luc. 4. Causam prohibitionis quæris? Hanc reddit Chrysostomus dum ait, Signa nanque illic præcesserant, & hic iam non stella erat, sed ipse seipsum Dei filium prædicabat; dæmones autem non se prosternebant. Sextò, ex Num. 23. vbi Deus, Balaam ariolo permisit benedicere Israël, nec prohibuit. Adeò vbique Deus rebus ipsis se accōmodat. Permittit de se ipso opiniones astrui sua indignas maiestate, vt quòd corpus, quòd visibilis sit: cui errori occurrit Ioan. 4. *Spiritus est Deus;* Quid quòd gaudet victimis, re inquam à se valde aliena? Sermones admittit suæ simplicitati, & maiestate minimè con-

Magi vernaculo signo admoniti sūt de Natali Christi. 1. Reg. 6.

1. Paral. 10. Marc. 1. Luc. 4. Chrysost. Num. 23. Deus permittit de se opiniones astrui sua indignas maiestate; quas variis modis cōfutat.

Ioan. 4.

gruen

gruentes; vt cùm se irasci aut cõmoueri dicit; vt nimirum fidei nostræ robur addatur, & vtilitas. Nã si pater nullam habet suæ maiestatis rationem, sed cum pueruli suis lingua tota balbutit quæuis, & alimoniam quidem, & edulia, pocula quoque appellat vocabulis non elegantibus, & doctis, sed pueruli nescio qua, atque peregrina prorsus locutione: multò magis Deus: & exprobat clementer eò se demittens cùm per prophetam dicit: *Si mutabunt gentes Deos suos?* &c. Balbutit pater eloquens cum filiola; sic Deus, vt nos instruat,

Huius condescensionis diuinæ argumenta inuenire licet in sacris literis, tum verba, tum res ipsas. Hæc ferè Chrys. Meritò ergo Paulus ingenium ad mentiendum & ad alia vitia procliue, Cretensium taxans, domestico testimonio, & illis gentibus non improbando vtitur. Fuit enim Epimenides natione Cretensis, vt diximus patria, Gnosius philosophus, & poëta, & templi Mitræ, hoc est, solis sacerdos. Prophetam verò vocat non solùm, quia vulgo vates appellantur omnes poëtæ, sed etiam quia, vt testatur Laërtius, de Epimenide, opinio est, Cretenses, ipsi tanquam Deo sacrificia obtulisse, vt qui singulari quadam vi præditus fuerit prænuntiandi res futuras. Cicero quippe lib. 1. de diuinatione Cretensem Epimenidem, inter eos numerat, qui per furorem sunt vaticinati. Vnde apud Platonem lib. 2. de Rep. tom. 1. Adimantus, postquam poëtas Deorum filios dixit; addit, illorum aliquos prophetas fuisse. Abeant igitur illi, qui ignaua quadam religione impulsi, nihil audent ex profanis autoribus mutuari. Cùm enim omnis veritas à quocunque dicatur, à Spiritu sancto inspirata sit; & Paulus Canonicis scripturis poëtarum Ethnicorũ sententias aliquando interserat; angusti est animi, & parum docilis, omne profanæ scripturæ testimonium defugere.

Chrysost. Epimenides Gnosius. Laertius. Cicero, de diuin. Plato. Fas est vti profani scriptoris testimonio.

VERS. 12. Cretenses semper mendaces, &c.

Quædam nationibus insita esse vitia.

ANNOTATIO II.

LVNamquanque prouinciam suis vitiis denotari, obseruat hîc Hieron. & ad Galat. 3. *Et quidem Apostolus Cretenses mendaces; Galatas appellat & insensatos; vanos Mauros; feroces Dalmatas Latinus pulsat historicus; timidos Phrygas omnes poëtæ lacerant. Athenis expeditiora nasci ingenia philosophi gloriantur; Immanes Barbaros; Græcos, leues, coram Cæsare fugillat Tullius pro Flacco. Ingenita* (inquit) *lentitas, & erudita vanitas: Israëlem graui corde, & dura ceruice omnes Scripturæ arguunt. Nec hoc dicimus* (inquit Hieron. in præf. lib. 2. in epist. ad Galat.) *quòd non vbique diuersa nascantur, sed quòd ex magna parte etiam cætera quæ non sunt similia, nuncupentur.* Addúque *ad sua vsque tempora proprietatum, quibus vnamquanque regionem denotarat Apostolus, permansisse vestigia; Romanæ plebis fidem, facilitatem, superbiam. Corinthi, mulieres inuecto capite, viros comam nutrientes, indifferenter vescentes in templis, inflatos scientia seculari, &c. Macedones in charitate laudat, in hospitalitate, ac susceptione fratrum, sed reprehendit, vt ociosos, attentum cibum expectantes. Et hæc non magis docentis officio, quàm gentis virtute, vel inuitio admonebat.* Hæc ferè ex Hieron.

Hieronym. Galat. 3. Vitia quarũdã nationũ. Expeditiora Athenis ingenia nascebãtur, quàm alibi. Græci ferè Laudes.

II. Laudat Chrysost. hom. 5. Paulum, quod tantum in denotandis nationum vitiis modum seruauerit, vt lic etiam magis, quàm laudans, placeret. Sic

Chrysost.

Galatas vocans insensatos, Cretes pigros; exemplo suo nos docens, vt negligentes ac segnes ad officia pietatis, ne dum ad alia, simus.

De vitiis nationum quarundam quid censeant docti.

III. Porrò, de vitiis qui aut loci natura, aut cæli climate, ita populis innata sunt, vt hæc habeant propria, late agit Alexander ab Alexandro Genial. dierum, lib. 4. cap. 13. Ex illo, pauca subijciam [*Campani*, inquit, superbi natura, & bonitate agrorum ex mitissimo cælo, & affluenti copia voluptatum terrestrium, maritimarúmque rerum, semper habiti sunt. Domicilium enim superbiæ (vt Cicero inquit,) penes Campanos fuit; Argiui & Brutij ex more insito genti, latrones. Illorum nanq; ingenij, & latrociniis læta sunt, & rapinis gaudent. Rhegini pauidi & formidolosi. Itali nobilitate præstant, & regali quadam magnificentia lauti, & magni sunt. Galli super insitam genti vanitatem, mobiles, & stolidi; contentionis auidi, consiliisque capiendis, non ratione, sed impetu feruntur; tamen religioni deditos esse haud dubium est. Hispani iactabundi, duri, & parci; abactorésque acerrimi; ad inediam, laboréque, atque ad mortem parati. Græci licèt ingenio & fœcundia præstent eos, tamen nationis vitio (vnde Græca fides in prouerbium venit) assentatores, leues, atque infideles esse manifestum est. Cappadoces, Cilices, & Cretenses, suo ingenio fraudulenti, & mendaces; quippe promissi fidem fallunt, & periurio se astringunt, in quorum notam Græcum illud est] τρία κάκιστα κάκεσι. Hæc ille. Vnde colliges, cùm perpetua sint, & innata quædam singulis nationibus viria, mendacij notam, quam Paulus euulgat, Cretensibus adhæsisse, de qua Ouid. lib. 1. de arte.

Alexan. ab Alex.

Domicilium superbiæ, vbi dixerit Cicero.

Itali nobilitate præstãt

Græca fides.

Ouid. de Arte.

Nota cano: non hoc quæ centum sustinet vrbes.
Quanuis sit mendax, Creta, negare potest.

IV. Mitari nihilominus potest aliquis, cur Apostolus notam ignominiæ, insulæ amplissimæ, in libris sacris consignatam reliquerit. Videtur enim id à moribus Christianis, ne dum Pauli, alienum. Cæterùm excusari potest multis modis ea assertio. Primùm, quia hominum sermone veritati innixa circumferebatur. Deinde quia domesticum adducit eiusdem gentis testimonium, hoc est, poëtæ, cui honorem deferebant insulani. Confirmatio autem illa, *testimonium hoc verum est*, dictum poëtæ, tantiquam vaticinium quoddam approbat, non secus, ac nos oracula diuina per Balaam recitata approbamus & colimus. Tertiò, inseruit Apostolus hoc dictum literis sacris, non animo contumeliam inferendi Cretensibus, sed vtilitatem: videlicet, vt ipsi suum agnoscentes vitium, veritatem colerent, quæ ad fidem diuinam recipiendam, & constanter retinendam, multum iuuat; & vitam mendaciis pernitiosè deditam emendarent. Hoc enim Spiritu ductus Isai. 1. vocat Hebræos principes Sodomorum, & Gomorrhæ: & Bapt. Matth. 3. Pharisæis ait: *Progenies viperarum, &c.*

Approbat Paulus, quod à poëta de suis popularibus dictum est.

Isai. 1. Matth. 3.

VERS. 13. Testimonium hoc verum est.

Ab Apostolo non omnia Epimenidis dicta, sed vnum tantùm approbari.

ANNOTATIO III.

I. NOn significat his verbis Apostolus, mentitos hoc tantùm esse Cretenses quòd dixerint apud se sepulchrum esse Iouis (Imò de ea re fortè nec cogitauit)

cogitauit) sed innatam illis esse ad mentiendum pronitatem. Vnde Theodor. Apostolus non fabulas poëticas confirmare, ait, aut refutare, sed Cretensium meritis inconstantiam arguere. Theodor.

II. Explicat hic D. Hieron. eadem verba, quosdam reprehendens, qui Apostolo conuitiantur, vt imprudenter lapso; quòd dum falsos doctores arguit, versiculum comprobauit, qui Cretenses ideò fallaces dicat, quòd Iouis sepulchrum inane struxerint. Si enim, inquiunt, Poëtæ eos arguunt, quòd diuina non sentiant, Iouem, qui regnet in cælo, in sua insula sepultum fingentes, & poëtas verum dixisse comprobat Apostoli sententia: sequitur, Iouem viuum esse, non mortuum. Imperitè igitur idololatriæ destructor, dum aduersùs peruersos doctores agit, Deos, quos impugnabat, asseruit. His cauillatoribus, secutus Græcos interpretes, respondet Hieron. quòd, sicut alibi, alios poë- Hieron. tas citans non statim totam Menandri comœdiam, aut Arati librum probauit, sed versiculorum opportunitate abusus est; ita hîc, non totum opus Epimenidis, oracula, vel Callimachi hymnos, vno versiculo confirmauit; quasi verè dixerint Iouem Deum esse, & reliqua contenta in horum carminibus; sed ingenita Cretensibus vitia, increpauit, mentiendi in primis facilitate expressa. Hæc ferè ex Hieron. quo interprete vides, sic approbari ab Apostolo, vnum Epimenidis dictum; sicut in Canonica Iudæ Apostoli epistola, particula quædam approbata est libri Enoch; qui apocryphus est. An non satis indicat pronomen, *hoc*, quid ex toto libro Epimenidis Paulus approbet? Iudæ Canonica.

III. Quid quòd sicut insitum est mentiri Cretensibus, sic insitum est quibusdam nationibus, disciplinis delectari? Menander Attium disciplinas natiua consuetudine distingui apud nationes varias, affirmauit; Mitylenæos cithara delectari; Thebanos, tibia; Alexandrinos, geometria; Athenienses, statuaria & pictura; Crotoniatas, medicina: Eustathius, Bœotios palæstra probari ait: Lacedæmonios, legibus; Athenienses, nautica; Thessalos, equestri; Cyrenæos, curribus. Erasmus gentium vitia in Chiliadum initio subnotans, hæc cuulgat: Pæno perfidior: Scytha asperior: Scythotauris inhospitalior: Parthis vanior: Trhacibus bibacior; Sybarita fastosior: Milesiis effœminatior; Arabe ditior; Arcade stolidior; Care vilior; Cretensi mendacior. Et quia de Cretensibus peculiariter sermo est, fama est Cretam noxiis animantibus carere, serpentibus, lupis, vulpibus. *In fœminis tamen venenum esse. quod serpentibus innascitur, tradidit Ælianus, de animalibus lib. 5. cap. 2. Nam si qua mulier dentibus, aut vnguibus hominem læserit, mori aiunt sauciatum. Quo fit, vt, quæ terra non patitur monstra, hæc in incolis inueniantur.* Studia, quibus nationes alsquæ delectantur. Eustathius. Erasmus. Adagia sumpta à nationũ moribus. Ælianus. Fœminæ Cretenses venenatæ.

Paret hodie hæc insula Venetis, quorum ditioni adiecta fuit anno 1194. Vide Volaterranum lib. 9. Ann. 1194. Volaterranus.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO XI.

VERS. 13. Quam ob causam, increpa illos durè vt sani sint fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate.

Græcè; Δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει, μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων, ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. EMPHASIS est in verbis, *Increpa illos durè*: Nam ἀποτόμως, significat, *ad vivum, & seuerè*. Pro, *increpa*, Græcè est, ἔλεγχε, hoc est, *argue, refelle*. Pro particula, *vt sani sint*, Græcè est, ὑγιαίνωσιν. Quo verbo Paulus frequentiùs vtitur. Eo Græci significant quicquid probandum est. Vnde cùm omnia displicent, dicitant μηδὲν ὑγιὲς, id est, *nihil sanum*. Hîc autem, *vt sani sint*, nihil aliud propriè significat, quàm vt rectè se gerant. ποιεῖν verò siue *agrotare*, dicitur ille, apud Græcos, qui non rectè est affectus. Pro, *auersantium se à veritate*, Græcè est, ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν, id est, *auersantium veritatem*, siue abhorrentium à veritate. *Non intendentes Iudaicis fabulis*, hoc est, ad legem Mosis extinctam Christi aduentu, & ad ciborum ceremonias iam abrogatas, vt interpretatur Chrys. D. Hieron. per Iudaicas fabulas intelligit, omnia Rabbinorum commenta: Imò ipsa lex Mosaica, si alicuius mali interpretis vitio, vltra tempus suum extendatur, fabula est.

Chrysost. Hieron.

VERS. 13. Increpa illos durè, &c.

Cur iubeat Cretenses increpari durè?

ANNOTATIO I.

II. VAriæ possunt reddi rationes, cur hoc loco Apostolus, qui mansuetudinem, & patientiam in docendo passim commendat, iubeat, vt Titus dura vtatur, in subditos suos, increpatione. Prima redditur à D. Chrysost. hom. 3. *Ait enim, Paulum, eo sic loqui, quòd isti, sint mores admodum impudentes, subdoli, & profligati. Nam retenta mordicus superstitione, ad confingenda mendacia, doloſque nectendos, erant paratissimi. Ventri prætereà, & otio supra modum addicti; contra huiusmodi homines acri opus est & obiurgatorio sermone. Neque enim, qui tam insanis moribus præditi sunt facilè ad imperiti rationis reducuntur.* Secunda à Theod. assignatur: *Iis*, inquit, *qui nondum credidérunt, placidè ac lenitèr tradenda est doctrina: Eos autẽ, qui credere profitentur, & ea, quæ fides repugnant, facere conantur, medica-*

Chrysost.

Theodor.

medicamentis paulo asperioribus, medicari conuenit. Tertia est Theoph. *Quia mendaces sunt*, inquit, *quod est fraudulentia, & impudentes, & gastrimargi, opus habent, acri & obiurgante admodum sermone. Nam mansuetudo apud eos nihil promouet. Quemadmodum enim, qui mitem ac moderatum increpat, nocet: sic, qui impudenti adulatur, eum perdit, ne se ipsum agnoscat.* Quarta esse potest, quia Cretenses, quos increpari durè iubet: nec foris erant, hoc est, Gentiles, vt nihil ad Titum pertinerent, sicut 1. Cor. 5. dixerat; neque rursus hæretici erant, vt fidem amiserint. Cæterùm, quia sani non erant, hoc est, firmi, & constantes in fide, vehementi digni erant obiurgatione. Quomodo autem sani non erant? nempe, quia Christi fidem professi, legales ceremonias conseruabant. Inuehitur hic Chrys. in eos, qui cùm Christiani sint, Iudæis, in quibusdam ceremoniis, associantur. Sic enim ait: *Si hi, qui cibos obseruant, iam non sunt sani. Infirmos enim, inquit, ad Rom. 14. in fide suscipite, non in disceptationibus cogitationum, & quid de illis dicemus, qui cum illis vna iciunant, simul sabbata celebrant, ad loca illis dedicata conueniunt? Quocirca vehementiori illis flagello, opus est, &c.* Quærit deinde Chrysost. cur hoc in Romanis non facit: Respondet, *Quia non huiusmodi illi erant moribus, sed longè nobiliori ingenio mentisque ingenuitate pollebant, &c.*

Theophyl.

1. Cor. 5.

Chrysost.

Auertendi sunt simplices à societate Iudæorū. Rom. 14. Chrysost.

VERS. 13. Increpa illos durè, vt sani sint in fide.

Assignatur efficax ratio ex cap. 3. Apocalypsis sumpta, cur Apostolus plus detestetur Cretenses, quàm alios homines. Apoc. 3.

ANNOTATIO II.

III. DVplicem personam gerebant ij, quos Paulus carpit. Cum Christianis, de Euangelio, cum Iudæis, de lege Mosaica agebant: atque quouis turbine, aut petaso volubiliores; pro commoditate lucri parandi, nunc ad hos, nunc ad illos accedebant. Pernicioſum est hoc genus hominum, ideò increpandum est, & durè coarguendum. Nec enim Christiana religio inconstantiam, quam malesuadus tepor comitatur, admittit. Angelum siue Episcopum Laodiceæ acribè Deus reprehendit, & fortè reprobat, dicens: *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus; sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo.* Dixi, fortè reprobat, quia duplex est huius sententiæ interpretatio. Prima, tepidum appellari hunc Episcopum, non quòd peccatum M. admiserit, sed quod aliquid de charitatis feruore remiserit. Ita exponit Auguſt. Rupert. Primaſ. Gagnæus, Caſſian. coll. 4. c. 12. Greg. 3. p. paſtoralis cap. 35. vbi duplicem proponit tepidum. Vnum, qui à frigore pergit ad calorem: alterum, qui à calore ad frigus redit. Atque hoc loco posteriorem accipi, eúmque ob prædictam causam frigido deteriorem censeri. Quoniam, inquit, frigus ante teporem sub spe est; tepor autem post frigus in desperationem, quasi dicat, qui adhùc in peccatis est, conuersionis fiduciam non amittit: qui verò post conuersionem tepuit, spem subtrahit, de peccatoris vita conceptam. Putat ergo Greg. referri sententiam ad periculum, quod magis in tepido, quàm in frigido aduertit. D. Aug. & Primaſ. existimãt notari diuites, qui in elemosyna eroganda, & aliis operibus charitatis, negligentes erant, ac propterea eorum conditionem, vt periculo vitæ æternæ amittendæ affinem, perstringi.

Quidã erant Cretenſes, qui ſe & Chriſtianis & Iudæis turpiter miſcebant.

Epiſcopus Laodiceę reprehenditur, quia parum efficax. Auguſt. Rupert. Primaſ. Gagnæus. Caſſian. Greg. P.

Tepidi Chriſtiani peſſimus ſtatus. Auguſt. Primaſ.

In operibus charitatis negligentes, tepidi ſunt.

IV. Iuxta

IV. Iuxta hanc expositionem, periculum est remittere de charitatis fer-
Hiefem. 48. uore. Et meritò dicitur enim Hierem. 48. *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter*, Hebr. *fraudulenter*. Natura enim nostra facilè per oscitantiam ad culpæ
Hebr. 2. frigus recurrit. Vnde ad Hebr. 2. ait Paulus; *Abundantius oportet obseruare nos*
Vitia minima tanquam rimæ vasis pertusi obtrundæ. *ea, quæ audiumus, ne forte pereffluamus*: Vbi vides comparari hominem vasi
Bernard. Genes. 28. fictili rimas habenti, quibus effusa aqua, vas inane relinquit. Et quidem, si aliquam rimam vir probus, per incuriam habere cœperit, totus quam citissimè pereffluet, & omnes virtutes dilabentur. Huc alluditur, quod Bernard. epist. 91. aduertit, nempe in scala Iacob Gen. 28. omnes Angelos, vel ascendere, vel descendere; nullumquè, vel stantem, vel sedentem reperiri. *Imperfectionis*,
Perfectionis scala. inquit, *scala, si attentes stare, suas necesse est. Et minimè bonus est, qui melior esse non vult. Nam vbi incipis nolle fieri melior, ibi desinis esse bonus.* Hæc Bernard. & D.
Bernard. Hieron. Hieron. ad Demetriadem de virginitate, sic ait: *Vbi cœperimus stare, descendimus.* Et Christus Luc. 17. dixit: *Mementote vxoris Loth.* Hæc enim, vt ait Am-
Luc. 17. Ambros. brosius ibidem, *Quia respexit retrò, perdidit naturæ suæ munus: retrò enim Satanas,*
Rupert. Genes. 12. *retrò Sodoma.* Quem locum citans Rupert. lib. 6. in Genes. cap. 12. sic ait: *Postquam Christus dixit*: Qui est in agro, non redeat retrò, *continuò subiunxit*, Mementote vxoris Loth. *Vt nos feliciter tanquam sale conditæ, ne negligentes essemus, &c.* Obliti ergo cum Paulo Philipp. 3. *priora, ad ulteriora extendentes nos,*
Philip. 3. perinde nos getamus, atque si nũc cœperimus. Vnusquisque cum Regio vate
Psal. 76. dicat Psal. 76. *Nunc cœpi*; nempe, quoad existimationem, vt exponit Thom.
D. Thom. Hebr. 6. in cap. 6. ad Hebræos. vel nunc cœpi scilicet respirare. *Hæc mutatio dexteræ excelsi*; mutatio inquam, ab ira ad misericordiam, vel nunc cœpi intelligere, pœnam peccatis à Deo infligi, vt interpretatur Theodor.
Theodor.

V. Secunda sententia, quam sequitur Rich. de S. Vict. Oecum. Beda, Arethas, Ioachimus, Panonnius Apocal. 3. & D. Thom. q. 3. de malo art. 13. Orig. hom. 1. in Psal. 38. Ambros. serm. 2. in Psal. 118. & fere Patres, probabilius affirmat Episcopum Laodiceæ à charitate excidisse, admisso peccato M. quod vi-
Richard. Oecum. Beda. Arethas. Ioachimus. Panonnius. Apoc. 3. D. Thom. detur indicari in contextu, in quo dicitur: *Miser, miserabilis, pauper, cæcus, & nudus.* Quæ in hominem iustum non conueniunt. vnde Greg. *Nudus dicitur, quia primam stolam omisit, sed peiuxerit, quia nec se perdidisse cognoscit.* Deinde in eodem contextu suadetur emere aurum ignitum, id est, charitatem. Iuxta hãc interpretationem, per *frigidum*, intelligimus cum D. Ambr. serm. 2. in Psal. 118.
Origen. Psal. 38. Ambros. & D. Thoma, citatis, *infidelem*, qui aliquam habet propter ignorantiam fidei,
Psal. 118. Greg P. excusationem: per *tepidum* verò, *fidelem* qui deterior frigido existimatur: qui
Ambros. Psal. 118. ob notitiam veritatis, grauiùs peccat, quàm infidelis, iuxta illud 2. Petr. 2. *Me-*
D. Thom. 2. Petr. 2. *lius erat illis non agnoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti.* Et
Thren. 4. Thren. 4. *Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei, peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento.* Scio à Rabbi Salomone, & aliis, accipi hîc vocabulum
R. Salomon. iniquitatis, pro iniquitatis pœna, quæ duratione obsidionis, & captiuitatis, maior Hierusalem illata est, quàm Sodomæ, quæ momento periit. Potest ni-
Ezech. 16. hilominus de peccato exponi, quemadmodum Ezech. 16. cùm dicitur, *Iustificata est Sodoma soror tua ex te*; hoc est, Sodomorum peccata, tuis comparata, nulla sunt. Homines igitur, qui nec Iudæi, nec Christiani sunt, dum vtrunque esse cupiunt, aut videntur; in tempore, hoc est, in statu desperationis, quodammodo viuunt. Quam ob causam, inquit, ô Tite impudentes hos homines,

fraudu

fraudulentos, & ad mendacia confingenda promptos; ventri præterea & inerti deditos otio, argue & freno constringe. Nec verò molliter, vt soles, sed durè. Indigent enim hi Cretenses Iudæi vehementi obiurgatione: dura corda penetret increpatio dura. Meritò hæc suadet. Heli nánque propter familiæ peccata reprehensus est, & fortè damnatus. Hæc enim corripiebat, vt dicitur 1.Reg.2 lenitate patris, non autoritate Pontificis. Confert hunc Pauli locum Theodor. cum alio 2.Tim.4. *Increpa cum omni patientia*; Et respondet iis, qui nondum credidérunt, placidè ac leniter tradendam esse doctrinam: eos autem qui credere profitentur, & quæ fidei repugnant, perpetrant, medicamentis curandos esse asperioribus. D. Thomas Apostoli prudentiam in diuerso præcepto expendit. Idque siue eos qui reprehendere debebant, consideres; siue subditos reprehendendos. Cretenses enim, qui duri erant, & vitiis gulæ dediti, durè fuerunt obiurgandi; non item Ephesij, quorum polita erat & vrbana viuendi ratio. Si verò ad Episcopos ipsos attendas; Titus leni erat, & miti ingenio, atque adeò arguere cum imperio iubetur, cap.1. Timotheus autem, quippe qui austeri erat & rigidi ingenij, ad patientiam in hortando suadendus fuit, vide quæ locis illis annotauimus. Locum habes apud Greg. Nyss. in orat. aduersùs eos, qui castigationes ægrè ferunt, in qua ita constituit discrimen inter increpationem Mosaicam & Euangelicam, vt inter verbera & verba; *Illic plagarum aut decades quatuor permanent* Deut.25. *hic non ita*; *siquidem omnium sermo est misericordia & virga* 1.Cor.4. *adhortatio, vel plaga; non enim tibi verbera inferimus, vt seruo*; *sed te castigamus vt liberum: tibi ex Sara genus non ex Agar* Gal.4. *Reueremur te liberæ filium, non dedecoramus, vt ancillæ progeniem. Obid peccantem te liberis increpationibus tangimus, non corpus pungentes, sed animum cruciantes, &c.* Grauissima, tunc erat Ecclesiæ pœna, non carcer, aut verbera (huiusmodi enim corporum afflictationes principum beneficio accessisse Episcopos puto) sed excommunicatio, de qua multa Nyss. loco citato. Præcipit ergo Apostolus Tito, vt acriter eos reprehendat, qui postquam Christum nouerunt Mosi adhuc addicti sunt. Quare durius sunt increpandi, ne à Deo omnino abiiciantur. Subiungit enim Deus, alloquens Episcopum Laodicensem, à charitatis calore, ad teporem culpæ lapsum, *Incipiam te euomere ex ore meo*. Videtur enim homo tepidus, perinde Deo mouere nauseam, sicut aqua tepida ægroto propinata. Instar est etiam in hac vomitione peccator cibi crudi & incocti, qui ob defectum caloris quod est symbolum charitatis, non potest in stomacho Dei, in quo sunt electi, retineri. Insinuatur etiam hîc quædam veluti conturbatio, & horror, qualis accedit vomentibus. Dens enim cùm peccatorem reiicit quodammodo turbatur & dolet. Non dixit, *Euomam te*; sed incipiam te euomere, quia nemi-nem Deus planè in hac vita euomit, neminem auxiliis ad salutem necessariis planè destitutum relinquit. Vel sanè lapsum significat paulatim à peccatis minoribus in maiora tendentem. *Qui per teporem resoluitur*, inquit Rich. de S. Vict. *non subitò à gratia deseritur, vt statim in mala præcipitet, sed primùm minima, deinde maiora contemnens, gradatim à summis descendit, atque ad ima ruit.* Hæc ille.

1.Reg.2. Theodor. 2.Tim.2. D.Thom. Aliter instruit Paulus Timotheũ, aliter Titũ. Greg Nyss. Deut.25. 1.Cor.4. Galat.4. Durè sunt increpandi duti. Homo tepidus videtur nauseã mouere Deo. Rich Vict.

VI. Meritò ergo Paulus Cretenses peculiariter arguendos esse, idque cum seueritate, præcipit, quia partim in Iudaismo, partim ex Paganismo conuersi a calore fidei recesserant, ad teporem lapsi, infirmitatem sine ægritudinem miserandam

ſerandam in moribus contraxerant, ob quam medicamento verbi Dei indigebant efficaciter applicito, vt ſani eſſent in fide.

VERS. 14. Non intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate.

De fabulis Iudaicis, & triplici Iudæorum genere.

ANNOTATIO III.

VII. *Dupliciter*, inquit Chryſ. *fabulæ dici poſſunt Iudaica omnia, ſiue cùm ſimulatè fiunt, ſiue cùm intempeſtiuè. Nam, ſi fiant, quando facienda non ſunt, & facta nocent: fabula inutilis, & noxia ſunt.* Hæc ille, affirmans inſuper, eos, qui gratiæ Chriſti non fidunt, infidelitatis, atque diffidentiæ præbere indicium. Per *mandata hominum*; vel, traditiones hominum, illorum intelligimus doctrinam, qui ſequentes deuteroſes, & traditiones Thalmudicas, in quibus multa inuenies fabuloſa, & riſu digna, veritatem auerſantur, & impugnant, neſcientes vim Scripturarum.

Chryſoſt. Iudaica omnia fabulæ dici poſſunt cũ ſimulatè aut intempeſtiuè fiunt.

Deuteroſas. Traditiones Thalmudicæ.

Galatinus. Quidam Iudæi Chriſto adhæſerunt conuicti à prophetis.

Alij in ſua perfidia obſtinati manſerunt.

Plerique credentes Chriſtum eſſe Meſſiam, recedere à Moſis ritibus noluerunt.

Ioſephus hiſtoricus & Philo Iudæus Chriſto adhæſerunt alia ex parte. Act. 15. & 16.

Ambroſ. Præcepta Iudaica. 613.

Munſterus.

Aduertendum eſt igitur, antequam de traditionibus Iudaicis pauca dicamus: Poſt Chriſti reſurrectionem, triplex Iudæorum genus extitiſſe, vt Galat. annotauit, lib. 1. de arcanis Catholicæ veritatis c. 4. Quidam enim videntes prophetarum dicta, in Chriſto confirmata, & fide & opere, illi adhæſerunt, vt Gamaliel ſenex ille fecit, cuius dicta, apud Thalmudiſtas maximę ſunt autoritatis. Quod & alij pene infiniti fecerunt, non de plebeiis, aut ignaris tantùm, ſed de nobilioribus, atque ſapientibus. Nam, vt actibus Apoſtolorum ſcribitur, magna pars ſacerdotum obtemperabat fidei; & horum nonnulli, multa de Chriſto miranda ſcripſerunt; quorum opuſcula, ne ad nos peruenianr, Iudæi occultare nituntur. Quidam verò in ſua perfidia obſtinati, nec fide, nec opere Chriſto adhæſerunt, velamen cæcitatis oculis ne videant imponentes. Qui tamen legem, & prophetas interpretantes, euidenti rerum teſtimonio impulſi, veritatem, tanta eſt illius vis, negare nequiuerunt. Alij tandem crédebant quidem Chriſtum fuiſſe Meſſiam illum, de quo prophetæ locuti fuerant: Moſaicas tamen obſeruantias deſerere nolebant. Hi fide tantùm, & non opere, Chriſto adhæſerunt; quia Chriſtum quidem confitebantur, in Iudaiſmo tamen perſeuerabant. Qualis, vt puto Ioſephus hiſtoricus fuit, Philo, & alij innummeri, de quibus agitur Act. 15. & 16. Certè mirandum eſt, non fuiſſe Iudæos à ceremoniarum, & traditionum obſeruantia deterritos, pondere tot mandatorum, vt vix, ne vix quidem ſub illo potuerint reſpitare, vt hoc loco aduertit Ambroſ. In catalogo præceptorum moralium, ceremonialium, & iudicialium, Iudæi præcepta numerant 613. tot nimirum negatiua, quot ſunt dies in anno, nempe 365. affirmatiua 248. quot ſcilicet ſunt membra in homine: vide Catalogum, Munſtero interprete ex Hebræo Latinum, vbi inuenies Rabbinorum expoſitiones, quæ Dei implicant magis mandata, quàm explicant, vnà cum additione traditionum, quibus verè irrita fecerunt Dei mandata; læuia quæque magnificientes; grauia verò & vtilia repudiantes. Quod à Chriſto maioribus eorum exprobratum fuit. Creuit ætate D. Pauli eorum numerus, qui aduenîſſe Chriſtum Meſſiam agnoſcentes, à Moſaicis tamen ritibus & Rabbinorum fa

rum fabulis recedere nolebant; imò, qui fanam fidem colebant, eos ad legalia trahere moliebantur. Hos ergo perstringit Apostolus, quòd Iudaicis fabulis, peracta scilicet iam legis Mosaicæ fabula, intenderent, & mandatis hominum veritati contradicentium, adhuc obtemperarent.

VERS. 14. Non intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominum, &c.

Quæ sint mandata hominum, siue traditiones à Paulo damnatæ?

ANNOTATIO IV.

VIII. CErtum est alia Apostolos Christi mandasse literis; alia sermone tantùm Ecclesiis obseruanda tradidisse. Vnde accedit, vt Christiana religio, iam inde ab exordio iure duplici regeretur, nimirum scripto, & sine scripto; legibus videlicet & consuetudine. Quod cuique bene institutæ Reipublicæ semper commune fuit. Perspicuum enim omnibus est, Lacedæmones, Athenienses, Romanos & alios ad rectam ciuitatum administrationem, & scripto iure fuisse vsos, & non scripto; hoc est, legibus scripto traditis, & aliis non scriptis, quæ tamen maiorum consentione probatæ & communi vsu essent receptæ. Ius non scriptum vocat Plato lib. 7. de legibus ἄγραφα νόμιμα. Ius duplex vnum scriptum, alterum non scriptum. Plato.

IX. Cæterùm leges non scriptas, scriptis antiquitate præstare, nemo dubitare potest, qui meminerit, leges à Deo mentibus primùm insitas esse, atque inde tanquam à fonte in libros, tanquam riuulos defluxisse. Vnde Philo lib. de Abraham, sic ait: *Prisci illi ante leges sigillatim proditas, non scripto iure vsi, pari felicitate ac facilitate vixerunt: vt merito quis dicere possit, leges scriptas nihil aliud esse, quàm vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum dicta, factáve narrantur: Nam illi scholas nullas frequentauerunt, &c.* Lex primùm non scripta fuit. Philo Iud. Lex scripta est vitarum patrũ commentarius.

X. Quia tamen, non omnes leges, & traditiones, idem habẽt principium, ratione cuius, æquæ sunt, aut iniquæ; Illæ Christi Domini autoritate improbantur, quæ legi diuinæ contrariæ sunt, vt cùm Dominus Matth. 15. ait: *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* In quam sententiam Dominus citans Isa. 29. *Bene*, inquit, *prophetauit Isa. de vobis hypocritis, sicut dictum est, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me, in vanum autem me colunt, docent doctrinas & præcepta hominum, &c.* De iis, quæ legi diuinæ repugnarent, loquitur Paulus, Coloss. 2. *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum, &c.* Et 1. Petr. 1. *Scientes*, inquit, *quòd non corruptibilibus auro & argento redempti estis, de vana vestra conuersatione paterna traditionis, &c.* Quando Iudæi huiusmodi varias traditiones, quas δευτερώσεις, appellant, induxerint, scribit Epiphan. hæresi. 42. sic enim ait: *Quando verò traditio & inuentio seniorum ipsis contigit? Numerum Danielis tempore, post reditum ex Babylone, &c.* Matth. 15. Isai. 29. Coloss. 2. 1. Petr. 1. Epiphan. Traditio seniorum Iudæis data post Babylonicam captiuitatem.

XI. De traditionibus Iudaicis ita Hieron. epist. 151. q. 10. ad Algasiam, *Quantæ traditiones Pharisæorum sint, quas hodie vocant δευτερώσεις, & quam aniles fabulæ, euoluere nequeo. Neque enim libri patitur magnitudo, & pleraque tam turpia* Hieron. Epist. 151.

Exod.16. Iudæorum ineptia, qua moueri loco nolunt in sabbato.

sunt, vt erubescam dicere. Et infrà: *Præterea, quia iussum est Exod.16. vt diebus sabbatorum sedeat vnusquisque in domo sua, & non egrediatur, neque ambulet in loco, in quo habitat. Si quando eos, iuxta literam cœperimus arctare, vt non iaceant, non ambulent, non stent, sed tantùm sedeant, si velint præcepta seruare; solent respondere & dicere: Rab Aikiba, & Simeon & Hillel magistri nostri, tradiderunt nobis, vt bis mille pedes ambulemus in sabbato, & de loco, in quo quis fuerit occupatus, non recedendum.* Hæc Hieron.

Rab. Aikiba. Simeon. Hillel.

XII. Causa igitur, cur traditiones à Christo & Apostolis improbantur, non est ea præcipuè, quòd ab hominibus emanauerint, sed quòd aduersùs Dei legem superstitiosæ, & turpes essent. Nam quæ piæ fuerunt, & sanctæ, laudantur, Hierem.35. Rechabitis traditioni parentum obedientibus, *Proeo*, inquit, *quòd obedierit præceptis Ionadab patris vestri, quòd scilicet non biberitis vinum, nec ad ficaueritis domos ad habitandum, nec vineam agrúmve possidere volueritis, nec seminaueritis, sed habitaueritis in tabernaculis; Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israël. Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.* Hæc ibi: vbi vides stabiliri Rechabitarum traditiones, vt perpetuò conseruentur.

Hierem.35. Rechabitæ legi obedientes laudentur.

Religiosorum institutum à Deo laudatum est.

Ioann. Episc. Hierosol.

XIII. VIs & aliàs agnoscere traditiones? Aduertit Ioannes Episcopus Hierosolymitanus, filios prophetarũ, qui religiosas ceremonias ex præcepto Eliæ in mõte Carmelo obseruabant, non fuisse abductos cum Iudæis in captiuitatem. Quod, inquit, ad maiorem Iudaici populi cessit confusionem, vt ipse in fortissimis ciuitatibus & munitis saluari non posset; cùm monachi in aperta montis Eremo, & non munita ab insultibus exercitus Chaldaici, à Deo tunc protegerentur. Deinde ait, præuaricationem legis nocuisse Iudæis, obseruantiam verò monachis profuisse. significauit hoc Isai.32. dicens: *Plangite super religione desiderabili, super vnica fœtili: super humum populi mei spina & vepres ascendẽt, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis: domus enim dimissa est.* Et paulò pòst, de monachis illius temporis ait: *Et erit desertum in Carmelo, & Carmelus in saltum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Carmelo sedabit: Cuius iustitiæ opus erit pax, & cultus iustitiæ silentium*, quo scilicet vitent multiloquium, in quo est peccatum, Et Mich.7. *Terra erit in desolationem propter habitatores suos*, id est Iudæos, legis transgressores, Mox subdit: orationem, qua petit ne similia pœna afficiantur religiosi: *Pasce Domine populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli, pascuntur Basan & Galaad iuxta dies antiquos, &c.* Intelligit per Basan & Galaad discipulos prophetarum montis Carmeli, quia de his regionibus venerant ad vitam cœnobiticam. *Basan* significat pinguem; *Galaad* aceruum testimonij. Pingues erant hi religiosi pastu cælesti: erant collecti in testimonium contra legis & sacrarum traditionum transgressores. Hos religiosos intellexit Apostolus ad Hebr.11. dicens: *Circuierunt in melotis, &c.* Enimuerò tempore præsertim persecutionis impiæ Iezabel, in solitudinibus errantes, in speluncis fame enecti abscondebantur. Itaque in captiuitatem abducti non sunt ab Assyriis Rechabitæ parentum traditioni obedientes; sed in ipsis Hierosolymis incolumes relicti sunt ab Assyriis. Quod etiã accidit monachis illius

Deus protexit eos, qui religiosè legem obseruabant.

Isai.32.

Religiosorũ pax belli tẽpore.

Mich.7.

Oratio pro religiosæ vitæ quiete.

Hebr.11.

Obseruatio legis à cœnobitis culta fuit.

illius ætatis, propter obseruantiam legis & sacrarum traditionum, vt annotauit Ioannes Episcopus tom. 9. Bib. Patrum. Quid ego sacrarum traditionum initia commemorem? Illud ad earum commendationem facit, quòd Christiana religio, si ipsam consideremus rerum originem, primùm traditionibus instituta fuit; deinde scriptis firmata. Vnde Tertull. lib. de test. anim. *Certè*, inquit, *prior anima, quàm littera, & prior sermo quàm liber; & prior sensus quàm stylus.* Vide Baron. tom. 1. anno 53. vbi inuenies, quantum Ecclesiæ traditionibus patres detulerint; quibus Tertull. annumerat in lib. de carne Christi, affirmantem, Christianum esse non posse, qui traditiones respuit. Marcionem nanque traditiones negantem, ita vellicat: *Si*, inquit, *propheta es prænuntia aliquid: si Apostolus, prædica publicè: si Apostolicus, cum Apostolis sentis: si tantùm Christianus, crede, quod traditum est: si nihil istorum es, meritò dixerim, Morere. Nam & mortuus est, qui non est Christianus, non credendo, quod creditum Christianos facit.* Hæc ille.

Bib. Patrum.

Traditiones cõmendãtur.

Tertull. Baron. Ann. tom. 1.

Aliter se habent Iudaicæ traditiones: de his August. lib. 2. cap. 1. contra aduersarium legis, & prophetarum; scribit enim, Iudæos præter scripturas legitimas & propheticas, traditiones, quasdam suas ab vtrisque alienas habere, non scriptas, sed memoriter retentas, & ab altero in alterum loquendo transfusas, quas ipsi δευτερώσεις vocant, Apostolum fabulas aniles, & profanas appellauisse Catholicus lector intelligit. Idem serm. 20. in Psalm. 118. quas ἀδολεσχίας, alij fabulationes, alij delectationes verterũt, ad easdem Iudæorum δευτερώσεις accommodat continentes, præter diuinarum Scripturarum canonem, millia fabularum, *sed non, vt lex tua Domine*, inquit propheta, id est, in tua lege me veritas, non verba, vt in fabulis solet accidere, delectant. Addit diuus Thomas quædam in lege & prophetis esse diuinitus quidem instituta, sed nunc prout à Iudæis intelliguntur, fabulosa, atque adeò, quod olim fuit veritas, verbi gratia, Virgo concipiet, sit prout ab eis hodie creditur, fabula; nimirum, vt ab eis dicitur, nondum esse hoc vaticinium impletum. Prophetia ergo ab Isaia capite septimo proposita, si adhuc implenda credatur, est fabula. Quo etiam modo intellige vocari ab Apostolo, & damnari mandata hominum. Mandata enim in lege scripta & tradita Iudæis, à Deo sunt: at Iudaizantibus post Christi aduentum, & mortem; iam sunt, non Dei, sed hominum mandata. Nam cùm in signum futuræ veritatis seruabantur, Dei mandata erant: postquam verò aduenit tempus gratiæ, eadem, vt non fierent, ipse Deus mandauit: quare, si ab aliquo hodie fiunt, hominum arbitrio fiunt; ac proinde, vt hominum mandata, non Dei, haberi debent. Vnde Apostolus ad Coloss. 2. *Nemo vos decipiat, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum.* Et infrà, *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorũ: quæ sunt vmbra futurorum, &c.* Qui ergo Mosaica adhuc sequuntur; hi sequuntur præcepta non bona (vt Ezech. 20. dictum est) &, vt obseruat hîc cum Hieronymo, Ambrosius, hominũ, non Dei mandata, quæ nihil præter vmbras, & inanitatem continent.

August.

Psal. 118.

D. Thom.

Isai. 7.

Mãdata Dei tempore legis, si modò seruẽtur, iam sunt mandata hominũ, cùm illorum obseruatio finita sit aduentu Christi. Coloss. 2.

Ezech. 20. Ambros. Hieron.

XIV. Vnde colliges, condemnari à Paulo eos, qui futiles & aniles superstitiones sectantur, & diuinam legem obliti, Christi aduentu promulgatam, Mosaicos ritus omnino abrogatos, & Iudaizantium interpretamenta, vel potiùs deliramenta, Euangelio copulare volunt. Hi enim sani nõ sunt in fide, & mandata, siue traditiones, non Dei, sed hominum, veritati contrarias, se-

quuntur, quare non leuiter admonendi sunt, vt à scelere recedant, sed seuerè obiurgandi, vt, vel sic ad sanitatem mentis reuocentur. Hi nánque non solùm errant, sed alios etiam auertunt à veritate, & à mandatorum Dei obseruantia: Act.4. *Nobis propositum esse debet obedire Deo magis, quàm hominibus*, vt dicitur Act.4. & cum Mathathia clamandum, *Etsi omnes gentes, Regi Antiocho obediant, vt discedant vnusquisque à seruitute legis, &c. Ego, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum*, id est, quam Deus dedit Patribus obseruandam. Ita habetur, 1.Mach.2. 1.Mach.2. Rursus 2.Mach.7. Quid septimus frater martyrum, idémque natu 2.Mach.7. minimus? *Non obedio*, inquit, *præcepto Regis, sed præcepto legis, &c.* Durè igitur increpandi sunt, qui mandatis hominum addicti, veritatem odio habent.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO XII.

VERS.15. Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum; sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia.

Græcè; πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιασμένοις, καὶ ἀπίστοις, οὐδὲν καθαρόν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Interpres. Theophyl. Fidelibus nulla est ciborum immunditia.

I. THEOPHYLACTI interpres legit, *Omnia pura puris, &c.* Et rectè quidé spectata Græci sermonis proprietate. Non variatur tamen sensus; significat enim Apostolus, omnia esse pura siue munda; itémque immunda & impura, non ex sua natura, sed ex voluntate assumentium; qui si fideles sint, nouerunt, in Dei creaturis non esse immunditiam aut impuritatem, solúmque peccatum esse impurum. Pro *coinquinatis* Græcè est, *μεμιασμένοις*, quod magis sonat homines impietate & piaculo aliquo profanatos, atque adeò à sacris arcendos. Nec deest, qui illud, *omnia munda mundis*; siue, *omnia pura puris*, ad castitatem sacrorū referat, iuxta dictum illud Senecæ declamatione 2.li.2.contr.2. *Sacerdos sit casta castis, pura puris.* Quòd si mūditia semper est magnificienda, in iis qui acceduut ad panem Eucharisticū, & Dominicū calicē necessaria adeò est, vt siquis māducet & bibat indignè, iudicium sibi māducet & bibat, vt ait Apostolus, 1.Cor.11. Immunditia autē ea ab Apostolo hìc significatur, quæ in intellectus & voluntatis deprauatione sita est. *Inquinatæ sunt*, inquit, *eorum mens, & conscientia*, nempè mens per infidelitatem, & conscientia per peccatum. Non dixit res ex se inquinationē habere (sunt enim Dei opera munda) sed quia ipsi intus immūdi sunt perperā de cibis sentientes; affirmat cibos Iudaica illa persuasione siue superstitione, reddi impuros, & inutiles. In nobis itaque est, pro ratione mētis & voluntatis, vt cibi mundi sint,

Seneca. Summa exigitur puritas in recipiente Eucharist. 1.Cor.11.

Matth.15. Marc.7.

aut

aut immundi. Iuxta illud Christi Matth. 15. & Marci 7. *Non enim, quod intrat per os, coinquinat hominem sed quod exit de ore, &c. A corde enim prodeunt malæ cogitationes, homicidia, &c.* Et Eccles. 37. Sapiens ait, *Ex corde quatuor oriri rerum genera, bonum & malum, vitam & mortem*; *quorum lingua fere administra est.* Cæterùm audis, *omnia munda mundis*, ne inferas, ergo mundis mundum est adulterium: quæ illatio placuit anno 1520. Luthero. *Vt enim*, inquit, *nihil iustificat nisi fides, ita nihil peccat nisi incredulitas.* Impossibile autem est fidem esse sine assiduis, multis & magnis operibus. Ergo si in fide fieri posset adulterium, peccatum non esset. Vides sophisticam argumentationem. An non ex impossibili sequitur quodlibet? Negat hanc illationem D. Thom. dicens, illa munda esse mundis, quæ de se non impurant: adulterium verò & peccata quæ Christus Matth. 15. & Marci 7. enumerat, vel ex hoc ipso, quòd adsunt, hominem contaminare. Vide August. contra Petilianum lib. 2. cap. 52. & Claudium Spencæum, ad finem commentariorum super cap. 1. huius epistolæ. Hinc colliges in nullos Apostolum incandescere acriùs quàm in eos, qui Mosaicis ritibus, & cæremoniis Christum moliebantur abolere, & hac machinatione pestifera, quandam veluti Tyrannidem occupare in plebem Christianam. Sermo igitur Apostoli præcipuè hìc ad cibos spectat; quanuis ad puritatem mentis commendandam simul pertineat.

Eccl. 37.

Lutheri turpis interpretatio verborum Pauli.

Lutheri impium sophisma.

D. Thom. Matth. 15. Marc. 7. August. Claud. Spen.

VERS. 15. Omnia munda mundis.

De immunditia, & delectu ciborum.

ANNOTATIO I.

Cibi natura sua nulli sũt immundi. Leuit. 11.

II. INter Iudaizantes varietas erat. Nonnulli existimabant quosdam cibos immundos esse suapte natura; Alij immundos esse affirmabant ob legem Mosaicam, quæ cibos aliquot, vt immundos damnabat. Sic Leuit. 11. porcus dicitur immundus, & lepus, vtrique docendi sunt immunditiam ciborum non ex natura, aut à lege, sed à peccato, siue à libidine hominũ præuaricantium legem. Exemplo esse potest esus ligni vetiti Gen. 2. in quo nulla profectò erat immunditia, sicut neque in præcepto abstinendi ab illius fructu: homo ipse prauitate sua contra legem faciens, inquinatus fuit. Non quidem cibo ventrem ingrediente, sed præuaricatione egrediente è contumaci corde, & nolente obedire. Ad hanc sententiam, accedit Theophyl. & Chrys. qui hom. 3. definiens cibos non esse per naturam mundos, aut immundos, sed ex accipientium voluntate, sic scribit: [*Num* igitur suilla caro munda est? vtique. Cur ergo quasi immunda lege prohibetur Leu. 11. Deut. 14.? Non per naturam immunda est; omnia per naturam munda sunt. Nam nihil immundius pisce vbi humana attigerit corpora; sed quia permissus est, mundus esse videtur. Rursus Gallina nihil immundius, vermes enim comedit. Nihil item ceruo, qui ab eo quòd serpentes comedat, ἀλαφος, apud Græcos nomen accepit. Sed tamen hæc omnia fas erat per legem manducare. Cuius ergo rei gratia suem & alia quædam ex animantibus interdicit? non ideo, quòd immunda essent hoc fecit, sed deliciarum partem maximam amputare contendit. Cæterùm si quidem hanc obiecisset causam, nunquam omnia persuasisset: nunc autem, immunditiæ eos terrore coërcuit. Quid item, si diligentiùs rem inquiramus,

Gen. 2.

Theophyl. Chrysost.

Leu. 11. Deut. 14.

Pisces quia permissus in lege censebatur mundus.

ramus, immundius vino? quid aqua impurius, qua maximè mundabantur? Mortuum cadauer vetabantur attingere, & mortuo mundabantur. Quippe quod mactabatur in sacrificium, profectò mortuum erat, atque idcircò præstabat, quod ex eo expiabantur: adeò puerilis erat ista doctrina.] Hæc Chrysostomus, in vino, & in cæteris animaduerti immunditiam, quanuis prohibita non sint: cæterùm nihil esse natura sua immundum, sed omnia munda: *Nihil*, inquit, *Deus fecit immundum, sed peccatum solum est, quod inquinat omnia, & facit immundi; quippe animam tangit, & penetrat, eamq; sordibus inquinat. Hoc autem humanæ electionis est vitium, &c.*

Chrysost.

Peccatū inquinat omnia.

Augustin. III. D. Augustinus tom. 6. lib. 30. contra Faustum Manichæum, cap. 5. sic scribit: *Cùm Apostolus*, inquit, omnia munda mundis, *naturas ipsas intelligit, quas Deus creauit secundum illud*, Genes. 1. Fecit Deus omnia, & erant valde bona; *non significationes, secundùm quas Deus per Mosem ab immundis munda discreuit. Quod ostendit in duabus vocibus, bonum & malum, quibus in se spectatis, nihil inest malitiæ. Nam si barbarus significationis ignarus audiret proferri: Tu es bonus, vel, tu es malus, nihil magis vna voce quàm altera turbaretur. Secus si vim, & significationem perciperet. Turbaretur enim, non quidem voce, vt per se mala, sed propter significationem. Sublata ergo significatione in cibis, nihil est in illis, quod inquinet edentem.* Quare iuxta Augustinum non solùm Deus Leuit. 11. & Deut. 14. prohibuit multa genera ciborum, vt Iudæos abstinentiam & temperantiam doceret, sed etiam, imò ob id maximè, vt quasi in typo quodam, vitia ostenderet, à quibus esset abstinendum, & qui homines, tanquam corruptores morum, essent vitandi. Nam sola ruminantia, & fissas vngulas habentia erant, ex terrestribus animantibus in vsum cibi permissa; quo intelligerent, in ruminatione, meditationem doctrinæ; & in vngula fissa, discretionem boni à malo. Quodcunque aliud vetitum ciborum genus, significabat aliquod peccatum vitandum, vt Lutulenti sues, eos qui in malè olente voluptatum cœno versantur. Pisces, qui squamas & pinnulas habent, eos, qui magni faciunt corporis & animi puritatem.

Genes. 1.

Augustin. Leuit. 11. Deut. 14.

Quorundam ciborū prohibitus vsus, est ob significationem.

Gaudentius Bibl. Patr.

IV. D. Gaudentius Brixinensis Episcopus in tract. de Machabæis Martyribus, qui habetur tom. 9. Bibl. Patr. impressæ Parisiis ann. 1589. suillas carnes ait Iudæis fuisse interdictas, duabus de causis; siue, vt luxuriosus populus, flammam carnalium vitiorum calidis carnibus nō nutriret (perhibentur enim calorem nimium præstare corporibus) siue, vt porcorum more, non viuerent. Nam sues semper immundi sunt, & de fonte, vel de fluuio exeuntes; iterum voluuntur in cœnum, nec vnquam intuentur cælum, sed prono semper ad terram capite ventri deseruiunt, & idcirco Dominus in gregem ire porcorum legionem dæmonum permisit Matth. 8. salubriter ergo Deus, vel abstinentiam contra gulam, vel continentiam ob mundas actiones imperauit. Addit B. Gaudentius: Licèt fingamus nihil noxæ esse, suillis carnibus, nec vllum fomentum illecebris augeri corporeis; à Machabæis fratribus, solam cogitandam fuisse Dei præcipientis autoritatem; qui istud iusserat tunc temporis obseruari. Quos fratres vtinam primus homo imitatus fuisset, cùm illi arboris paradisi interdictus est cibus, Gen. 2. Erat arbor bona, & fructus, sola transgressio præcepti mala fuit. Anicios, id est, inuictos vocat B. Gaudentius Machabæos, etiam in minimi præcepti transgressione; Sublatum est onus huius præcepti Christianis, quibus ne lasciuiant præstò adest Deus, quoniam, vt inquit,

Cur suilla caro prohibita sit Iudæis.

Matth. 8.

Genes. 2. Gaudentius.

quit, Isa.10. *Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram.* Et Apostolus hîc confidenter prædicat, *Omnia esse munda mundis.* Isa.10.

V. Domini igitur aduentu sicut figuræ, & vmbræ legales, ita huiusmodi significationes cessarunt, atque adeò imminuntia omnis à cibis est sublata. Sed obijcies Act.15. iubent Apostoli fideles *abstinere à sanguine, & suffocato?* Respondetur iuxta quosdam, per sanguinem intelligi homicidium, & per suffocatum oppressionem pauperum. D.Tho. hoc loco ait, illa duo prohibita fuisse, non quòd essent mala simpliciter, sed pro tempore; atque adeo tandiu fuisse prohibita, quandiu durauit causa prohibitionis. Causa autem fuit conuersio ex Iudæis, & ex gentibus, quibus oportebat inseruire. Abhorrebant verò Iudæi maximè à sanguine & suffocato. Quare, vt vnus populus ex duobus fieret, retineri debuit ad tempus id, quod Iudæis erat gratum, & gentibus non molestum; sic enim pax conciliata est. Quia tamen Iudæi affecti erant nimium ad obseruantiam legalium rituum, Apostolus illos cohibet. Vnde 1. ad Timoth.4. reprehendit Paulus Iudaizantes, *Qui attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, prohibebant*, inquit, *nubere & abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: fidelibus*, inquit, quia etsi Deus pro omnibus res creauerit, iuxta illud Act.14. *Implens cibo & lætitia, corda eorum*; maximè tamen pro fidelibus, quos hæreticis, docentibus malos esse natura cibos, opponit, dicens: *Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* In quibus verbis, non ingurgitationem aut delitias superfluas laudat; sed vsum honestum esculenti & poculenti, ad vitam alendam. Quare nihil est reijciendum tanquam natura sua malum, reijci tamen potest ob insitum venenum, quo natura humana corrumpi potest, vel ob finem frænandi lasciuiam aut seruandi votum aut præceptum ieiunij, aut abstinentiæ à carnibus certis diebus Ecclesiastica consuetudine & more inductum, & vtiliter seruatum. Addit Apostolus, *Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem*, hoc est per Christum, qui cuncta mundauit. Vnde dicitur Petro Act.10. *Quod Deus, scilicet, Christus purificauit, id est, mundauit, ne commune ne dixeris*: teneamus ergo Apostolicam disciplinam quæ definit omnia esse munda mundis: seruata tamen Euangelica moderatione, vt non grauentur corda nostra crudeate & vinolentia; quam intemperiem Christus detestatur, Luc.21. vnde Augustinus lib.10. confess. cap.31. *Immunditiem non odisti, sed cupiditatis timeamus, in tentationibus gulæ positi, certantes quotidie aduersus concupiscentiam manducandi & bibendi, frænos gutturis temperata relaxatione & constrictione teneamus, &c.* Hinc maiores nostri, sapienter decreuerunt præmittendam semper esse epulis benedictionem, cùm ob peccatum facilis sit ad gulam lapsus, & ob gulam maledixerit Deus terræ in opere hominis, Gen.3. oportet, vt fructus ex ea producti, per Christi benedictionem sanctificentur. Vnde Matth.26. expressit, Christum in cœna gratias egisse, & hymno dicto exisse in montem oliueti. Et Prudentius, in Hymno ante cibum, sic orat Deum, Act.15. D.Thom. Per sanguinem homicidium intelligitur, per suffocatum, oppressio pauperũ. 1.Tim.4. Act.14. Luc 21. August. Præmittenda epulis benedictio est. Genes.3. Matth.26. Prudentius.

Te fine dulce nihil Domine, &c.

VI. D.August.4.de Ciuit.cap.19.26.& lib.18.cap.16.affirmat, ante Christi aduentum, magnam potestatem habuisse dæmonem ad nocendum hominibus etiam in sumptione cibi & potus: Et D.Greg.lib.1.dial. cap.4. meminit cuiusq; D.August. Greg.P.

Dæmon inuasit sumentē lactucam sine benedictione.

cuiusdam monialis, quæ obsessa fuit à dæmone sumpta lactuca non præmissa benedictione. Chrysost. hom. 12. negat vllam creaturam esse communem, *quod si communis putetur, medicamentum*, inquit, *in promptu est. Signum illi crucis imprime gratias age, Deo gloriam refer, & protinus immunditia omnis abscessit.* Hæc ille.

Chrysost. August.

Quid si benedictioni præmissæ ante cibos, in ipsa mensa lectio spiritualis libri audiatur? magis profectò cibus mundabitur, vt docet Augustin. in epist. 109. tom. 2. ad Monachos; sic enim non solùm fauces, sed etiam mens Deo pascitur. Idem serm. 112. de tempore tom. 10. ait, *assiduam lectionem Scripturarum purificare omnia.* Idem tradit Basil. epist. 1. sub finem tom. 2. ad Greg. Naz. & in Regulis breu. cap. 130. Quàm antiqua fuerit fidelibus consuetudo præmittendi benedictionem cibo, & claudendi mensam gratiarum actione, constat ex Iosepho; sic enim scribit de Essæis siue Essenis, solitariam vitam agentibus, sed Christum ignorantibus, lib. 2. de bello Iud. cap. 7. *Deinde vocē cibum sacerdos antenuit: neque gustare quenquam fas est, nisi prius Deo celebretur oratio. Post finem quoque prandij vota repetunt. Nam & cùm incipiunt, & cùm desinunt, quasi datorem victus, Deum laudibus canunt.* Hæc ille.

Lectio ad mensam post benedictionē adiicienda.

Basil. Esseni. Iosephus.

Examē cōscientiæ ante mensam.

VII. Quòd si quis benedictioni mensæ, horæ quartam partem examinandæ conscientiæ præmiserit, vt solent religiosi nostræ Societatis; profectò conueniet illi, id, quod sanctissimus Iob. ait cap. 22. Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum, hoc est, subtrahet sese, & euadet à periculis immunditiæ, id est, propter munditiam operum, quæ ex ipsa proprietate radicis ברר *Barar*, est probatio, siue examen, quod purgatione & ablutione fit, vnde deducitur Borith; qua herba velut sapone vestes expurgantur. Vide, si placet, opusculum, de cibis Iudaicis, quod inuenies inter opera Tertulliani, commentariis illustrati, Pammelij, qui prædictum opusculum Nouatiano presbytero ascribit.

Iob. 22.

Tertull. Pammelius.

VERS. 15. Coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum.

An hominis infidelis opera omnia peccatum sint?

ANNOTATIO II.

VIII. Quæri hîc solet an eleemosyna, verbi gratia, hominis infidelis, peccatum sit? id enim videntur hæc verba significare. Et quidem, sunt, qui dicant, sermonem esse formalem; nempe infidelibus, vt tales sunt, & ex infidelitate operantur, nihil esse mundum. Totus enim homo interior pollutus est, & non tantùm ea, quæ à Iudæis, tanquam immunda respuuntur, sed etiam illa, quæ munda esse putant. Contaminatur enim mens errore, cui addicta est, & conscientia, si quæ recta sunt, non vult agere. Augustin. in tract. in Psal. 103. huc respexit iuxta Bedam à quo hîc citatur, sic enim ait: *Immundis autem, & infidelibus nihil est mundum? Quia ergo causa? sed polluta sunt*, inquit, *mens, & conscientia; si nihil est eis mundum, nec Deus. Nisi forte putatis, mundum videri Deum illi, qui quotidie blasphemat eum. Si mundus est, placeat. Si placet, laudetur, si autem blasphematur, displicet: si displicet; quomodo potest tibi mundus esse, qui displicet, &c.* Idem Augustin. lib. 30. contra Faustum cap. 1. *Infidelis*, inquit, *siue comedat, siue abstineat, non sanctè, vel iustè comedit, vel abstinet, quia praua opinione vtrumque facit,*

Peccator immundus est.

Augustin. Beda. Psal. 103.

facit, &c. Ibidem etiá affirmat, eos qui post reuelatam gratiam, adhuc vmbras futurorũ, ita custodiendas existimarũt, vt sine iis gentes salutem, quæ in Christo est, consequi non posse contenderent, immundos & coinquinatos dici ab Apostolo quòd carnaliter saperent; & infideles, quòd tempora legis non distinguerent, à tempore gratiæ. Vides, quos ex sententia Augustini, appellet Apostolus coinquinatos, & infideles?

I X. An verò homo infidelis possit agere aliquod opus moraliter bonum, v.g. Eleemosynam, quod initio quærebatur, disputant Theologi; atque in affirmatiuam partem propendentes, dicunt, non tantùm opus bonum ex genere, sed etiam morale, hoc est, debitis circumstantiis affectum perfici ab eo posse. Quam doctrinam optimè expressit D.Thom. hoc loco. Lect. 4. Ex cuius expressione perspicies, in quo sensu D. August. eam negare videatur. Verba D. Thom. ita habent: *Cibi isti, munda sunt mundis; sed immundi coinquinatis*, id est, his, qui habent conscientiam inquinatam, Eccl. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et infidelibus*, id est, qui habent malam fidem. Isai. 21. *qui incredulus est, infideliter agit.* Deinde proponit D. Thom. & soluit quæstionem nostram; sic enim ait: *sed nunquid facit peccator & infidelis immundam eleemosynam?* Dicendum est ab Apostolo, non poni affirmatiuam, sed negatiuam, propositionem, vnde non dicit omnia; sed nihil mundum est eis; quod verum est, quia nihil eis perfectè mundum est. Nihil enim est mundum in actibus nisi in finem debitum ordinatum sit; isti autem sunt extra finem.

D.Thom. Eccles. 13. Isai. 21. D.Thom. Nihil est mũdum ei, qui opus suum nõ dirigit in bonũ finem. D.Thom.

X. Tandem obiicit sibi Thom. Nunquid aliquid est eis mundum? videtur enim nihil; *Omne enim, quod non ex fide, peccatum est.* Sed aliter dicendum est. Malum nánque nunquam corrumpit totum bonum. Est enim in quolibet peccatore aliquod bonum, saltem naturæ; imò etiam in dæmonibus. Quare cùm peccator aliquid facit secundùm quod est peccator, & infidelis, totum est peccatum ex radice; sed si quid facit ex principio alicuius boni, quod habet, vt fidei informis, vel naturæ, non est immundum. Ideóque rectè dicitur, coinquinatis & infidelibus, quatenus erant huiusmodi. Comedebant enim contra conscientiam, & errabant in fide: facientes scilicet, quod natura sua erat mundum, vtentibus verò immundum; voluntate immunda, & intellectu deprauante actus. Inquinata ergo dicitur, tanquam causa immunditiæ actuum, mens per infidelitatem; & conscientia per peccatum, Baruch. 3. *Quid est Israël, quòd in terra inimicorum es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, &c.* Hæc ferè D. Thomas: cuius doctrinam sequitur Card. Caiet. enarrans illa verba, *coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum*, sic enim ait: *Formalis est sermo, de inquinatis quatenus inquinati; & de infidelibus, quatenus infideles sunt.* Additq; id dictum esse, vt intelligatur eorundem discrimen à se ipsis profectum, quatenus exercent naturæ aut virtutis actiones; Hæ nánque cùm non ex inquinatione mentis, nec ex infidelitate procedant, alienæ sunt ab immunditia. Propterea aduersatiqè subiungi ait, *sed inquinata est eorum mens, & conscientia.* Mens quippe inquinatur errore, conscientia verò applicatione ad opus contrá regulam rectæ rationis, quæ veritati Euangelicæ consentanea est.

Baruch. 3. Caietan. Mens inquinatur errore: cõscientia verò peccato.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO XIII.

VERS. 16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cùm sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

Græcè; Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες, καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Ambros. Hieron.

I. LEGA verba βδελυκτοὶ ὄντες, καὶ ἀπειθεῖς, sic exprimes; *abominabiles cùm sint & incredituli*. D. Ambros. & D. Hieron. legunt, *execrabiles, & inobedientes*; pro quo non malè apponi potest *intractabiles*, aut *imperfuasibiles*. Porrò cùm verbum, ὁμολογοῦσιν, tam significet confiteri, quàm profiteri, rectè pro, *confitentur se nosse Deum*, vt habet vulgata editio, legere poteris, *profitentur se scire Deum*. Probat autem Apostolus inquinationem mentis & conscientiæ ex ipso opere, quia etsi lingua se nosse Deum profiteantur notitia fidei; contraria tamen veritati, & Christo moribus ostendunt. Cùm sint *abominabiles, & incredibiles*, siue, vt ad Græcæ vocis proprietatem magis accedamus, *imperfuasibiles*, quia, scilicet nulla sana doctrina eis persuaderi potest. Dicuntur etiam huiusmodi homines, *ad omne opus bonum reprobi*, hoc est, non solùm inepti ad rectè operandum: sed etiam reprobi mente scilicet, & affectu; à quibus nihil boni sperari potest, cùm sint filij diffidentiæ, vt Apostolus ait ad Ephes. 2. hoc est, de quorum salute desperare iure possumus. Ita eorum mens & conscientia in malo est obstinata.

Ephes. 2.

VERS. 16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

A quibusdam Deum, quem fide colunt, factis negari.

ANNOTATIO I.

Philo Carp. cap. 5. Bib. Patr.

I. HIs verbis reprehenduntur omnes, quorum fides à moribus discrepat; De quibus Philo Episcopus Carpathiorum super Cant. cap. 5. tom. 1. Bibl. Patrum, in illa verba: *Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt eam. Cùm multis*, inquit, *virtutibus polleat sponsa, iure admirationem sè videntibus affert, & beatissima prædicatur. Videt enim ad quantam gloriam bene beateq; viuendo peruenerit, ad quam quidē nemini datur accessus, nisi eam vita pariter, ac ore sanctissimè laudet. Multi enim ore se nosse Deum fatentur, moribus verò turpissimè abnegant. De quibus per Prophetam Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus*: Quare tu enarras iustitiam meam, & assumis testamentum meum per os tuum. Tu verò odisti

Psal. 49.

odisti disciplinam? & Psal.77. Et dilexerũt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. & Isaiæ 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. *Nihil enim est turpius, nihil infelicius, quàm vitam disparem verbis agere.* Hæc Philo Episcopus. Itaque qui boni sunt atque perfecti æquè dictis ac factis Deum confitentur ac diligunt: aliósque ad viram cælestem instituunt, ac trahunt. Contrà verò improbi nullam habent in factis cum fide consensionem, nullam in virtute constantiam. Hos immundos & execrabiles opera prava reddunt. Vnde contra Iudæos inuehitur hic Theodorus: *Qui hodie affirmant se colere Deum vniuersæ naturæ autorem, iis autem quæ vult, aperte contraria faciunt. Legem certo tempore circunscripsit, iij autem illo tempore legem non implebant. Post finem verò temporis pro lege decertant.* Hæc ille. In illos etiam cadit, reprehensio, qui cùm Christiani sint, & fidem habeant, non secundùm fidei præscripta viuunt; atque adeò immundi sunt & impuri. Vt enim ait Chrysost. hom. 3. peccatum, nequitia, cupiditas, & huiusmodi cætera, veraciter immunda sunt; iis dicitur Isa. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte malum de manibus vestris.* Et cap. 5. *Exite de medio eorum, & separamini, & immundum nolite tangere.* Existimat D. Chrysost. obseruationes illas legales præcessisse, vt homines intelligerent, abominari Deũ peccati inquinationem, & velle in nobis cordis munditiam, quam postulat Dauid, Psal. 50. dicens: *Cor mũdum crea in me Deus. Mortuum*, inquit Deus Leuit. 19. *nolite tangere, at peccatum huiusmodi est mortuum prorsus ac putidum.* Et Leuit. 14. *Leprosus ait, immundus est.* At nulla lepra deterior, quàm peccatum est. Rursus, *Qui fluxum seminis patitur, immũdus est*; huiusmodi existima, qui diuini verbi semina, quantum in se est, perire permittit. Item qui circuncisus non fuerit, immundus est; Et ex hoc inspice; non allegorias istas, sed figuras esse. *Qui*, inquit, *non circunciderit nequitiam animi sui, immundus est. Qui operatur in sabbato, lapidari percipitur*, hoc est, qui Deo non iugiter vacat, hic perit.

Psal.77. Isai.29. Theodor. Iudæi hodie aiunt se colere Deũ naturæ autorẽ; iis autẽ quæ ille vult, cõtraria faciũt. Chrysost. Isai 1. Isai 5. Psal.50. Leu.19. Leu.14. In peccatore cadit omnes immunditię. Allegoria in est in legalibus immunditiis.

II. Cùm ergo peccatũ immũditia sit, ab eo modis omnibus abstineamus. Quid auaritia fœdius? quid immundius? Quid enim illa non inquinatur? Manus animámque ipsam, cui insidet, commaculat, ipsamque domum, vbi rapinis ablatã reponuntur. At Iudæis id nihil esse videtur; contaminationem ex aspectu caudaueris, & ex aliis rebus prouenientem, vt graue peccatum, horrent. Et certè Ioseph, ossa patris tulit; & Moyses, ossa Ioseph: & Samson ex maxilla bibisse describitur; atque ex Leonis cadauere comedisse. Helias quoque à coruis, & à vidua muliere nutritur, 3. Reg. 17. Quid obsecro, si omnia diligenter inquiras? hæc patres illos fædarunt? Prædictæ obseruationes, nónne membranæ librorum, vel sanctissimæ appellari possunt? At ex mortuis animalibus, & ipsæ confectæ sunt. Vera immunditia ex peccatis oritur. Non igitur solus fornicator immundus est, quanuis hoc peccatum immunditiam sonet; verùm & auari, & alij plurimi peccatorum sordibus infecti. Inquinationem verò corporalem à lege inuectam, interdum primores Iudæorum, vt ostensum est, parui faciebant. Animi impuritas odio illis semper fuit. Hæc à nobis quoque omnibus viribus fugienda est? Ea autem contrahitur, non tam ob actum immundum, quàm ob violationem iuris. Quod probat Chrys. loco indicato. Nam is, qui duas habuisset vxores tempore legis Mosaicæ, non erat immundus. Et Dauid cùm haberet plurimas, immũdus non erat, vbi verò vnam

3. Reg. 17. Immunditia contrahitur ob violationem iuris. Chrysost.

violato iure quæsiuit, immundus prorsus est habitus, cur id? quia nequitiæ dederat manus, plus habere volens, quàm ex lege liceret. Ira etiam peccatum
Chrysost. est, non quæcunque, sed quæ modum rationis transilit. Hæc hominem, immundum reddit: vt enim annotauit Chrysost. Dominus Matth. 5. cùm de ira
Matth. 5. ageret, statim adiecit, *qui irascitur sine causa.* Neque enim simpliciter iram condemnauit, sed eam, quæ temeraria est, & sine consideratione causæ præceps. Atque omnibus in locis, immoderatus appetitus immundus est, quippe ex auiditate insanabili ea res gignitur. Vigilemus ergo, & vt Deum videre mereamur,
Matth. 5. munditiam sectemur, dicitur enim Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

III. Ex dictis perspicuum fit, omnem immunditiam peccati contrariam esse Deo. Atque adeò, qui ab eis non se abstinet, Deum, quem fide colit, factis negat. Aliter enim agit, quàm sentit. *Huius fides Iacob. 2. mortua vocatur:* fructum enim non profert boni operis, hoc est, gratiam, quæ pignus est vitæ æternæ.

VERS. 16. Factis autem negant.

Eorum fidem mortuam esse, qui Deum factis negant.

ANNOTATIO II.

IV. LOcus hic D. Iacobi mirè concinit cum Pauli dicto. Illi nanque, qui se nosse Deum profitentur, & factis negant; fidem quidem habent, sed mortuam, hoc est, actiones honestas non præferentem. Mortua autem fides, quod dogmate credit, opere negat: hoc est, ille, qui fidem habet, & tamen illius præscripta negligens, vitiis alios offendit, Deum factis quodammodo negat.
Iacobus 3. Meritò D. Iacobus cap. 3. eorum errorem confutat, qui inani tantùm fidei vocabulo gloriantur, & Christi fidem & libertatem legis gratiæ, velamen esse volunt, quo grauissima peccata, quibus turpissimè inquinantur, contegant. *Quid proderit*, inquit, *fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat?*
Fides mortua. Vsque adeò D. Iacobus necessaria esse censet opera misericordiæ, vt ne fidem quidem absque bonorum operum honorifico comitatu prodesse ostendat. In Scripturis nanq; id tantùm homini vtile esse dicitur, quod ad vitam sempiternam spectat. Vnde
1. Cor. 13. 1. Cor. 13. *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, nihil sum; etsi distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Nihil ergo prodest fides sine operibus charitate informatis. Est enim huiusmodi fides instar arboris infructuosæ, aut lampadis, sine oleo, quæ facilè extinguitur.

V. Non proderit huiusmodi fides illis, qui dicunt fratribus indigentibus misericordiæ subsidio, *Ite in pace, calefacimini, & saturami: non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori.* Vides nec ipsis habentibus, nec aliis talem fidem prodesse? Quid prodest bona verba proloqui, cùm opem deneges? Arguit ergo Iacobus quosdam Christianos, qui acceptam fidem sufficere ad salutem (quod hodie dogma est impij Lutheri) putantes, in otio viuebant, nec bonis operibus vacabant. Vnde, siquis bene moratus ex fidelium numero, velit homini Christiano habenti, fidem otiosam obiicere, pudorem illi afferet, inquit,

D. Iaco-

D.Iacobus, dicens: *Tu fidem habes & ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus tuis, & ego ostendam tibi ex operibus meis fidem meam, &c.* Deridenda enim est fides historica, hoc est benefactis destituta. Nam, vt Salomon ait Prouerb. 12. *Iustus annuntiat fidem*, id est, non caret bonorum operum testimonio, quo fidelem se esse demonstrat. Prou. 12.

VI. At quomodo dicitur fides mortua in semetipsa, quæ non producit fructum bonorum operum? Nempe, quia habentem apud Deum non viuificat, nec illius opera viua efficit, comparari potest cum brachio, quod sensu & motu caret; cum corpore vita orbato, cum aqua stagni, quam ideò mortuam vocamus, quia non mouetur, & immundis scatet vermibus; cùm pecunia, quæ in thesauro deposita lucrum non affert, quia otiosa est; differque ab ea, quæ in mensa posita cursum habet, & vsum vtilem, dicitúrque viua. De fide mortua, ita Augustinus lib. 15. de Trinit. tom. 3. Fides quidem, inquit, potest sola esse, sed non prodesse. Et D. Iacobus addit contra eum, qui profitetur se nosse Deum, & factis negat: *Tu credis, quoniam vnus est Deus. Bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt, &c.* Nemo gloriari potest de fide. Nam & dæmones credunt; non quidem per habitum fidei (hunc enim, vt D. Thom. ait, 2.2.q.5. art.2. peccantes amiserunt) sed aliunde. Dicuntur tamen hi credere & contremiscere, non quòd ex habitu illius doni eliciant actum credendi, sed quòd ex intellectus perspicacia, qua vigent, & vident opera Dei, multa cognoscant. Augustin. Fides potest sola esse, sed nō prodesse. D. Thom.

VII. Idem q. 18. art. 3. docet: damnatos habitum fidei infusum retinere magis potuisse, quàm habitum spei: quod ex eo confirmat, quoniam & ipsi dæmones credunt & contremiscunt. Quam sententiam apertè asserit Mag. in 3. d. 23. cap. 4. *Fides*, inquit, *quam dæmones & falsi Christiani habent, qualitas mentis est, sed informis, quæ sine charitate est.* Quod probat ex Augustino in Psal. 77. tom. 8. & ad Gal. 5. tract. 10. super epist. Ioannis. Idem tenet Alen. 3. p. q. 64. m. 7. Et super epist. ad Rom. c. 1. in illa verba, *Ex fide in fidem.* Ambr. Cathar. in cap. 2. Iacobi; multis eam astruit verbis. Salmeron noster super cap. 2. Iacob. disput. 5. P. Valenca, eam probabilem putat 2.2.q.5.ar.2.punct.2. Et ex Patrum testimoniis confirmat, præsertimque Augustini lib. 15. de Trinit. c. 18. Et in Ench. c. 8. Et in lib. 50. hom. 17. & serm. 16. de verbis Apostoli. Idem ferè opinantur sententiarij qui dicunt fidem fuisse in dæmonibus ante lapsum; præsertim Dur. in 3. d. 23. q. 9. art. 2. qui asserit fidem manere in dæmonibus, non solùm, quoad habitum, sed etiam, quoad aliquos actus. Quare licèt contraria sententia magis placeat, nullum arbitror absurdum si quis dicat hoc donum in dæmonibus, etiam post lapsum mansisse, vt quantò euidentiùs agnoscunt Dei prouidentiam, tanto acerbiùs torqueantur, dum iustam Dei in se damnationis sententiam, sine spe plectendi rigorem, exercitam vident; cùm aduersùs homines innumera extent misericordiæ diuinæ argumenta. Et quidem Spiritus sanctus, fidem vocat illam cognitionem dæmonum apud Iacobum, & antiqui Patres. Vnde Augustus tom. 4. in lib. de fide & operibus cap. 14. citans hæc verba: *Tu credis, &c.* veram fidem dæmonibus inesse ait; & Luc. 3. *Exibant dæmonia clamantia, & dicentia, Quia tu es filius Dei, & increpans Dominus, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum Christum, &c.* vbi *sciendi* verbum ponitur pro verbo *credendi*, sicut Luc. 1. de Ioanne Baptista, *Ad dandam scientiam salutis*, id est, ad credendum, & Martha Ioan. 11. *Scio, quia resurget*, Lazarus sc. *in nouissimo die*, Dæmonibus fides qualis concedatur. Augustin. Luc. 3. Luc. 1. Ioan. 11.

die, hoc est, credo. Credunt ergo dæmones, sed contremiscunt, quia fidem mortuam habent, hoc est, sine dilectione, & bonorum operum societate. Eorum tremor ostenditur Matth. 6. vbi legio, quæ hominem obsidebat, dixit Christo, *Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos?* Hic timor seruilis est, & peccatoribus familiaris; inducitque terrorem & tremorem. Non ita timor filialis, de quo Psalm. 18. *Timor Domini sanctus*; & de Angelis dicitur, in præfat. *Laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates*; tremore videlicet non seruili, sed filiali, & reuerentiali, vt vocant, qui concors est cum charitate, & beatifico amore. Potrò fides in dæmonibus, & damnatis coacta est, cùm tamen fidei natura postulet, vt sponte à nobis recipiatur. *Cætera nanque*, inquit Augustinus, *potest homo nolens, sed credere, non nisi volens.* Atque in hoc præcipuè differt à fide viatorum, fides dæmonum & damnatorum. Tantùm de fide mortua & viua.

Timor Dæmonum seruilis. Psal. 18.

In dæmonibus fides coacta.

De copulatione fidei cum bonis operibus.

ANNOTATIO III.

VIII. COpulandam esse fidem cum bonis operibus, omnes Scripturæ clamant; Præsertim Paulus, fidem nobis oppidò commendat, quæ per dilectionem operatur. Vnde ad Timoth. 2. cap. 1. *Formam*, inquit, *habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide, & in dilectione Christo Iesu, &c.* Idem ex Patribus innotescit; Primò, Augustinus serm. in epist. 1. Ioan. cap. 3. enarrans illud, Siquis negat, quòd Iesus non sit Christus, ipse est Antichristus, *Si negatio*, inquit, *non tantùm lingua fit, sed factis: certè multos inuenimus Antichristos, qui ore confitentur Christum & moribus dissentiunt à Christo. Paulum audi: de talibus cùm loqueretur, ait*, confitentur se nosse Deum, factis autem negant: *Quisquis factis negat Christum, Antichristus est. Non audio, quid sonat, sed video, quid innat. Opera loquuntur, & verba requirimus? Quis enim malus, non bene vult loqui? sed quid dicit de talibus Dominus, Matth. 12. Hypocrite quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? voces meas ad aures meas affertis: ego cogitationes vestras inspicio. Non colligo de tribulis ficus, non colligo de spinis vuas; Vnaquæque arbor à fructu cognoscitur*, Matth. 7.

2. Tim 1.

August. 1. Ioan. 3.

Qui negat ore, vel factis Christũ, Antich. est.

Matth. 12.

Matth. 7.

IX. Idem in tract. eiusdem epist. omnes mali Catholici verbis confitentur Christum in carne venisse; factis autem negant. Nolite ergo esse tanquam de fide securi: adiungite fidei rectæ vitam rectam. Nam si confiteamini verbis, & factis negatis, fides talium morum, propè est fides dæmoniorum, &c. adducit locum Iacob cap. 2. de fide & operibus, illud addens: *Nunquid ideò dæmones, ab æterno igne liberabuntur, quia credunt, & contremiscunt?* Ideò ad finem inchoatę expositionis in epist. ad Rom. ex hoc, & similibus locis colligit, in Scriptura aliquid factis dici & negari; neque Deum eos confiteri, qui oris tantùm sono, non etiam bonis operibus, Christi legem veperantur. Tandem in epist. Ioannis tract. 3. & 6. *Non attendas*, inquit, *ad linguam, sed facta: quiescat paululum lingua, vitam interroga: non audio quid sonet, video quid vinat; opera loquuntur, verba requirimus, &c.* Iuxta hanc doctrinam Christi negatores vocat, non solùm paganos, hæreticos, & Iudæos, sed etiam omnes malos Catholicos qui periuri sunt, adulteri, fœneratores, mendaces, &c. Adiungere ergo fidei rectæ, vitam rectam, sic iubet, vt Dominum confiteamur, & verbis vera dicendo, & factis bene-

Iacob 2.

Adiungenda est fidei rectæ, vita recta.

bene viuendo. Hæc inuenies apud Bedam collecta ex Auguſt.

X. D. Bernardus ſerm. 24. in Cant. enarrans illud cap. 1. *Recti diligunt te*, quod ad ſponſam dicitur: diuiſionem quandam animaduertit intercuenire in eo, qui fidem habet ſine operibus. ſic enim ait: [*Quid* diuidis actum, à fide? iniquè diuidis, fidem perimens tuam. Nam fides ſine operibus mortua eſt. Munus mortuum offers Deo: ſi enim quædam anima fidei, ipſa deuotio eſt, quid fides, quæ nō operatur ex dilectione niſi cadauer exanime? Non mirum, ſi inſurrexit in fratrem qui ſuam priùs occiderat fidem, Gen. 4. Quid miraris, ô Cain, ſi ad tua non reſpexit munera, qui te deſpicit? Diuiſus es in te. Si manum deuotioni; quid animum das liuori? Non concilias Deum tibi, diſcors tecum. Non placas, ſed peccas. Etſi nondum quidem impiè faciendo, ſed tamen diuidendo non rectè. Quomodo rectus, cuius fides mortua, cuius opus mors, cuius nulla deuotio amaritudo multa? Recta oblatio, ſed crudelis diuiſio, &c. Deinde ſubiungit Bern. Mors fidei eſt ſeparatio charitatis: crediſ in Chriſtum? fac Chriſti opera, vt viuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet, probet actio. Non incuruet terrenum opus, quem fides cœleſtem erigit. Qui te dicis in Chriſto manere, debes, ſicut ipſe ambulauit, & tu ambulare. Quòd ſi propriam gloriam quæris, florenti inuides, abſenti detrahis, reponis lædēti te: hoc Chriſtus non fecit. Confiteris te noſſe Deum, factis autem negas. Non rectè planè, ſed impiè, linguam Chriſto, animam dediſti diabolo. Audi ergo, quid dicat Matth. 7. Homo iſte labiis me honorat, cor autem eius longè eſt à me. Non es profectò rectus, qui non rectè diuidis. Non potes tollere caput preſſum diaboli iugo, &c.]

Bernard. Cant. 1.

Anima fidei, deuotio eſt: ac proinde fides ſine dilectione, cadauer exanime eſt.

Genes. 4. Sacrificans Cain nō placat, ſed peccat.

Mors fidei eſt ſeparatio charitatis.

Matth. 7.

XI. Vituperat Greg. Naz. in orat. in plagam grandinis eos qui multi ſunt in ſuadenda aliis virtute; ſatiſque eſſe ait pauca eloqui, ſi in moribus dicentis, id appareat, quod in verbis commendatur. *Prima*, inquit, *ſapientia eſt, ſapientiam in verbis, & diſputationum argutijs ſitam, pro nihilo ducere. Atque vtinam mihi potius quinque verba eloqui prudenter contingat, quàm ſexcenta in lingua, & voce tubæ, quæ militem meum ad ſpirituale bellum excitare nequeat. Hanc ego ſapientiam laudo; hanc amplector, cum qua piſcatores, vniuerſum orbem Euangelij retibus cinxerunt, & perfecto illo, atque copioſo verbo, fluxam illam atque enarmidam ſapientiam proſtigarunt, &c.* Deinde imperitum animum, & fide mortua deteſtabilem, ſi volubilem, & pulchrè loquentem, linguam habeat, ſepulchris comparat, quæ licet externa elegantia niteant, tamen cadaueribus ſcatent, multúmq; fœtorem regunt. Tandem quid cenſeat, ſic explicat: *Is demum mihi ſapiens videtur, qui pauca quidem de virtute verba facit, cæterùm actionibus ipſis permulta demonſtrat, vitæq; integritate orationi fidem autoritatémque conciliat. Præſtantior meo quidem iudicio exiſtimanda eſt pulchritudo ea, quæ oculis cernitur, quàm quæ penicillo pingitur; & diuitiæ, quas manibus tenemus, quam quas ſomnij errore nobis fingimus; vt ſapientia, quæ factis indicatur, quàm quæ verbis ſplendeſcit. Intellectus enim* (inquit ille) *bonus omnibus facientibus eum, non item prædicantibus.* Hæc Nazianz.

Greg. Naz.

Præſtat pauca loqui cū Spiritu Dei, quàm multa abſque affectu pio.

Sapientia Apoſtolorum efficax, abſq; eloquentia ſeculari.

XII. Hanc ſapientiam, qua fidei linguam & opera confirmamus aſſequuntur illi, qui nec diſſolutè vixerint, nec remiſſi fuerint in ſceleribus alienis, vt ſuis pareant, vindicādis; vt enim ait Nazian. orat. in laudem Athanaſij: [*Plerique* in dignitate conſtituti, duorum alterum peccant, vel quia venia ipſi opus habent, vltra modum alij ignoſcentes, vt ſic, non modò non reprimatur

Præſari duorum alterum peccant, vel quia vltra modū ignoſcūt aliis: vel quia acerbi ſunt.

vitium, sed etiam doceatur: vel, quia imperij acerbitate peccata sua tegunt.

Athanasius vita sublimis erat, animo humilis.

Quorum vtrunque, inquit, fugiens Athanasius, vita sublimis erat; verùm animo humilis; atque virtute, vt nemo ad eam aspirare posset. Declarabat fidem viuam in pectore latentem, in eo, quòd ea erat comitate, vt ad eum aditus omnibus pateret, clemens, ab ira alienus, misericordia præditus, sermone iucundus, moribus iucundior, forma Angelicus, animo magis Angelicus; in obiurgando placidus; in laudando eruditendi vim habens; ne aut mollities dissoluta, aut seueritas fastidiosa & importuna esset. Erat denique, vt ibidem ait Nazianz. D. Athanasius percutientibus adamas; magnes dissidentibus; egregiam, inquit, duorum lapidum naturam imitatur, nam & percutientibus adamas efficitur, & dissidentibus magnes, arcana naturæ vi ferrum trahens, ac durissimam omnium materiam sibi adiungens. Hæc ille; Clemens Alexandrinus strom. 2. fol. 55. fidem saluti necessariam à charitate non separat. *Fides*, inquit, *est basis & stabilimentum charitatis. At prima quidem ad salutem inclinatio nobis fides apparet; postquam timor & spes, & pœnitentia cum continentia & tolerantia, nos ducunt ad charitatem.* Hæc ille, significans fide & charitate perfici in nobis, quod ad salutem necessarium est. Meritò ergo Paulus vocat abominatos, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobos eos, qui cùm profiteantur se nosse Deum factis, id ipsum negant.

Athanasius erat percutientibus adamas, magnes dissidentibus. Clem. Alex.

Augusti.

XIII. Placet ex D. Augustino adhuc annectere aliquid contra eos, qui cùm aliis præsint, malo exemplo fidem malè operantes, videntur negare, sic enim ait in lib. de pastoribus: *Parum est, quod mali pastores oues languentes & infirmas, & errantes & perditas, non curant: etiam istas fortes & pingues necant quantum in ipsis est. Quomodo inquis, occidunt? Malè viuendo, malum exemplum præbendo. An frustra dictum est, seruo Dei*: In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, & forma esto fidelibus? *Attendendo enim ouis etiam fortis plerumque præpositum suum malè viuentem, incipit dicere in corde suo, Si præpositus meus sic viuit, ego sum, qui non faciam, quæ ille facit? occidit ouem fortem.* Deinde addit, *Dico charitati vestræ, iterum dico, etsi viuunt oues, & tenent illud quod audierunt, Matth. 23.* Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. *Tamen, qui in conspectu populi malè viuit, quantum in illo est, eum à quo attenditur, occidit. Quomodo cum lascinus homo intendit mulierem ad concupiscendum, ecce illa casta est, & mœchatus est iste, Matth. 5. Non peruenit ad illius cubiculum, & interiore iam suo cubiculo voluptatur. Qui imitatur, moritur; qui non imitatur, viuit; tamen quantum ad illum pertinet, occidit.* Hæc ille.

Exempla prælatorum, si non rectè viuunt, nocent.

Matth 23.

Qui malè viuit, quantum in illo cum, à quo attenditur occidit.

Matth. 5.

VERS. 16. Factis autem negant: cùm sint abominati, &c.

De excitatione eius, qui Christum, quem colit fide, ad omne opus bonum torpescens, factis negat.

ANNOTATIO IV.

XIV. QVoniam in his, qui fideles sunt, peccandi assidua consuetudo, mortuam sæpè siue otiosam reddit fidem, depranatos mores sociante fastidio rerum diuinarum; remedia huic morbo depellendo opportuna apud D. Bern. inueni, quæ valde vtilia fore legentibus spero; & lucem aliquam doctrinæ

ctrinæ Pauli allatûra. In primis D. Bernard. in Cant. serm. 21. enarrans illud sponsæ dicentis, *Trahe me post te, in odorem curremus, &c.* ait, sponsam sibi optare tentationes, & labores, quibus post sponsum trahatur; Idcircò dixisse in singulari, *trahe me*, & non trahe nos. Nam sodalibus optabat odorem suauem, qui à bono exemplo patientis pro Christo ærumnas efflatur, & ad cursum imitationemque virtutis suauiter alios prouocat. Hoc charitatis est. Illud ad depellendum fastidium nostrum facit, quod ait, *Cùm te torpore & accedia affici sentis, noli propterea diffidere, aut desistere ab studio spirituali, sed tuuantis require manum, trahi te obsecrans sponsæ exemplo, donec denuò suscitante gratia factus promptior alacriorque curras, & dicas* Psal. 118. Viam mandatorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. *Porro in tempore tentationis consolare, & dic cum sponsa:* Trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Deinde idem Bern. serm. 14. in Cant. enarrans illud, *Oleum effusum nomen tuum*, remedium adducit, quo torporem & tædium sæpe excussit; & ad bene operandum, se excitauit, maximè in principio conuersionis suæ ad Deum. [*Cùm* cum quærerem, inquit, in quo recalescerem, atque requiescerem spiritus meus, vtique torpens, & languens, nec vlla parte occurreret, qui succurreret, per quem videlicet pruina rigens, quæ sensus stringebat internos dissolueretur, & vernalis illa suauitas, ac spiritualis amœnitas reuerteretur, tum magis ac magis languebat, & dormitabat anima mea præ tædio tristis pene ac desperans & mussitans secum illud: A facie frigoris eius quis sustinebit? Psal. 45. Cùm subitò fortè ad affatum, vel etiam ad aspectum cuiuspiam spiritualis perfectiq; viri interdum, & ad solam defuncti absentisque viri memoriam flabat spiritus, & fluebant aquæ. Psal. 41. Et erant mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Quid enim istud, nisi odor exhalantis vnctionis, qua erat perfusus. Non enim vnctio, quæ ad me, non nisi homine mediante non pertinebat. Eapropter etsi gaudebam de munere, confundebar tamen, quòd sola ad me tenuis exhalatio, & non pinguis aspersio peruenisset. Odoratu quippe delectatus, non tactu, indignum me proinde cognoscebam, cui per se ipsum dulcesceret Deus. Quâ in re nostra superbia conuincitur, aut fraterna charitas nutritur, aut desiderium excitatur. Vnus idémque cibus, & ægrotis est medicina, & ægrotatiuis diæta: delectat valentes, & langorem sanat, &c.]

Bernard. Sponsa optat labores in quibus placeat sponso.

Psal. 118.

Remedium ad excitandā deuotionem cū frigemus. Bernard.

Psal. 45.

Tepor spiritus consideratione viri sancti alicuius, vincitur.

Psal. 41.

XV. Itaque Bernardus duobus remediis expugnare posse credit torporem, quo à fide viua ad mortuam animus paulatim degenerat. Primùm, non remittendo quicquam de spiritualibus exercitationibus. Deinde, proponendo alicuius hominis viui, vel defuncti feruentem charitatem, & in bonis operibus assiduam & promptam voluntatem. Ablegabitur profectò omnis desidia, & tædium, quo ad omne opus bonum torpescit animus, si iis remediis vtatur. Nam qui ignauo somno deditus, salutaria pharmaca propinanté Bernardum, reijcit, affinem esse desperationi, qua omnes filij diffidentiæ absorberi solent, mihi persuadeo. Hos vocari puto ab Apostolo abominatos, hoc est, execrandos, vita & moribus, & toto interiori homine, incredulos, siue, vt Græca sonant, impersuasibiles, hoc est, quibus nulla ratione, veritatis, & virtutis copulatio persuaderi potest; Ad omne opus bonū reprobos, id est, de quibus nihil boni est sperandum; vt enim D. Thom. hîc annotauit, tria excludit Apostolus, quibus homo lapsus in culpam, ad Deum redire solet, nempe gratiam, fidem

Bernard. Torpor expugnatur cōtinuatione honestæ actionis: & imitatione viri sancti nobis noti. Ignaui sunt omnes filij diffidentiæ. D. Thom.

Gratia, fides, exercitiū boni operis.

& exercitium boni operis. Gratiam excludit, cùm abominatos vocat, id est, non acceptos Deo per gratiam: fidem remouet cùm incredibiles, id est, non aptos ad credendum appellat. Exercitium boni operis negat, cùm ad omne opus bonum reprobos dicit, hoc est, reprobandos iuxta Hier. 6. *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.* Chal. Paraph. legit, *Ecce sicut argentum reprobatum, abiectos vocate eos.* Queritur propheta de obduratione Iudæorum, qui prophetarum vaticinia deridebant, in peccatis suis obstinatè perseuerantes. Quare statuit eos tanquam incorrigibiles, & à Deo reprobatos, iudicari oportere, præsertim cùm Deus, eos ob perseuerantem malitiam à se proiecerit, decreueritque hostibus suis eos tradere.

Obdurati in vitiis vocantur reprobi. Hieremi. 6. Chald. Paraphr.

Rom. 9. Hîc obserua, qua ratione Deus, vt Apostolus ait, ad Rom. 9. *Sustineat in multa patientia vasa iræ aptа in interitum, & nihil prætermittat ex his quæ necessaria sunt ad emundandam huiusmodi vasa. Quid vltrà* (inquit ille Isaiæ 5.) *debui facere vineæ meæ, & non feci?* Sunt, qui de aliorum salute desperent, si auditores ad primum exhortationis verbum non fuerint conuersi. Non sic Deus: *Charitas*, inquit Paulus 1. Cor. 13. *patiens est.* Et 2. Timoth. 4. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Væ autem illis, quibus furor est in similitudinem serpentis, & sicut aspidis surdæ, & obturantis aures, ne audiat vocem incantantium. Qui dicunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens, vt seruiamus illi?

Isa. 5.

1. Cor. 13. 2. Tim. 4.

Deus abijcit eos, qui obedire diutiùs vocationi nolunt. Quid de illis dicendum, quos Apostolus hîc vocat abominatos & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobos. Hos Deus tanquam induratos, & in malo obfirmatos iure reijcit. *Vocaui*, inquit, *& renuistis: extendi manũ meam, & non fuit qui aspiceret; neglexistis omnes increpationes meas. Ego quoque in interitu vestro ridebo.* Quid isthuc est? Magna profectò Dei indignatio, vt mitissimus ille Dominus, qui flet super Hierusalem, rideat in interitu peccatoris.

Time ne fias abominatus, & ad opus bonum reprobus; sic enim argentum reprobum eris quod Dominus proijciet, tanquam ad nullum vsum vtile.

EPI

EPISTOLÆ

B. PAVLI APOSTOLI AD TITVM

CAPITIS SECVNDI

PERIOCHA.

Apta ad vnamquamq; ætatem, & sexum præcepta proponit, vt Titus intelligat, qua prudentia se gerere debeat in sui muneris administratione. Idem argumentũ ferè inuenies in cap. 5. & 6. prioris epistolæ ad Timotheum, vt hic in Epitomen collata videantur quæ ibi fusius sunt scripta. Deinde insignem Christi in nos charitatem commendat illis verbis: Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, &c. *Nimirum, vt qui verba hæc lectitarint, & affectu pio fuerint meditati, nullam formident difficultatem. Imò parati sint ad illius doctrinam, vt par est, inflammato studio capessendam.*

CAPVT SECVNDVM.

SECTIO I.

VERS. 1. Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam, senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.

Græcè; Σὺ δὲ λάλει, ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, πρεσβύτας, νηφαλίους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. ADMONET hoc loco Hieron. vocem, νηφαλίους, ambiguam esse, duóque ex æquo significare, nempe sobrium siue moderatum in vsu vini, & vigilantem. Sicut & verbum νήφειν, vtrunque significat, hoc est, *vigilare & modum seruare.* Vult ergo Apostolus, vt in senibus vtraque virtus eluceat, moderatio scilicet in vsu cibi & potus, & vigilantia, tam in publica quàm in priuata officij sibi commissi administratione. In eisdem requirit pudicitiam, quam virtutem expressit Latinus interpres; si enim iuuenibus Hieron.

dedecori est lasciuia, quantò magis senibus! vocabulum, σώφρονας, non tam pudicos quàm seueros, & honestatem præ se ferentes significat. Vnde D. Ambr. pro *pudicos*, legit, *graues*.

Ambros.

II. Vocabulum, σώφρονας, interpretatur vulgata editio, *prudentes*, & rectè quidem D. Hieron. pudicos; sed non opus fuit ita interpretari, cùm iam ea virtus suprà fuerit significata. D. Chrysost. commendari hac voce putat senibus animi moderationem, quòd ea ætas, ob mentis imbecillitatem soleat immoderatiùs excandescere: sanos etiam esse iubet, præsertim in fide; quia desipiscat senum vulgus, & ferè dum repuerascunt, inepti ant. Quia verò matura ætas, cùm iam ad decrepitam vergit, acri bile nimium laborat, & tristior est; optat in senibus charitati copulatam patientiam. Hæc enim virtus, valdè illis necessaria est, ne hominum societati molesti sint. Theod. hæc verba; *sani in fide, in dilectione, in patientia*, ita explicat, vt ipsi, & syncerè credant, & charitate in proximum resplendeant, & quæ à veritatis hostibus inferuntur, molestias forti & excelso animo ferant, &c. Ad doctrinam hanc Apostoli capessendam, æquum erat inuitari omne genus hominum, illis Persij verbis, ex Sat. 5.

Hieron. Chrysost.

In senibus optãda charitas patientiæ copulata. Theodor.

Persius.

Pette hinc iuuenesque senesque
Finem animo certum, miserisque viatica canis.

VERS. 1. Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam.

Reprehenduntur à D. Petro, & Iuda Apostolo, qui non sanam annuntiant doctrinam.

ANNOTATIO I.

III. MVnus Episcopi siue doctoris Euangelici, paucis verbis Paulus significauit, dum ait, *Tu verò loquere, quæ decent sanam doctrinam*. Quasi dicat, sunt in Creta pseudoapostoli, sunt nouæ doctrinæ inuentores, sunt mendaciorum artifices, qui sacram doctrinam & oppugnant & corrumpunt: Ac propterea dogmata ingerunt tabifica lue multis interitum animæ allatura: *Tu verò loquere, quæ decent doctorem, qui profiteatur non à se excogitatum aliquid, sed à Christo acceptum, ad sanitatem animarum in medium adducere*. De malis doctoribus corruptam disciplinam tradentibus, ita D. Petrus epistolâ 2. cap. 2. *Fuerunt verò, & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducant sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Deum negant, superducentes sibi celerem perditionem, &c.* Quibus verbis D. Petrus, & fuisse iam olim falsos prophetas ait; qui currebant, cùm Dominus non mitteret eos, & dicebant, *Hæc dicit Dominus*, quando proprio spiritu falsa annuntiabant, vt constat Ezech. 13. & Hierem. 23. & suo tempore falsos magistros inuehit queritur qui Scripturam diuinam peruertentes, impiis interpretationibus sanam doctrinam corrumpunt. *Væ* (inquit Dominus Luc. 11. Matth. 23.) *vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis*. Et D. Paulus Act. 20. *Ex vobis ipsis*, inquit, *exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se, &c.* Hæreticorum ingenia depingit, & eorum, qui nouitates sectantur. Obrepunt enim arte quadam in animos simplicium; primùm occulta insinuatione. Deinde verò, manifesta & publica praui dogmatis promulgatione.

2. Pet. 2.

Ezech. 13. Hierem. 23.

Luc. 11. Matth. 23. Act. 20.

Ingenia hæreticorum depingitur, & eorum, qui nouitates sectantur.

ne. Horum, vel in ipso exordio deceptiones ne incremento noceant, extinguendæ sunt. Quod significatur Cant. 2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Hæ vulpes, si non capiantur, dum paruulæ sunt, in leones excrescunt, rictu & unguibus formidabiles. *Hi sunt* (inquit, D. Petrus loco citato) *per quos via veritatis blasphemabitur*, id est, Euangelica doctrina malè audiet, ob vitam, & mores turpissimos. Vnde subiungit, *Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur*; hoc est, per auaritiam composito sermone vos mercabuntur: sumpta est translatio à negotiatoribus, qui vt cariùs vendant blandis sermonibus ad se emptores alliciunt. Meritò Caiet. enarrans prædicta verba D. Petri inuehitur in impostores nostri temporis, hoc est, hæreticos, & alios quæstum importunè sectantes. sic enim ait: *Non longè ab istis sunt prædicatores quæstus, qui abutuntur populi Christiani deuotione ad quæstum, qui ignoranter, aut temerè prædicare audent, quod soluentes Carolinum, aut ducatum, promulgata indulgentia plenaria sunt in eo statu ac si tunc baptizati fuissent: & similiter, quod liberant animam vnam à purgatorio. Hæc enim monstra sunt, & negotiationes de Christiano populo. Nescit Christiana religio hæc figmenta.* Hæc Caiet.

Cant. 2. Minora vitia, quæ vulpes, nisi occidantur, crescunt in leones, hoc est, grauia crimina. Caiet.

Impostores captantes in re sacra quæstum. Christiana religio nescit figmenta.

IV. Huc spectat illud Iudæ in sua Canonica: *Væ illis*, inquit, *qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt: & in contradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis macula, conuiuantes sine timore, &c.* In via Cain ambulant, qui aut inuidia incitati fratres interimunt in corde; aut praua doctrina nocent, vt ille, qui fructus terræ Deo, non cum electione, sed temerè offerendos esse putabat. *Errore Balaam effunduntur mercede*, qui non virtute ducuntur, sed aliqua boni specie, quasi esca alliciuntur ad malum, vt Balaam ad mercedem, cuius stultitiam obiurgauit asina, sicut plerunque viri simplices, sua honesta vita, & moribus doctos & inflatos prælatos reprehendunt. *In contradictione autem Core pereunt illi*, quos superbia impellit ad impugnandos Ecclesiæ principes, & mores à maioribus approbatos, hos interdum cum sua contradictione absorbet terra, dum miserè, & cum ignominia pereunt. Venerabilis Beda eadem verba, sic exponit: *Via Cain abeunt, qui propter inuidiam meliorum nomen sibi doctorum, quo honorificentur, assumunt, & errore Balaam effusi sunt, qui pro amore terrestrium commodorum veritatem quam ipsi norunt, impugnant. Contradictione Core pereunt, qui viui ad inferna descendunt, & intercunt quicunque appetitu indebiti primatus sese ab vnitate sanctæ Ecclesiæ secernunt, sciente sque, & præuidentes quantum mali gerant, ad scelerum tamen Tartara descendunt.* Hæc ille, addit Apostolus multa, quibus exprimit doctorum, qui non auditorum vtilitatem, sed suam sibi proponunt, inconstantiam. *Hi sunt*, inquit, *in epulis suis macula, conuiuantes sine timore, se ipsos pascentes*, Græcè ita intelligitur, ὅτι εἰσὶν οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες συνευωχούμενοι ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. ——— Quæ ita vertit, & explicat Gagnæus: *Hi sunt in conuiuijs vestris tanquam confragosa in mari saxa, & cauernosæ rupes, & tenia, vobiscum intrepidè conuiuentes, seipsos pascentes.* Videtur autem Iudas vocasse epulas Græcè ἀγάπας, hoc est, charitates siue dilectiones; sic enim à Christianis epulæ olim vocabantur, quòd stabiliendæ charitatis gratia conuiuarentur. Tertull. in Apologetico; cap. 39. vocat, *fraterna Ecclesiastici cœtus conuiuia*: σπιλάδες verò sunt propriè saxa concana, & rupes cauernosæ, quæ sub aquis pelagi occultantur, & naufragij periculum præbent nauigantibus; de quibus Plin. lib. 5. in procœmio; *Frequentes tenia canditanis vadi*

Iudæ Canonica.

Balaam mercede effusi sunt, qui lucellū sequūtur, non veritatem.

Beda.

Qui ambiūt primatū eū Core pereūt.

Gagnæus.

Similitudines hominē apostatā ex primentes. Tertull.

Pliniūs.

Teniæ in mari.

vadi nautas territant, fluctus enim scopulos allidentes candicant, & sonitum edunt. Eleganter profectò deceptores istos, cauernosas rupes, & insidiantes vocat. Apostolus, quia per simulationem amicitiæ coniuncti se ingerunt, & conuescentium conscientias naufragari cogunt, dum errores euomunt pestilentes, vulgatus interpres legisse videtur κύλα, id est, macula, &c.

κύλα.

Mali sunt nubes sine aqua.

V. Eosdem crebris metaphoris, magis explicat; Prima est, *nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur:* vacui namque sunt fide & charitate, quæ est instar aquæ, qua debent doctores alios fœcundare; eleuati per arrogantiam à terra, non ab spiritu diuino, sed à seipsis assumpto insolenter magisterio, & tamen nubes sunt, vento Tartareo agitabiles ad inducendam in terras caliginem.

Arbores autumni, &c.

Secunda, *arbores autumnales, infructuosæ.* Arbores autumnales seriùs frondibus ornãtur, quàm, vt possint fructus edere maturos. Autumni præterea tempore, in Iudæa & aliis locis, nulla sunt iam poma, atque adeò in ea anni parte infructuosæ sunt arbores. Quadrat metaphora, in homines socordes, & tardos ad omne opus bonum; de quibus dicitur Matth. 7. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Tertia, *Bis mortuæ*, dicuntur arbores bis mori. Primùm, cùm omnino fructum nullum iam protulerunt. Deinde, cùm igni traduntur ferro excisæ. Ad hunc modum Didymus, quem citat Salmeron super eadem verba, ait, bis mortuos vocari peccatores: primò quidem quãdo ab infidelitate, per pœnitentiam veluti resurgunt, accedentes ad Euangelium. Deinde, quando repetita malitia moriuntur; primam tamen mortem vita consequitur; secundam verò, reatus pœnæ sempiternæ. Clemens Alex. semel mori ait eos, qui delinquèdo peccarunt. Iterum verò eòdem mori cùm traduntur suppliciis, secundùm prædestinatã Dei iudicia. Fortè bis mortui dicuntur, quia corporis simul & animæ damnationem incurrunt: vel certè, quia sibi & aliis moriuntur. Sunt enim quidam, qui licèt sibi mortui sint, fructum tamen referunt Deo, in aliis, Sacramentorum & prædicationis vsu & applicatione. Quarta, *Eradicatæ*, instar arborum sunt, quæ radicitus euulsæ nullam spem aliquando reuiuiscendi nobis relinquunt. Quinta, *Fluctus feri maris despumantes suas confusiones.* Feri vocabulum adiacet præcedenti dictioni. Nam Græcè est, ἄγρια πελάγη. Hi nánque sunt, veluti fluctus feri & horribiles maris, ob intestinum veritatis, & bonorum odium; assiduéque blasphemo ore in Deum despumant conuitia: Tales sunt, qui libellos famosos ediderunt, & Babylonicas captiuitates. Beda, [*Fluctus*, inquit, feri maris sunt peruersi doctores, qui & in semetipsis inquieti sunt, & pacem Ecclesiæ turbare non cessant. Dicuntur tales despumantes suas confusiones, quia instar tumentium vndarum, quantò altiùs se superbiendo attollunt, tantò ampliùs confusi, quasi in spumas leuissimas dissoluuntur, & pereunt. Sexta, Sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Beda sic exponit: Sydera errantia, quæ sunt septem, nunquam in eodem loco vbi pridie fecerant, ortum vel occasum faciunt, sed modò ad infima zonæ brumalis descendunt; modò ad alta zonæ solstitialis ascendunt; modò mediam zonæ æquinoctialis repetunt lineam; sic nimirum, sic sunt hæretici, qui lucem veritatis promittentes, nunquam in eodem statu docendi perdurant: sed modò sic, modò sic, doctrinam suam informantes, ipsi quoque, quàm sit contemnenda lucis ostentatio, insinuant.] Hæc ille. Transfigurant se impij magistri veluti sydera errantia in

Despumãtes suas cõfusiones sunt autores librorũ famosorum, &c. Beda.

Peccatores sũt sidera errantia.

Hæreticorũ inconstãtia.

Incom-

lucem cœlestem, siue Angelicam. Vnde 2. ad Timoth. 3. *Mali homines, & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes, &c.* Vagi sunt isti, & sedibus instabiles, quia extra fidei & Ecclesiæ firmamentum, suos singuli errorum cœlos obtinentes, aduersò feruntur cursu, in stellas firmamenti. Hinc Daniel. cap. 12. stellis firmamenti iustos comparat. *Est* enim *Ecclesia*, cui innituntur, vt Paulus air, *columna, & firmamentum veritatis*, 1. Timoth. 3. 2. Tim. 3. Dan. 12. 1. Tim. 3.

VERS. 1. Loquere, quæ decent sanam doctrinam.

Quæ nam doctrina dicenda sit sana?

ANNOTATIO II.

VI. NOn solùm ea doctrina dicitur sana, quæ à Christo & Apostolis tradita, ad nos vsque deriuata est, & syncero sermone proponitur; sed ea etiam, imò ea maximè, quæ synceritatem præfert ex vita & moribus fidei præscripto respondentibus: vt enim ait Christus Dominus, Matth. 5. *Qui soluerit vnam de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum, &c.* Quibus verbis significat perfectam legis obseruationem, ac talem quæ nec in minimo præcepto cadat à sua integritate: sed quæret aliquis, quid intelligat Christus per minima præcepta, cùm omnia videantur esse magna? Deinde, qui fieri potest, vt soluens præceptum aliquod sub veniali tantùm peccato obligans, siue illud in veteri, siue in noua lege scriptum sit, minimus vocetur in regno cœlorum. Matth. 5. Quid intelligat Christus per minima præcepta.

VII. Ad primam interrogationem respondent, Chrys. Theoph. & Euthym. minima mandata dici, quæ Christus addidit legi. Nam præcepto non occidendi, addidit, non irascendum: præcepto non mœchandi, non esse concupiscendum: Dicuntur autem ista minima, quia difficiliùs seruantur; eorumque leuiori supplicio puniuntur transgressores. Minori enim pœna afficitur, qui solùm irascitur, quàm homicida. Contrà verò *Mosis mandata facilu sunt faciliora, punitione verò maiora.* Dicuntur etiam minima ne illa obseruantes insolescant, aut de se magnificè loquantur; sed vt facientes dicant Luc. 17. *Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Iuxta eosdem Patres (vt secundæ, quoque quæstioni satisfiat) soluens leue præceptum, siue obligans sub veniali tantùm, minimus dicitur; quia etsi, qui venialia committit, vel alios ad illa impellit, venialiter tantùm peccet; nihilominus, quia interdum reprehendit legislatorem, & docet nullo modo obligare ad culpam, legem soluit, ac destruit: non aliter atque ille, qui doceret consilia castitatis, & religionis, verbi gratia, non obligare eum, qui castitatem & religionem professus est; sanè talis doctor hæreticus censeretur. Et quidem consilia, ita conscientiam arctant, vt quanuis non obligent quenquam sub mortali, obligent tamen ad reatum culpæ mortalis, & damnationis æternæ eum, qui illa contempserit, & veluti res parui momenti habenda docuerit. Chrysost. Theophyl. Euthym. Luc. 17. Quid sit minima præcepta transgredi.

VIII. Accommodatior tamen, & ad literam magis idonea mihi videtur Augustini interpretatio lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 8. & 9. & Ruperti in hunc locum; qui per minima præcepta, decalogi mandata intelligunt, vt Auguſt. Rupert.

Præcepta decalogi, cæremoniæ, & iudicia dicuntur minima comparatione mandatorum nouæ legis.

Non occidere, non mœchari; Item ceremonias & iudicia. Dicuntur autem minima comparatione mandatorum nouæ legis, nempe fidei, spei, & charitatis, quæ maxima vocantur Marci 12. Matth. 22. & 23. vbi ait Dominus, *Relquistis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidem, &c.* Minima etiam dicuntur ab Augustino, quæ dumtaxat faciunt declinare à malo, quod est, incipientium; vt, Non occides, non furtum facies: quæ autem præcipiunt bonum, maiora habentur; cuiusmodi sunt mandata noui Testamenti. Deinde minima appellantur, quia ea obseruantibus non continuò aperiebant regni cœlestis ianuam, cuius clauem allatus is erat in mundum Christus, & ad præmium diuinæ visionis bene meritos, vt iam inde ab illius in cælum ascensione fit, admissurus.

Marc 12. Matth. 22. & 23.

Hilarius. Can. 4. in Matth.

Crux Christi cur dicatur, minimũ præceptum? Gal. 3. Hebr. 7.

IX. Hilarius Can. 4. in Matth. per minima mandata intelligit crucem Christi, quam, qui erubescit confiteri, minimus erit. Accedit minima vocari posse præcepta Moysis, quia à puro homine tradita sunt, & data populo non magno, id est, Israëlitis paucis & quasi pueris agentibus sub pædagogo, Gal. 3. Item, quia, vt ait Paulus Hebr. 7. neminem ad perfectum adduxit lex. Rursus, quia lex minima pollicetur, nimirum bona terræ, quæ cœlestium comparatione iure optimo, minima vocantur, & sunt. Nomine regni cælorum, militantem, aut triumphantem Ecclesiam intellige, vel si mauis, regnum Christi futurum in iudicio finali, vbi conspicua erunt vniuscuiusque opera.

Dan. 12.

X. Sequitur, *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*, hoc est, magnus vocabitur siue maior, qui fecerit & docuerit; maior inquam his, qui vel tantùm faciunt, vel tantùm docent. Vnde Daniel. 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Insinuat autem Christus perfectum exemplar doctrinæ, & morum à se petendum, vt annotauit Rupertus; quia solus perfectè fecit, solus perfectè docuit, atque adeò absolutè magnus est in vtraque Ecclesia; & imitatores suos remuneraturus: Eos verò, quorum vita cum doctrina non consentit, puniturus. Est igitur magnus, qui docet & facit: paruus qui facit, & non docet; minor, qui docet & non facit; minimus, qui nec facit nec docet. Et in hoc gradu adhuc peior est, qui malè facit, & malè docet. Recordentur ergo concionatores sui muneris, vt instar Galli gallinacei, priùs quàm alios suo cantu ad laborem excitent, motis puluerem alis excutiant, vt docet Greg. lib. 30. Moral. cap. 7. sic enim magni erunt in regno cœlorum, licèt ab aliquibus minimi habeantur; satis nánque est vnicuique si magnus sit coram Deo, sicut Bapt. Luc. 1.

Christus exemplar doctrinæ. Rupert.

Greg. P.

Luc 1.

Hieron.

XI. Sanè D. Hieron. enarrans hæc verba: *Tu verò loquere, quæ sanam doctrinam decent*, sanitatem doctrinæ constituit, in recti sermonis, & rectæ vitæ copulatione; sic enim ait: [*Aliud* est sanam doctrinam loqui, aliud ea docere quæ sanæ conueniunt doctrinæ: quia in altero simplex tantùm institutio est: in altero cum eo quod doces, vitæ quoque correctio est. Qui enim soluerit vnum de mandatis istis minimis & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum; Domino præcipiente discipulis, non solùm in meditatione Scripturarum, eos laborare debere, vt quæ scripta sunt, replicent, & condant in memoriæ thesauro. Sed priùs faciant, quæ præcepta sunt. Quicunque verò fecerit, & docuerit, ille vocabitur magnus in regno cœlorum. Nisi enim

Sana doctrina est in recti sermonis, rectæque vitæ coniunctione.

super

supergressa fuerit nostra iustitia Scribarum iustitiam & Pharisæorum, non possumus ingredi regna cælorum; qui supra Mosis cathedram sedentes dicunt, & non faciunt, & alligant onera importabilia, quæ ceruicibus hominem imponunt, & ipsi minimo digito nolunt ea contingere. *Hoc igitur Apostolus discipulum suum docet, vt ea loquatur, quæ sanæ doctrinæ conueniunt, quia tunc doctrina sit sanitas, cum doctoris doctrina pariter & vita consentiant.* Hæc Hieron. vide quæ in hanc sententiam diximus capite præcedenti Sect. 3. Annot. 3. Sanitas doctrinæ in consensu vitæ, & sermonis sita est.

VERS. 2. Senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes.

De sobrietate, pudicitia, & prudentia, quas virtutes Apostolus desiderat in senibus.

ANNOTATIO III.

I. PRæceperat Tito generaliter, quid omnibus ille vtiliter proponere deberet, dicens: *Tu verò loquere, quæ decent sanam doctrinam.* Nunc, per singulas species, quid vnamquanque ætatem deceat, exponit. Orditurque à senibus; in quibus primùm triplicem optat virtutem, nempè sobrietatem, pudicitiam, & prudentiam. Deinde, triplicem sanitatem; vnam, in fide; alteram, in dilectione; tertiam, in patientia. Virtutes senibus congruentes.

II. Primùm optat, vt senes, quoniam vires in illis hebescunt, corpus segne & ad motum difficile redditur, sobrij sint, hoc est, vt Theophyl. interpretatur, excitati, acuti, vigiles; id enim significat vocabulum Græcum νηφάλιος. Habet senectus vitia quædam, & morbos quibus adolescentia caret. *Et ipsa quidem senectus morbus est*, vt comicus ait. Sunt hæc vitia & morbi exhortatione Episcopi curandi; commendata nimirum sobrietate, quæ medetur tarditati, oblivioni profundæ, obtusioni sensuum, atque iracundiæ senili; per moderatum vsum cibi, & potus & somni. Sobrietas senum. Theophyl. Terent.

III. Deinde *pudicitiam*. Decet enim senes omnis lasciuientis animi significatio. In iuuenibus, in quibus sanguis efferuescit, non tam miramur in sanam voluptatum appetitionem, quàm in senibus. Vnde Sara Gen. 18. *Postquam*, inquit, *consenui, & dominus meus vetulus est voluptati operam dabo?* & 2. Reg. 19. (dicebat Berzellai:) *Numquid vigent sensus mei, ad discernendū suaue vel amarum?* si ergo senex, cui natura motus incitatos denegauit, ad iuuenilia voluptatum studia feratur, pudicitiæ oblitus, illam audiet sententiam, Isai. 65. *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* D. Thom. aduertit hoc loco prouenire in senibus voluptatum appetitionem aliter atque in iuuenibus. In his enim oritur ex vi nimia passionis. In illis ex electione, atque adeò deterior est, & magis detestanda. Causam huius senilis intemperantiæ eam assignat D. Thom. quia nullus vult sine delectationibus viuere; eóque ardentiùs eas appetit, quò acerbiores & frequentiores patitur molestias. Senex autem multis & defectibus naturæ ad interitum vergentis, & damnis à societate humana illatis, cruciatur? Quare si spiritualibus destituitur oblectamentis, vt iis accidit qui virtutem in adolescentia non sunt amplexati; ad puerilia cum insigni effœtæ ætatis dedecore, studia redeunt. Est autem detestabilius in senibus hoc malum, quàm in adolescentibus, quia ij pudore interdum Gen. 18. 2. Reg. 19. Isai. 65. D. Thom. Deterior est appetitus voluptatis in senibus, quàm in iuuenibus. D. Thom. Miseri sunt senes si virtutis solatio destituuntur.

dum à vitiosis moribus coercentur, illi verò, vt philosophus ait, sunt inuerecundi, quia sunt annosi & multa experti, ac proinde vix, aut rarò ad meliorem frugem restituuntur. *Optandum sanè est*, inquit, Hieron. *vt ætatis grauitatem, morum grauitas decoret, ne tam frigido ad libidinem sanguine, exemplo sint adolescentibus ad ruinam.*

Arist. Senes cur inverecundi. Hieron.

IV. Tertiò, Prudentiam senibus suadendam esse statuit. Hanc enim omnes in illis, requirunt ob longi temporis experientiam. Iob. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Alij vertunt, *decrepitos.* Vox originalis propriè, *senem*, significat, qui diu vixit; cui optimè quadrat, quod dicitur de scientia & sapientia, ob quam Iob. cap. 32. adolescens, alioqui arrogans, Eliu expectauit (inquit Scriptura) Iob loquentem eo quòd seniores essent, qui loquebantur. Viguit nánque apud omnes bene constitutas Respub. ea lex, vt adolescentes senibus deferrent, tum assurgendo, tum tacendo, Eccles. 32. *Vbi sunt senes, non multum loquaris*, & Leuit. 19. *Coram cano capite consurge.* Onkelus legit, *à facie eius, qui doctus est in lege, surgas.* Quibus verbis, assurgendi causam, refert ad magisterium, & doctrinam senum. Eliu autem, vt eo loco notat D. Gregor. silentio vocem pressit loquente beato Iob; non quòd illum reuereretur, vt senem; sed cæteros amicos, qui vnà aderant, & tacebant. *Plerunque*, inquit, *contingit, vt arrogantes plus ingenia malè sapientum, quam simplicium vitam innocentem venerentur, &c.*

Iob. 12. Infrà 32. Ecclesi. 32. Leuit. 19. Onkelus. Greg. p.

Temeritas & ira iuuenibus insita.

V. Atque, vt adolescentis ingenium, cui insita est temeritas, agnoscas, additur: Cùm autem vidisset, quòd tres respondere non potuissent Iob, scilicet iratus est vehementer. Eliu nanque facturus verba, iram accersit, quæ rationem turbat, & contraria est prudentiæ. Iubemur autem in ira silentium, & quietem seruare: vnde Sappho,

Sappho.

Ira cùm pectus rapida occupauit,
Futiles linguæ iubeo cauere
Vana latratus iaculantis, &c.

Clamores iracundi, latratus sunt. Æn. 12.

Appositè latratus dixit, clamores hominis iracundi. Non enim cæca consilia, & rationes iratus quispiam aliter fundit, atque parit canis cæcos catulos. Cauenda est hæc morum labes, præsertim adolescentibus qui ad illam proniores sunt Æneid. 12. satis expressit Latinus Poëta in Turno iracundiam recta consilia turbantem, dùm eum cum Leone ferocissimo comparauit:

Virg 12.

Vltrò implacabilis ardet
Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma. Leo, &c.

In Rege verò Latino prudentiam ad sedandos iuueniles motus idoneam; sic enim furentem iuuenem allocuturus, alienus ab ira inducitur, vt dicat Poëta,

Olli sedato respondet corde Latinus.

Seneca. Iræ motus facilè in nobis excitatur.

Rectè Seneca lib. 3. cap. 12. nos admonet, ne iræ locum demus in pectore. *Sæpe*, inquit, *ad nos ira venit, sæpiùs nos ad illam, quæ nunquam accersenda est, &c.*

VI. Apud eundem Iobum prudentis viri commendationem habes, cui loquēti sedato animo, & auditoribus prosperitatem, omnes dent aures; sic enim de

de seipso loquens, cap. 29. & replicans tempus felicitatis præteritæ, ait: *Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me, sicut pluviam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrem serotinum.* Hæ tres sententiæ ad insignem eloquentiam, & vim dicendi, quæ senes, qualis Iobus erat, annos scilicet 70. natus, & magistratus, decet. Est enim iustitiæ & fortitudinis comes; De qua Ælianus citatus ab Stobæo serm. 147. & 151. vbi vocatur virtus regia. Hæ sunt catenulæ illæ aureæ, quibus à lingua sua ad populi sequentis aures innexis, vinctam trahebat multitudinem Gallicus Hercules. Vide Budæum in annotationibus in Pandectas: & Lucianum in Hercule Gallico. Hanc dicendi facultatem sibi diuinitus concessam fuisse testatur Salomon Sap. 7. *Mihi dedit*, inquit, *Deus dicere ex sententia, &c.* Itaque ex Iobi ore pendebant auditores, non ab inanem eloquentiam, qua pleritque tument, sed propter sententias & consilia moribus aptè informandis idonea. Nihil illius dictis addebant, tum quia postremus in consilio, more Regis, qui auditis consiliariis loquitur; tum quia videbatur omnibus, illum totam hausisse rei difficultatem. In illis verbis, *& super illos stillabat eloquium meum*, annotauit D. Greg. quandam in docente curam, & studium, quo se suáque verba accommodet auditorum captui, qui non secus redundantem doctrinæ copiam respuant, quàm vasa angusti orificij superfusum impetu humorem. *In hac*, inquit, *stillatione eloquij, quid aliud, quàm mensura prædicationis accipitur, &c.* Id pollumus Deuter. 33. in verbo, *concrescat*, obseruare. Nisi enim vapores, & nimium tenues exhalationes crassescant, non descendent ex aëre, veluti dispertitæ cribro aquarum guttæ, quæ frugifera camporum irrigent spatia.

Iob 29. Ibi auctoritas coram suis ciuibus. Iob natus annos 70. tentatus est. Ælianus. Iustitia est virtus regia. Budæus. Lucianus. Sap. 7. Eloquentia sancti Iobi. Greg. 9. Deut. 33.

VII. Alij *stillandi* verbum referunt ad comminationes propheticas, & suppliciorum terrorem. Vnde Ezech. 26. *Stilla ad Aphecum*; & cap. 21. *Stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel, &c.* Vbi vides, terrores proponi, & supplicia diuina; ob id credo, quia stillæ, & guttæ cum impetu decidant, etsi aliquando leniter defluant, id fœuioris procellæ indicium esse soleat. Vnde Hieron. super Amos 7. *stillare*, inquit, *prophetas*, idioma Scripturarum est, quòd non totam Dei simul inferant iram, sed paruas stillas comminatione denuntient.

Ezech. 26. Infra 21. Stillare in scriptura quid significet. Hieron. Amos 7.

VIII. Alij, ad cadentes ex imbribus tectorum guttas alludum esse arbitrantur, quæ assiduitate saxa excauant; ad quem modum prædicatores, dona, quæ à Deo acceperunt, veluti cælestem imbrem, in corda, ad spem duritiei mitigandæ, infundunt, & quasi instillant. Simpliciter tamen apud Iob, & ferè in Scriptura, vbi tropus est, verbum *stillare*, quod, vt R. Mardochai dixit, idem est, quod *dabar, eloqui* scilicet, siue *prophetare*; Quod perspexit Hieron. Mich. 2. super illud, *Ne loquamini loquentes, &c.* Aquila, inquit, interpretatus est, *Ne stilletis stillantes*, quodam idiomate Hebraico; eloquium ab eo quòd fluat, & ad aures perueniat audientium, in similitudinem pluuiæ descendentis, stillationem vocans, &c. semper tamen ex argumento, siue materia, quomodo accipiatur explorandum est. Nam vel ad supplicij comminationem spectat, vt locis citatis: & 2. Paral. 12. *Non stillabit furor meus super Hierusalem*; vel ad suauissimam doctrinam, vt ex aliquibus locis suprà adductis constat, & ex 2. Mach. 8. *Misericordiæ imitum stillans in eos*; & quidem *stilla* si nihil addas pro re suauissima

Stillæ è tectis cadentes excauant lapides: sic verba prædicantium. R. F. Mardochai. Hieron. Mich 2. Aquila. 2. Paral. 12. 2. Mach 8.

Amos 9. Cant. 5. Exod. 30.

ma & odorifera ponitur Amos 9. & Cant. 5. Exod. 30. vt hinc discant concionatores, non semper tonare, aut fulgurare, nisi rarò; leniter autem loqui & benenole, frequenter.

Attentio auditorū Iobi. Similitudines.

IX. Explicat deinde Iob, qua attentione exciperetur à prudenti pectore manans oratio: *Expectabant*, inquit, &c. Auidè hauriebant auribus, & hiante ore sermonem meum, sicut terra arida pluuiam. Nec verò quærebant res nouas, aut molles verborum inflexiones, quæ auribus suauiter illabuntur, sed vtilia, qualis est pluuia Nam, qui vtilitate neglecta, curiosa tantùm, & subtilia sectaretur, similis esset ei, qui non nisi in pretiosa phiala antidotum vellet potare; & qui sæuiente frigore, indui nollet, nisi veste serica. Quanuis autem *aperire os*, propriam sit loquentis; hîc tamen metaphora est tacentis, & desiderio hiantis ad rem aliquam sibi salutarem, sicut Psal. 118. *Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.* Aperto ore ostendūt fameſcentes, & sitibundi, quid velint; homines etiam nimiùm attenti ad audiendum, aut intelligendum aliquid 2. Cor. 6. *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthij.* Quasi dicat, Non quæro, quod mihi commodum est, sed quod vobis; hoc toto expecto cordis affectu; idcirco addit: *Cor nostrum dilatatum est.* Meminit autem hîc duplicis pluuiæ; temporaneæ scilicet, quam videtur significasse sine epitheto; & alterius, quam vocauit serotinam. Est autem in principio veris necessaria sementi faciendæ pluuia, & postea iterum maturandis frugibus; sic adolescentibus & matura ætate viris senum prudentia. Igitur cùm senioris nomine D. Paulus hîc intelligat eos qui aut ætate aut ordine senes sunt, & vtrosque deceat maximè prudentia: hanc virtutem, præmissa sobrietatis & pudicitiæ cōmendatione, senibus inculcandam esse affirmat. Sunt bona quædam, ad quæ senectus disponit, vt voluptatum contemptus, & corporalium delectationum, quæ in cibo præsertim, potu, & Venere sitæ sunt: ad quas res hebescente calore, minus quàm iuuenes excitantur. Sic 2. Reg. 19. Berzellai rogatus à Dauid aulam sequi, vt mensæ regiæ particeps esset; quia octogenarius erat; respondit: *Numquid vigent sensus mei ad discernendum suaue & amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus & potus? vel audire possum vltrà vocem cantorum, atque cantatricum, &c. obsecro, vt reuertar seruus tuus, &c.* Prudenter Berzellai rem domesticam prætulit regio commercio, senem se esse, quem deceat sobrietas priuatæ domus, magis quàm aulæ voluptates, causatus. Pudeat, huius prudentissimi senis exemplo eos, qui in aula viuunt, & senescunt, ad eámque veluti ad Circæos hærent scopulos, incuruato corpore terram in quam mox inferuntur, spectantes.

Auditores aliqui nolunt audire ea, quibus meliores fiant.

Psal. 118.

2. Cor. 6.

Prudētia senibus maximè commēdatur.

2. Reg. 19.

Berzellai prudentia in vitam de aula regia.

Pudeat senescere in aula eos, qui honestè poterāt domi viuere.

Porrò cùm senectus prærogatiuam habeat ætatis; multum interest vt in Republ. senes exemplo sobrietatis, & prudentiæ anteeant iuuenes. Quid si vitiis deformentur, & imprudentes sint? Id probrum est ætatis. Eccle siastes cap. 4. *Pratulit puerum pauperem, & sapientem, regi senì, & stulto;* Isa. 65. *puerum centum annorum vocat senem. qui moribus est puer:* Is sanè non magis est honorandus, quàm si verè puer esset. Notus est ille versus Ouidij lib. 1. Fastorum:

Eccles. 4. Isai. 65.

Ouid. 1. Fast.

Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.

Et Eccl. cap. 25. inter tria, quæ præcipuè odit, senem fatuum, annumerat. Vnde Ambrosius ad Valerianum: *Non canities commendata est annorum, sed morum.* Et

Eccl. 25. Ambros.

Chrys.

Chryſ.in epiſt.Paul.ad Hebr.ſerm.7. *Canities tunc eſt venerabilis, quando ea gerit, quæ canitiem decent. Cùm verò iuueniliter ſenex conuerſatur, iuuenibus ridiculus erit, &c.* Quia tamen, quò ſeniores ſumus, eò plus habere nos experientiæ & vſus credimur, veneration i ſenectus eſſe debet, quoties de prudentia dubitatur. Vide Ouid.7.Metam. Canities nō annoru, ſed morum laudatur. Chryſoſt. Quidius.

Non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet; ſeris venit vſus ab annis.

In eandem ſententiam dixit Affranius poëta apud Gellium, lib.13. cap.8. ſapientiam filiam eſſe vſus: illius hæc ſunt carmina: Gellius ex Affranio.

Vſus me genuit, mater peperit memoria
Σοφίαν vocant me Graij; vos ſapientiam. Sapiētia vſu comparatur.

Ex quo fit, ſeniores non facilè dolis decipi. Hinc ſenarius ille prouerbialis, Senex vix fallitur.

Γέροντ' ἀλώπηξ οὐκ ἁλίσκεται πάγῃ:
Senex vulpes non prehenditur laqueo.

Vult igitur Apoſtolus documenta animi ætati & ſexui propoſiturus, vt ſenum, qui tales ſint ætate vel ordine, prima & præcipua cura habeatur. Ab his enim ſi ſobrij, modeſti & prudentes fuerint, facilè in cæteras Reipubl. partes, morum ſanitas redundabit.

De triplici ſanitate quam Apoſtolus deſiderat in ſenibus.

ANNOTATIO IV.

X. PRæter tres virtutes, quæ ſenem decorant, triplicem deſiderat Apoſtolus in ſenibus, Eccleſiæ filiis, ſaniratem; nempe in fide, in dilectione, in patientia. Et quidem ſine ſanitate fidei *impoſſibile eſt placere Deo*, Hebr.11. Poteſt autem accidere, quod aduertit D.Thom. vt ſenex non ſit ſanus in fide, præſertim quando aliquid nouè credendum proponitur, ob duas cauſas. Prima eſt, quia ſenes non facilè admittunt res nouas, ob præſumptionem ſapientiæ, nec aliis credunt etiam vera affirmantibus, niſi cum formidine partis oppoſitæ Iob.12. *Et ſenes ſunt in nobis*, qui ſcilicet expendere ſolent, quid quæque res veritatis contineat. Secunda, quia inſitum eſt illis à natura vitium, aſſenſum negandi aliorum dictis; Ob id credo, quia experti ſunt ſæpius ſe fuiſſe deceptos, vnde vt annotauit D.Thom. paſſim adhibent in ſermone dubitandi, aduerbia forte vel ferè. Talis autem incredulitas contraria eſt fidei, Iſa.21. *Qui incredulus eſt, infideliter agit.* Multus eſt D.Hieron. hoc loco in commendatione fidei, ſumens aliqua verba ex epiſtola ad Hebr.cap.11. *Fide*, inquit, *maius ſacrificium Abel à Cain obtulit Deo, & Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem; & Noë, de his, quæ necdum videbat, Deo credens, fabricatus eſt arcam; & Abraham in terram quam neſciebat egreſſus eſt.* Et poſt pauca: *Laudatur ibi fides Iſaac Iacob & Ioſeph, Moyſis quoque & Raab, & exterorum, quos melius poteſt ſcire, qui ipſam epiſtolam legerit.* Hæc ille. Triplex ſanitas in ſenibus requiritur in fide, in dilectione, in patientia. Hebr.11. D.Thom. Iob 12. D.Thom. Iſai.21. Hieron. Hebr.11.

XI. Iam quomodo eſt ſanitas in fide, ita & in charitate. Quis autem ſanitatem obtinet charitatis niſi ille, qui primùm Deum dilexerit ex tota anima ſua, & ex toto corde ſuo, & ex totis viribus ſuis? Deinde ille ſanus eſt in charitate, qui præceptum Chriſti, Matth.5. traditum obſeruat, quo iubemur proximos Sanitas in dilectione. Matth.5.

ximos diligere, sicut nos ipsos. *In his enim duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ. Qui habet sanitatem charitatis* (inquit Hieron. vsurpans verba Pauli)

Effectus charitatis.

non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non inhonestè, non ad iracundiam concitatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia præstolatur, & quia charitas nunquam excidit, qui in charitate est sanitate, nunquam & ipse corruit. Siquidem nec tribulatio, nec angustia, nec fames, nec persecutio, nec periculum, nec gladius separare poterit à charitatis sanitate, quam quisquam habuerit in Christo Iesu. Quid de gladio, & cæteris minoribus loquar, quæ non possunt eum diuidere, qui sanitatis possidet charitatem? Cùm nec mors nec vita, nec Angeli, nec principatus, nec præsentia, nec futura: nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec quælibet alia creatura possit separare eum, qui habet sanitatem charitatis in Christo Iesu. Si intellecta est à nobis sanitas charitatis, de Scripturis aliquod sumamus exemplum, eorum qui in infirmitate sunt charitatis. Ait Saluator de extremis temporibus Matth. 24. *Quia cùm multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Calida quippe est charitas in iis qui feruent in spiritu: frigens autem & glacialis, & gelida, in his, qui flatus Aquilonis durissimos suscepêre. Ab Aquilone enim exardescent mala, super omnes inhabitantes terram. De hoc frigore charitatis, etiam Amon in sorore sua Thamar obrigueràt, &c. Illud valdè obseruandum est, quod D. Hieron. ait, nempè timendum esse, ne fortè & nos hæ infirmitate charitatis, aliquando superemur. Nonnunquam enim euenit, vt primùm à nobis in virginem, siue in quamlibet fœminam sit sancta dilectio, & cùm mollita mens fuerit, in affectus paulatim sanitas charitatis langore pallescat, & in extremam mortem diligentem ferat. Vnde & Apostolus cautè & prudenter Timotheo præcipit, vt exhortetur adolescentulas in omni castitate. Omnis autem castitas est, ne scandalizetur oculus; ne in pulchritudine vultus fœminæ hærentes, pendeamus: ne blanda nos audire verba delectet: ne ad simulatos sermones mens priùs dura marcescat. Iam illa grauissima sunt D. Hieron. verba, quæ ad omnem sexum pariter & ætatem pertinent, sic enim ait: *Caueant tam iuuenes quàm senes: tam adolescentulæ quàm vetulæ, & omni diligentia custodiant cor suum, ne per sanitatem dilectionis, morbus charitatis introeat, & per amorem sanctum fiat, non sancta dilectio quæ illos pertrahat in gehennam.* Hæc ille: quæ eorum præsertim oculis obseruari debent, qui fœminarum audiunt confessiones.

Matth. 24.

Charitas in bonis effertescit: in malis friget.

Hieron.

Cauendũ est ne per amorem sanctum fiat non sancta dilectio.

D. Thom.

XII. D. Thomas existimat commendari senibus sanitatem in dilectione; tum quia in senibus parum est amicitiæ, ob conuictum tristem, quem omnes

Horatius.

defugiunt; vt enim Horatius ait lib. 1. epistolarum ad Lollium,

Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi.

Seneca.

At verò, teste Seneca in Hippolyto: *Lætitia iuuenem, frons decet tristis senem.* Tum quia senes diligunt alios ob speratam vtilitatem dumtaxat, cùm tamen iuuenes amare soleant propter delectationem. Quare vera senibus dilectio optanda est, qua & bonos sibi concilient, & suis commodis, aliorum vtilitatem non postponant. Quod assequentur victa tristitia, quæ illis insita est, & studio, quo

Vincat senectutis tristitiã, quæ illos reddit odiosos.

Patientia in senibus.

audiores sunt ad rem, quàm oportet.

XIII. Exigitur denique patientiæ sanitas in senibus, quia hæc tribus de causis,

causis, vt annotauit D. Thom. hîc lect. 1. in illis amittitur. Primùm, quia, vt Horatius ait in Arte poët. *Multa senem circumueniunt incommoda*, vt merito ab Arist. de Generatione animalium lib. 5. cap. 4. dictum sit, morbum esse aduentitiam senectutem: senectutem, morbum naturalem. Ac proinde nisi patientiæ clypeo muniantur, nudum latus tentationum ictibus & turbationum procellis offerent. Secundò, quia senes viuunt in memoria multorum, sicut iuuenes in spe rerum magnarum. Vnde dupliciter senes ad impatientiam concitantur, nimirum ob borra, quæ obtinuerunt aliquando, & modò illis carent. Summa nanque, vt ait Boëtius, miseria est, fuisse felicem. Et Thren. 1. *Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, prauaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis.* In triplici Lacedæmoniorum choro, quem *τριχορίαν* vocabant, iuxta triplex ætatum discrimen, vt autor est Plutarchus in eorum institutis antiquis, hæc audiebatur cantio:

D. Thom. Horat. Arist.

Boëtius. Summa miseria est fuisse felicem. Thren. 1. Plutarch.

Nos fuimus olim strenui iuuenculi.

An potest hęc recordatio subire animum sine dolore, amisse æuo strenuitatis? Plautus in Rudentibus: *Miserum*, inquit, *istud verbum & pessimum habuisse.* Deinde, quia accidit, ob vitam, quam habent in memoria rerum præteritarum, eos turbari, dum vident se despici aliquando ab his, quos se inferiores, genere vel moribus inquinatiores, esse nouerunt: Iob 30. *Nunc autem deridet me iuniorum tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus gregis mei.* Tertiò, quia quantò senex magis ad finem vitæ accedit, tanto magis vitam proferre desiderat; quam cùm in dies magis ac magis deficere sentit, valdè tristatur; Quam tristitiam, vt euinceret Herodes ille, de quo Iosephus lib. 1. de bello Iud. cap. 17. cùm esset decrepitus, dicebat, *Neque senex adeo sum, vt de me citò desperetur; nec voluptatibus assuetus, quæ adolescentium vitam spatio breuiore concludunt. Diuinitatem verò sic columus, vt in longum nos animo progressuros esse credamus.* Hæc Tyrannus ille. Quantò melius apud Clem. lib. 10. Recognit. D. Petrus: *Incertum est*, inquit, *etiam iuuenibus, vitæ tempus: senibus iam nec incertum, nec dubium.* Rectè Marcella vidua Cereali seni, nuptias illius ambienti, & dicenti; *Posse & senes diu viuere, & iuuenes citò mori*; respondit, vt autor est D. Hieron. in eius Epitaphio, *Inuenis quidem potest citò mori, senex diu viuere non potest.*

Plautus. Senes valde tristantur eũ vident se despici. Iob 30.

Ioseph. Herodis in se confidentia stulta.

Clem. Rom.

Hieron.

XIV. Patientia igitur, cùm omnibus Christi fidelibus, vt ait ad Heb. 10. Paulus, tum senibus necessaria est. Primùm, quia ij ferè tempore nascentis Ecclesiæ catechismo præerant, & cœtibus, in quibus exhortatione & censuris agebant cum fidelibus, vt testatur Tertull. in Apolog. cap. 39. *Præsident probati, quiq́, seniores, honorem istum testimonio adepti, non pretio.* Secundò, quia horum munus erat pauperibus prospicere, lites dirimere, &c. *Orphanis* (inquit eos alloquens apud Clem. R. epist. 1. D. Petrus:) *exhibete vos patres; viduis, virorum curam impendite cum omni castitate, quæ necessaria sunt præbentes; ignorantibus artificia exquirite honesta, quibus victum quærant, &c.* Nonne Act. 11. dicitur Christiani, qui nouerant Iudæam fame vastari misisse subsidium fratribus, quod à senioribus distribueretur? Tertiò, quia decet senes exemplo patientiæ, iuuenibus præire, consideratа eium Eleazaro, 2. Machab. 6. suæ cuique ætatis non tantùm canitie, sed etiã excellentia & dignitate, vt nihil senectute indignum faciant, quo adolescentes in errorem inducãt, aut maculam sibi inurant, præ-

Hebr. 10.

Tertull. Munera seniorum adepta testimonio virtutis.

Clem. R.

Act. 11.

2. Mach. 6. Eleazar senex exemplũ præbuit adolescentibus.

pter modicum corruptibilis vitæ tempus. Similia senilis patientiæ exempla in Ecclesia multa sunt. Narrat Euseb. lib. 3. cap. 32. Niceph. li. 3. cap. 16. Simeonem Christi Domini patruelem, & post Iacobū, & euersionem Hierosolymorum Episcopum, hæreticis deferentibus accusatum, & dies multos impiè tortum, animam Deo dedisse, crucis martyrio consummatum, cunctis, qui aderant mirantibus tantum cruciatuum perferre potuisse hominem 120. annos natum. Nec ita multò post Polycarpus Christum conuitiis incessere, aut emori iussus, respondit: *Octoginta sex annis ei seruio, nec vlla in re ab eo læsus sum, aut offensus, & quomodo in animum meum inducere possum, vt Regem meum blasphemem qui me saluum fecit?* Addit Euseb. lib. 4. cap. 15. & Niceph. lib. 3. cap. 35. sub hæc verba, illum igni & gladio populo stupente, martyrij palmam obtinuisse. Mitto alia Reipub. Christianæ lumina, viros, in quam sanctissimos, qui senectutis incommoda non pertulerunt modò, sed etiam eximiæ patientiæ exempla in perferenda pro Christo morte, posteritati reliquerunt. Hinc D. Hieron. *Qui sanus*, inquit, *est in fide, qui sanus est in charitate, sanus quoque sit in patientia; & patientia, quæ maximè in tentationibus comprobatur, quia mihi prodest habuisse, quæ supra enumeraumus, nisi omnes diuitiæ, & mercimonia, quibus onusta nauis est, in tempestate seruentur, & perflantibus hinc inde ventis, absque naufragio ea, quæ bene parta sunt, liberentur; Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, &c.*

Euseb. Niceph.

Patientia Simeonis senis 120. annorū. S. Polycarpi constantia. Euseb. Niceph.

Hieron.

CAPVT SECVNDVM.

SECTIO II.

VERS. 3. Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes: vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris; vt non blasphemetur verbum Dei: iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint.

Græcè; Πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουρούς, ἀγαθάς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ βλασφημῆται· τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Ambros.

I. PARTICVLAM, *in habitu sancto*, noster interpres ex Græco ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, rectè posuit. D. Ambros. vim Græcarum vocum expendens quæ idem valent, ac si dicas, eo amictu, eóque incessu, & corporis compositione, quæ deceat sacras, & Deo dicatas matronas; vertit

in statu

in ſtatu religione digno. Attendit nánque ad ſignificationem compoſitæ vocis, *ἱεροπρεπὴς*, & vocis, *κατάστημα*, quæ non ſolùm ad veſtitum referri poſſunt, ſed ad omnem etiam corporis cultum, & geſtum. Eundem explicandi modum ſequitur D. Hieron. Hieron.

Particula *non criminatrices*, bene exprimit Græcam vocem, *μὴ διαβόλους*, id eſt, *non calumniatrices, ſiue delatrices.* In verſione D. Hieronymi lego, *incentrices*, quod referri poteſt ad morem nefarium quarundam vetulatum, quæ ſceleris internuntiæ ſunt, & inductrices; quibus egregiè conuenit Græcum diaboli nomen, cuius ſunt veluti inſtrumentum, dum calumniis, blanditiis, pollicitationibus, & aliis modis, caſtis fœminis ſuadent, vt pudorem alicui rituali proſtituant; vocat etiam, in expoſitione Hieronymus eaſdem *accuſatrices*. Quoniam verò anus vino deditæ ſunt, & ebrietati affines, harum hæc in parte vitium coërcet: Nam, vt pueri lacte nutriuntur, ita ſeniores vino oblectantur. Et quòd ætate frigeſcunt, ſiquid algore caloris perit, id potatione reſartire cupiunt, non ſine magno grauitatis detrimento, & autoritatis; qua corrigere deberent adoleſcentulas. Quare ab ebrietate, ob quam irriſioni eſſe poſſunt, vult eas eſſe remotiſſimas. *Habet quidem*, inquit Chryſoſt. hom. 4. *vinum opus hæc ætas, cùm maximè infirma ſit; cæterùm temperato.* Eadem admonitio adoleſcentulas tangit, verùm non eadem ex cauſa; ſed ideò quòd ex vini potatione vehemens libidinis incenditur flamma. Particulam *καλοδιδασκάλους*, hoc eſt, *honeſta docentes*, vertit vulgata editio, *bene docentes.* Exiſtimo propterea meminiſſe Apoſtolum honeſtæ doctrinæ, quod quædã anus lænæ ſint, & alienæ pro lucro miniſtræ nequitiæ. Vetulæ ſceleris internuntiæ quænam ſint? Chryſoſt.

II. Pro particula, *vt prudentiam doceant adoleſcentulas*, legit D. Hieron. *Vt ad caſtitatem erudiant adoleſcentulas.* Græcè eſt *ἵνα σωφρονίζωσι*, id eſt, *vt ſobrias, ſiue pudicas reddant.* Ad quod verbum refertur accuſatiuus, *adoleſcentulas*, vt intelligamus præcipi matronis grandæuis, vt doceant adoleſcentulas nuptas, diligere maritos. Pro tribus vocibus, *domus curam habentes*, Græcè eſt, *οἰκουρούς*, quod ſonat, *domus cuſtodes*, vt aſſiduè domi ſint, & rem domi curent; quæ vna eſt ex præcipuis mulierum laudibus. Vnde, autore Plutarcho, ad ſymbolum probę matrisfamilias Venerem antiqui ſapientes pingebant inſidentem teſtudini: quòd id animal à domo nunquam diſcedat, ante mortem. Adiectum denique plerique putant, *vt non blaſphemetur, &c.* ob eas, quæ maritum haberent Ethnicum, aut Iudæum. Vt enim ait D. Hieron. hoc loco, *Non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Et cùm caput mulieris vir ſit: caput autem viri Chriſtus, quæcunque vxor non ſubijcitur viro ſuo, hoc eſt, capiti ſuo, eiuſdem criminis rea eſt, cuius & vir, ſi non ſubijciatur Chriſto capiti ſuo. Verbum autem Domini blaſphematur: vel dum contemnitur Dei prima ſententia, & prò nihilo ducitur, vel Chriſti infamatur Euangelium, dum contra legem fidemq; naturæ, ea quæ Chriſtiana eſt, & ex Dei lege ſubiecta, viro, imperare deſiderat: Cùm etiam Gentiles fœminæ viris ſuis ſeruiant communis lege naturæ.* Hæc Hieron. Hieron. Plutarch. Venus inſidés teſtudini typus matronæ honeſtæ, Hieron. Nuptarũ crimen eſt non ſubiici ſuis viris; ſicut virorum non ſubiici Chriſto.

VERS. 3. Anus ſimiliter in habitu ſancto.

Matronæ Chriſtianæ quales eſſe debeant?

ANNOTATIO I.

INſtructis ad omnem honeſtatem ſenibus; quid fœminas ætate prouectiores, deceat, oſtendit, nimirum qualis earum deb eat eſſe vita, & doctrina, cul-

tus, victus, lingua siue disciplina. Quanquam verò D. Petrus epist. 1. cap. 3. præ-
1. Pet. 3. cipiat viris, vt vxoribus suis tanquam vasculo infirmiori honorem tribuant; non statim tamen arbitrandum est, vt eæ, sicut corpore sic animo infirmiore
2. Cor. 12. sint? quin & in eis illud interim compleatur, 2. Corint. 12. *Virtus in infirmitate perficitur*, Domino præsertim auxilia præstante, qui inter cætera potentiæ suæ miracula etiam in sexu fragili martyrij contulit victoriam. Et quidni omnes
Gen 2. primæ instar, quæ quia de viro sumpta, *virilla*, aut *virago* vocata est Gen. 2. viriliter salutem suam operantur? Eis nunc præcipitur, vt habeant, quæ senibus
Ambros. antea mandata sunt, sic enim interpretatur Ambrosius σωφρονίζειν ὀφείλουσιν; vepti enim, *Anus pari modo hortare, &c.* nimirum, vt sicut viri senes esse debent, ita illæ sint sobriæ, pudicæ, & sanæ in fide, &c. Et ratione sexus sui hoc habeant, vt sint in habitu sancto, hoc est, iuxta Hieron. & Ambros. in eo amictu
Hieron. Ambros. Eccl. 19. qui deceat Christianas matronas: vt enim Eccles. 19. ait: *Amictus corporis & gressus hominis enuntiant de illo.* Est enim habitus non sanctus, vt lasciuus & fastuosus, quem reprehendit Paulus, 1. Tim. 2. & Petrus epist. 1. cap. 3.
1. Tim. 2. 1. Petr. 3. Theophyl. Theophylactus, & fere Græca scholia, ministras hic Ecclesiæ instrui interpretantur, quas, vel ab indumento honestas videri velit Apostolus, & conspicuas, vt sacris congruit ministeriis. Huiusmodi fœminæ dictæ olim sunt in
1. Tim. 3. Episcopæ, & diaconissæ. Theodor. Ecclesia Episcopæ, diaconissæ, hypodiaconissæ, presbyteræ, de quibus, 1. Tim. 3. egimus. Theodor. ἐπισκόπους, exponit esse eas, quæ consenuerunt, non quæ munus aliquod sortitæ sunt, vocari autem honestum ornatu, qui sacra deceat.
Sedulius. 1. Tim 5. Multa Apostolus ab his fœminis exigit: Primùm, vt non sint criminatrices; siue, vt Sedulius legit, blasphematrices, vt alij exponunt, accusatrices. Solent enim anus quædam mulierculæ, esse garrulæ, iuxta illud 1. Tim. 5 *Otiosæ vagæ, verbosæ, curiosæ, loquentes quæ non oportet, &c.* Non ergo anus crimen facilè aliis imponant, hic enim morbus maximè vetularum est. Duo in senibus hic notat D. Thom. vitia; vnum omnibus commune, quòd nimirum suspicaces sunt;
D. Thom. Senum duo vitia à D. Thom. notata. Terent. *Senex*, inquit, in Adelphis, *Mitio* apud Terent: *Quibus res sunt minus secunda, magis sunt nescio quomodo*

Suspiciosi; ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.

Anus ferè suspitiosæ sunt. Macrob. Alterum fœminis peculiare zelotypiæ vitium. vtrunque familiare vetulis, vt quæ sint, pro ætate, suspiciosæ; pro sexu, zelotypæ, & ex vtroque capite loquaces, & criminatrices. vide Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 14. & lib. 7. cap. 7. vbi esse, inquit, loquacitatem huic ætati familiarem.
Chrysost. Lyranus. Secundò, *Vt non sint multo vino seruientes*. Græcè, δεδουλωμένας, quæ vox *deditas* siue *mancipatas* significat. Seruitutis enim quædam est & abiectissima conditio, non suum esse quempiam, sed vini. A vini ergo potu nimio vetulas prohibet Paulus, quia, vt hic annotauit Chrysost. quod in adolescentibus est libido, hoc in senibus est ebrietas. Lyra exponit nimiam vini potationem ad violationem inducere vidualis castitatis. Quod si ità est, vt est; quomodo potest
Mod-ratus vini potus senibus vtilis est ad sanitatem. anus adolescentulis castitatem commendare, cùm pudicæ esse nequeant, si ebrietatem illius fuerint imitatæ. Est vtilitas senibus, in vini potu moderato, vt ratiocinatur Rhodiginis, lib. 28 cap. 29. ait enim. *Vino senum aduentitium frigus retalescere, spiritum exhalari tristitiam, bilis atræ vim reundantem reprimi, somni*

somni conciliari appetentiam, præfractos recludi meatus, succutiatem, insigniter militari; vniuersam denique senectæ lassitudinem remidere, &c. Sed cum excessus omnis vitandus sit, in potu vinum maximè est fugiendum fœminis, quarum ebrietas non potest non turpis esse.

Tertiò, *Vt sint bene docentes*, non ex suggestu (id enim fœminis interdicitur) 1.Tim.2. sed in familia, quam administrant; *docenti* (inquit) *prudentiam*, hoc est, non aniculârum nugas, ineptias, & superstitiones; ad quæ delitia narranda prochues sunt: sed boni & mali discrimen; instruant adolescentulas, vt viros suos ament, filios ad pietatem erudiant, & cætera domesticæ gubernationis officia recte obeant. De hoc argumento egimus quantum satis est, 1.Tim.2. Hic satis sit admonere, sublata fœminis in viros suos doctrina, permitti eisdem, si grandæuę sunt, adolescentulas quasi filias suas apparter docere; non quidem in Ecclesia, sed priuatim, vt hortatur August. ad finem, Plal. 50. *In tanta*, inquit, *morum diuersitate, tam detestabili eorum vitæ regnante, ô charissime, domos filios, & familias vestras: quomodo ad nos pertinet in Ecclesia loqui vobis: sic ad vos in domibus vestris agere, vt bonam rationem de vestris subditis reddatis. Amas Deum disciplinam, &c.* Idem tract. 51. in Ioan. 12. *Vnusquisque paterfam. hoc nomine agnoscat paternum affectum suæ familiæ se debere pro Christo & pro vita æterna, suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam, exerceat disciplinam, sita in domo sua Ecclesiast cum, & quodammodo Episcopale implebit officium, ministrans Christo, vt in æternum sit cum Christo, &c.*

1 Tim.2.

A vetulis si prudētes sūt, iuniores fœminę institutæ sint. August. Plal.50.

Ioan.12.

Paterfam. domi Episcopale implet officium.

Quartò, Propter prudentiam admonendæ sunt anus, vt adolescentulas erudiant ad curam rerum domesticarum, quò vel ipsæ adolescentulæ filios & famulos, ad Dei amorem & gloriam incendant: Nec patiantur quicquam bonis moribus minus consentaneum aut fieri, aut audiri. Vnde Chrysost. enarrans vers. Psal. 43. *Patres nostri narrauerunt nobis: Audite* (inquit) *quotquot filiorum cura non geritis, qui cantilenas diabolicas canentes, diuinas narrationes contemnitis. At non illis tales (Patriarchæ scilicet & Prophetæ) sed in narrationibus illustrium Dei operum assidui erant, & qui ex eis descenderant, non paruum indè diuinæ cognitionis sumebat argumentum, liberis libri erant ora parentum, omnis schola & diatriba. Dei hæc facta narrabat.* vide Cyrill. Alex. lib. 7. contra Iulianum Apostatam, diuinarum rerū ex Scripturis colloquia improbantem. Nam præter cætera docet pueros in sacris literis enutritos, statim fieri religiosissimos, etiam si minùs eloquētes. Hæc de senioribus fœminis.

Chrysost.

Psal 43 Cātilenæ turpes non audiendæ in familia viri probi.

Paties fam. olim liberis libri erant.

Cyrill. Alex.

VERS. 2. Vt prudentiam doceant adolescentulas, &c.

Quales optet Apostolus esse adolescentulas, quæ Christum colunt.

ANNOTATIO II.

III. MVlta, quæ in hunc locum cadere possent, adduximus in explicatione prioris epistolæ ad Timot. cap. 5. Quare solùm assignabo, quid potissimùm Apostolus exigat ab adolescentioribus fœminis, quibus anus veluti magistræ esse debent, & exemplo præire. Ab adolescentioribus ergò fœminis exigit, vt viros suos diligant, ne perclitetur thori, qui immaculatus esse debet, castitatis fama. Deinde, vt filios suos diligant, non tantùm eo amore, quem parentibus

1.Tim.5.

Adolescētiores fœminæ quomodo instituendæ.

rentibus erga filios natura impreſsit,ſed etiam eo,quem charitas Dei,quæ habitat in cordibus fidelium,præſcribit. Hîc enim nihil agere,nihil loqui,aut audire matrem ſinit coram liberis, quod non pudicum ſit, & teneris moribus formandis idoneum. Hîc cuigilat,vt ſana doctrina filij imbuantur, & eorundem vita opportuna correctione frenentur. *Nam, qui parcit virgæ, odit filium ſuum, qui autem diligit illum,inceſſanter erudit*, Prouer. 13. Et verò, vt patris eſt, quæ ad victum & cultum filiis neceſſaria ſunt,quærere; magiſtrósque illis dare,ad docendum idoneos,ita ad vxorem pertinet, domeſticam filiorum inſtitutionem tueri. Quod aſſequentur,ſi prudentes,caſtæ,ſobriæque ſint,& familiæ ſuæ res accuratè tractent. Atque, vt Homer. Iliad. 5. ait, telam colúmque prehendant. Vt enim teſtudo,cui diximus,ex veterum placitis inſidere Venerem,caput ſummóſque pedes ac manus non exertat,niſi hoc corporis ſuadeat neceſſitas: ita mater familias,ſi proba eſt,non niſi neceſſarias ob res, prodit in publicum,negligit ſpectacula,odit compotationes, non remotas à domo ſua ſuſcipit peregrinationes,Memor Pſ. 127. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*,ſiue,vt Hebræa ſonant, *in penetralibus domus tuæ*. Quæ verba ſignificant,nõ in oſtio, aut feneſtris cõmorandum,ſed intra tecti,& parietum ſpatia,Eccleſ. 26. *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta,& pudorata*, & Prou. 14. *Sapiens mulier ædificat domum ſuam,inſipiens verò extructam quoque deſtruet manibus.*

Prou. 13.

Homer.

Mater familiarè in publicum prodeat.

Pſal. 127.

Eccl. 26.

Prou. 14.

IV. Optat præterea Apoſtolus mulieres *benignas eſſe,& ſubditas viris ſuis*, vt benignitate temperetur ira, ad quam ſunt procliviores, Eccl. 25. *Non eſt ira, ſuper iram mulierum*; & ſubiectione modus adhibeatur poteſtati, qua viris aliquando reſiſtunt. Vnde Gen. 3. dicitur mulieri, *Sub viri poteſtate eris,& ipſe dominabitur tui*. Exemplo eſſe poteſt prudentiæ, matronis cæteris vna Abigail, quæ 1. Reg. 26. mariti ſtultitiam tegebat,ac diſſimulabat. Sunt nánque fœminis vitia coniugum, vt pax ſit rebus, patienter toleranda, & externis occultanda. Habes egregia documenta Tobiæ 10. quibus obſeruatis, exemplar elucebit, probæ matris familias, quam Paulus depingit. Ibi nánque comemoratur Raguelem,& Saram monuiſſe filiam ſuam, honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſe ipſam irreprehenſibilem exhibere: vide, quæ annotauimus 1. Tim. 5. vbi iubet viduas adoleſcentiores nubere & rem domeſticam rectè adminiſtrare; *ne in tentationem incidant, & in laqueum diaboli*, ſi caſtitatem profitentes, in viduali profeſsione non perſeuerauerint.

Eccl. 25.

Gen. 3.

1. Reg. 26.

Tob. 10.

1. Tim. 5.

VERS. 6. Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint.

Quàm neceſſaria ſit adoleſcentibus ſobrietas.

ANNOTATIO III.

I. NOn immeritò, vnam ex omnibus virtutibus ſobrietatẽ,& ſolam adoleſcentibus ſuadendam eſſe admonet. Hæc enim, vt ait Plato in Char. Tom. 2. totam hominis mentem ſanat. Solet autem iuuentus ob cupiditatum variarum illecebras,& ebullientem in venis ſanguinem,cupiditatum æſtu varie incitari. Vnde Latinus poëta Æneid. 12. aptè iuuenis virtutem ferocem vocauit. Sic enim Rex ſenex alloquitur Turnum,

Plato.

Virgil. Æn. 12.

O præſtans animi iuuenis, quantùm ipſe feroci

Virtute

Virtute exuperas, tantùm me impensius æquum est
Consulere, &c.

Hinc D. Ambros. lib. 1. de officiis, cap. 17. tom. 1. in principio, ait bonum esse adolescentibus timorem Dei habere, deferre parentibus honorem, reuereri seniores, castitatem tueri, humilitatem non aspernari, diligere clementiam & verecundiam, quæ ornamento sunt minori ætati. D. Hieron. pro particula (*vt sobrij sint*) legit, *vt pudici sint*. Putat autem, id quod verum est, insigne esse iuuenibus ornamentum, pudicitiam, cui seniles aptat virtutes; vt nimirum iuuenes senum habeant sobrietatem, & honesti sint & pudici, & sani in fide, & charitate, & patientia. Proprium, inquit, adolescentulorum, hoc posuit, *vt pudici sint in omnibus*, vt nulla sit in adolescente suspicio turpitudinis. Quare existimat D. Hieron. particulam, *in omnibus*, non esse coniungendam cum sequentibus verbis, ad hunc modum (*in omnibus te ipsum præbe exemplum*) vt iungit vulgata editio, & multi ex Latinis, sed cum præcedenti oratione, hoc modo, *Iuuenes similiter hortare, vt pudici sint in omnibus*. Extedit autem Hieron. temperantiam, siue sobrietatem, siue, vt ille in expositione vocat, continentiam, non solùm ad carnis opera & animi concupiscentiam, sed etiam ad omnes omnino res. Ne videlicet honores indebitos appetamus, ne accendamur auaritia, ne vlla passione superemur. Theodor. rationem reddit, cur adolescentibus commendetur sobrietas, aliis virtutibus prætermissis. *Ea enim*, inquit, *virtus est summo ornamento adolescentia, quandoquidem cupiditatis vitium cum ea acriùs bellum gerit, &c.* D. Chrys. causam etiam attingit, quare Apostolus docedas mulieres, mulieribus magna ex parte permiserit, anus magisterio adolescentularum præficiens: Virilis autem sexus instruendi curam omnem Tito emandauerit? Sic enim ait: Nihil ita difficile, támque durum ætati huic esse potest, vt superare noxias & mortiferas voluptates. Idcirco omnibus aliis omissis, circa id quod vrgebat magis versatur admonitio.

Ambros. — Hieron. — Pudicitia, & virtutes, quæ senem decèt, ornant iuuenes. — Theodor. — Chrysost.

H. Inter peccata, quæ Sophar vnus ex amicis Iob. ca. 20. impio attribuit, illa expressit, quæ, si in adolescentibus non coercentur, ad extremam vsque perdurant senectutem. *Ossa eius*, inquit, *implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient*. Quibus verbis Olympiodorus putat significari turpem libidinem, in quam procliuior est adolescentia. Nam iuxta philosophum, 8. Ethic. cap. 6. *Adolescentium vitam constat in libidine & perturbatione consumi, atque ad fœdum amorem esse propensos*. Arbitror tamen intelligi in verbis Iobi, non solùm fœdam voluptatem, sed cætera etiam vitia, qua ex ea tanquam ex quadam peccatorum metropoli, dimanant, & adolescentibus affinia sunt, vt ira præceps, cupiditas effrenata, insolens audacia, temeritas, ignorantia, opiparæ & lautæ mensæ auiditas, quia, vt Ambros. super Iob. 13. ait, *tum maximè calor corporis feruet, & æstu sanguinis, vaporantis igneſcit*. Vnde Ecclesiasticus 11. de adolescente agens: *Aufer iram*, inquit, *à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim & voluptas, vana sunt*. Vbi per iram intelligo quamcunque effrenatiorem animi appetitionem; & per malitiam carnis, non solùm turpes actiones, sed etiam, quæ Apostolus vocat *opera carnis*, Galat. 6. Et quidem Horat. in Arte, ad voluptatem refert iuuentutis scelera; sic enim iuuenem depingit sobrietate destitutum:

Iob. 20. Vitia iuuenū nisi in adolescentiā coërceātur, ad senectutē perdurant. — Olympiodorus. — Arist. — Ambros. Iob 13. — Eccl. 11. — Galat. 6. — Horat.

Cerem

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper;
Vtilium tardus provisor, prodigus aeris
Sublimis, cupidusq́, & amata relinquere pernix.

Arist. Mutabilitas affectuum in adolescentibus.

III. Mutabilitas autem amoris in adolescentibus nascitur, ex desiderio voluptatis, vt ait Arist. loco citato, *Iuuenum*, inquit, *amicitia ob voluptatem constant, viuunt enim cum affectu, & id maximè sequuntur, quod sibi est iucundum, & præsens, & simul cum ea, quæ ipsos afficit, voluptate, amicitia ipsa mutatur. Quapropter amant, & cito desistunt, eadem die proposita sæpè mutantes.* Hæc Arist. Et quidem Ambros. de interpellatione, Iob. cap. 7. omnia adolescentia peccata illecebrosis vitiis concludit. *Habet*, inquit, *puerilia innocentiam, senectus prudentiam ipsa vicina adolescentia iuventus, bona existimationis initium, & verecundiam delinquendi. Adolescentia sola est invalida viribus, infirma consilio, vtio calens, fastidiosa monitoribus, illecebrosa delictis.* Hæc Ambr. Hinc intelliges, vt vbiq; Apostolus doctrinæ seruet decorem; quod ferè Græci interpretes annotauerunt. Nam docendas fœminas, fœminis permisit, & anus, iuuencularum voluit esse magistras: virilis sexus instruendi curam omnem, viris concessit. Iuniotibus, Titum præceptorem præficit, dicens, *iuuenes hortare vt sobrij sint.* Adolescentium nimirum peculiarem curam demandans Episcopo; Eo, vt arbitror, consilio, quia à nullo iuuenes melius sobrietatem, qua maximè indigent, vt Reipub. vtiles sint, quàm ab Episcopo discere possunt, cuius cultus, & mensa, ne dum exhortatio, sobria & temperata esse debet. Iam, si D. Hieronymi interpretationem sequaris, qui *σώφρονα*, *pudicos facit*, quis Episcopo ad pudicos mores iuuenibus inserendos aptior? Nihil tam difficile adolescenti, quàm voluptates noxias, & mortiferas domare; non pecuniarum sitis, non gloriæ studium, ita hanc ætatē perturbat, vt voluptatum illecebra.

Ambros. Virtus pro singulis ætatibus.

Ad. Iesetia est fastidiosa monitoribus.

Hieron.

Adolescentū ad voluptates prochuitas.

Sap. 2.

Hoc familiare est adolescentium vitiū, quo impulsi ad id quod adest, quódque præsens est, voluptatis irritamentum se accommodant. Rectè Sap. 2. In impiis exprimuntur, qui se ipsos ita adhortantur: *Venite ergò, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute, celeriter, &c. Vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors, &c.* Atque hanc ipsam voluptatem impij, quod malitiæ est extremæ indicium, in oppressione iusti, & viduæ sibi proponunt.

Ps. 140. Psal. 34.

IV. Cæterùm, vt verba Sophar rectiùs intelligantur, sciendum est, ea ad pœnam, & culpam impij referri posse: si ad pœnam referantur egregiè cohærent cum præcedenti sententia. Ac si dicat, præteritæ vitæ crimina impio afferent ingentem pœnam. Ossa nánque, hoc est, totus impius, qui voluptati seruierat adolescens, incredibili afficietur supplicio, Ps. 140. *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum*, hoc est, nos ipsi adducti sumus in maxima discrimina, & Ps. 34. *Omnia ossa mea dicent, &c.* Id est totus ego; & quidquid in me est, si verò ossa, pro firmioribus animi, aut corporis partibus cum Olympiadoro accipias, sensus erit: Nihil est impio tam firmum, quod diuina vltio non infringat, perpluadens vsque ad ipsas ossium medullas. Hoc sensu, Ps. 108. dictum est: *Induit maledictionem, sicut vestimentum, & intrauit, sicut aqua, in interiora eius*: id est, intus & foris dolore cruciabitur. Illud etiam ad impij pœnam spectat, quòd non solùm ad interiores corporis & animi partes, quæ per ossa significantur, supplicium

Olympiodorus.

Psal. 108. Impiorū sepulchra interdum ignominia notantur.

plicium illius pertinget, sed etiam hæc ipsa ossa, propter vitæ actæ peccata nõ dormient, hoc est, quietam sepultura non habebunt; sed inde eruentur ab hostibus, & ministris diuinæ iustitiæ, vt eorum sepulchrũ profanum sit & ignobile.

V. Si verò ad culpam, quæ nunquam per pœnitentiam deleta fuit, verba referas; habebis descriptionem impœnitẽtis impij, quæ est Greg. Papæ, Olympiodori, & ferè Latinorum, & Græcorum expositio frequentior; Quasi dicat, infixa illis hæ sit intimè peccandi cum impunitate licentia, & ab adolescentia ad mortem vsque perdurauit, sic per ossa, mores & prauam consuetudinem accipe. Hæc enim, vt Caietanus annotauit, corporis vitam videntur sustentare. Nam singula opera velut mollitudo sunt carnis, consuetudo verò & habitus, duritiem, quæ difficilè pellitur, & instar ossium sunt, imitãtur. Vnde Philippus, *Ossa*, inquit, *ipsam senectutem non est absurdum intelexisse, quibus veternositas annorum, & duricies senij significatur. Hæc igitur ossa implebuntur vitijs adolescentiæ, quorum vnum ex quo multa proficiscuntur, est ebrietas.* Vnde Plato 2. de legib. sanxit, vt pueri vini vsum ad duodenigesimum vsq; annum prorsus ignorent: nõ iniiciendum ignem igni. Cùm ad quadragesimum annum peruenerit, tũc aliquid vini sumendum ait, quasi remedium aduersùs senectutis duritiem; vt iuuenescere, inquit, videamur, & mœstitiæ nos obliuio capiat, animique affectio, vt in igne ferrum ex duritie in mollitiẽ deducta flexibilius fiat. Sequitur Platonem ad Eustochium Hieron. *Vinum & adolescentia duplex voluptatis incendium: quid oleum flammæ adiicimus? quid ardenti eo pulso ignium fomenta ministramus?* Hæc ille. Curandum sanè est, ne impleantur ossa vitijs adolescentiæ, sobrietate eliminata. In verbis Iob citatis, pro, *implebuntur vitijs adolescentiæ*, in Hebræo est, *impleta sunt occultij*, quæ vox ad peccata pariter & adolescentiam refertur. Et verò *adolescentia* Hebraicè dicitur, quasi *abscondita & occulta*, & *puer* quasi *absconditus*; & *virgo* quasi *abscondita*, vel *occulta*. Vide Hieron. Isaiæ 7. vbi enarrans, *Ecce virgo concipiet, &c.* ex 70. Aquila, & quibusdam locis sacræ paginæ, aperte ostendit, nomen Hebræum significare, *adolescentiam, virginem, absconditum*, id est occultum. Rationẽque analogiæ eam assignat, quia virgo non parent vlorum aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit; & puer ea ætate procul ab externis laboribus contineatur domi quasi absconditus. Tum etiã quia iuuentus obscura est, & difficilè cognoscitur: sic in tit. Pſ. 7. Pro *absconditis* testatur Hieronym. alios interpretes legisse, *pro arcanis*, se verò ex Hebræo vertisse, *pro inuentutibus*.

Greg. P. Olympiod.

Caiet.

Philippus.

Plato.

Vinũ vsque ad 18. annum nõ deguſtent pueri.

Hieron.

Curandũ ne ossa vitijs adolescentiæ impleantur.

Isai 7. 70. Interp. Aquila.

Virgo dicitur abscondita in sacris literis: cur ita. Psal. 7.

VI. Occulta quoque iuuenũ peccata aptè dicuntur, quia tenebras amant, & lucem oderunt, ne à lumine manifestentur. Psal. 42. *Nonne Deus requiret istas? ipse enim nouit absconditas*, scilicet peccata cordis. Psal. 25. *Et cum iniqua gerentibus*. Hebr. *cum occultis, vel cum occultantibus se, non introibo*, & Psal. 18. *Ab occultis meis*, id est, à meis peccatis, *munda me*. Et Psal. 89. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculum nostrum*, Hebr. *occulta nostra, seculi transacti. siue adolescentiæ peccata & errores*. Hieron. *neglegentias nostras*. Quinta editio, *adolescentiam in illuminatione vultus tui*. Rectè autem à 70. adolescentia, & ætatis prioris peccata, errata occulta dicuntur seculum, quia quæ in præterito tempore fiunt, ignorantur facilè, & occultantur, Deo autem illuminante, manifesta fient. Huc spectat illud Prouer. 30. quo Salomon huiusmodi adolescentiæ perturbationes cognitu difficiles esse testatur; *Tria*, inquit, *sunt mihi difficilia, & quartum penitus igne-*

Psal. 42. Psal. 24. Psal. 18. Psal. 89.

Hieron. Quinta editio. 70. Interp.

Prou. 30.

ro. Viam aquilæ in cælo, &c. & viam viri in adolescentia. Sic in Adelph. act. 1. scen. 1. Mitio senex assuefeciſſe filium ait, ne ſe celaret, quæ faceret, vt alij ſolent adoleſcentes, qui quantùm poſſunt, parentes celant ſua vitia:

Tetent. in Adelph.

Alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fèrt adoleſcentia,
Ea ne me celet, conſuefeci filium:
Nam qui mentiri, aut fallere inſueuerit patrem, aut
Audebit, tantò magis audebit cæteros.

Adoleſcẽtia occultrix ſcelerum ſuorũ. 70. Interp.

VII. Hinc patet, adoleſcentiam occultricem eſſe ſuorum ſcelerum, quæ in tenebris patrare ſolet. Quare, quod vulgata editio ait, *implebuntur vitijs adoleſcentiæ*, 70. dixerunt, *impleta ſunt iuuentute eius.* Luſ. *fiquaramihe ſuas mocidades.*

Peccata cadaueri impij adhærent & excubant. Gen. 4.

Pondera, *& cum eo in puluere dormiet.* Etiam cædauer ipſum comitantur peccata, quæ quis in vita admiſit. Quaſi in eodem ſepulchro & lecto ſunt, & puniuntur. Hebraizantes legunt, *cubabunt cum eo.* 70. *adhærebunt iuxta eum, & ſimul cum eo dormient*, ſimile eſt illud Gen. 4. quod Deus ait ad Cain: *Si bene egeris, ſuſcipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit.* Nempe peccatum tuum, ad fores domus tuæ, ſiue ſepulchri tui accubabit, vel potiùs excubabit, vt cùm in extremo iudicij magni die reſurrexeris, ſtatim te comitetur, & ad iudicis ſiſtat tribunal, meritas in te pœnas poſtulaturum. Fauet huic interpretationi Chald. paraphr. ſic enim legit: *Si non bene egeris, in diem iudicij peccatum ſeruatum eſt.* Peccata igitur cum impio cubant ad ſepulchrum, & excubant; & in puluere dormiunt.

Chald. Paraph.

Paulus ergo ne in adoleſcentia vitia alantur, quæ cum ætate dum creſcunt, ad decrepitam vſque procurrunt ætatem, & ſepulturam ipſam profanam reddunt, & ignobilem, vt Sophar ait, ſuadendam eſſe adoleſcentibus, Titum hortatur, ſobrietatem, & temperantiam, vt hoc freno cupiditatibus adhibito præceptis diuinis, & humanis, quibus ob innatam repugnant leuitatem, facilè obediant.

VERS. 2. 3. 4 5. 6. Senes vt ſobrij ſint, &c. Anus ſimiliter in habitu ſancto, &c. vt prudentiam doceant adoleſcentulas, &c. Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint.

De diſtinctione graduum ætatis humanæ vt quæ præcepta cuique conueniant ex Apoſtoli doctrina innoteſcat.

ANNOTATIO IV.

I. RElegionis Chriſtianæ feliciter propugnandæ ſtudio exardeſcens, Apoſtolus, magnum momentum poſitum eſſe, vt id aſſequatur, apud ſe ſtatuit, ſi non ſolùm fides vera ſyncerè prædicetur; ſed etiam ſi in Euangelij doctrina annuntianda ratio habeatur ætatis. Sicut enim alia ſunt ſenum, alia iuuenum ſtudia; ſic præcepta quædam ſunt, quæ ad hos magis quàm ad illos ſpectant. Quare in Republ. Catholica, in qua omnia ſunt ordinata, & ad rectæ rationis amuſſim, diuinitus inſtituta, rerum omnium huiuſmodi eſt conſenſus,

vt

vt ſiquid in curia prætermittatur, occaſio detur iis qui foris ſunt, nomen Dei blaſphemandi; quod valdè cauendum eſſe, cùm aliis in locis; tum hîc, vbi ætatibus, pro diuerſitate gradus & ſexus, conſulitur, Apoſtolus admonet. Vult enim, vt Titus ſanam annuntiet doctrinam: vult, *vt ſenes ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia: Anus ſimiliter, vt in habitu ſancto prudentiam doceant: adoleſcentulas maioribus natu audientes eſſe, caſtas, prudentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum Dei. Quid iuuenes doceat, ſubiungit, dicens: Iuuenes hortare vt ſobrij ſint.* Quàm neceſſaria ſint hæc documenta ille perſpiciet qui labores, quibus vita cũ periculo animæ pariter ac corporis paſſim turbatur, expenderit; de quibus eleganter Auſonius in Ecloga de vita humana, ex qua hi verſus:

Quæ virtutes ſingulis ætatibus ornamẽto ſint.

Auſonius de vita humana.

Quod vitæ ſectabor iter? ſi plena tumultu
Sunt fora, ſi curis domus anxia, &c.
Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
Infamat, pœnæq; graues in cœlibe vita:
Et grauior cautis cuſtodia vana maritis:
Sanguineum ſi Martis opus, ſi turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vſura trucidat, &c.

Opus profectò eſt, ne à curſu ſalutis æternæ, quem tenemus, noſtra aberret nauigatio, nauarcho prudenti & perito, quæ & ætatum ſciat diſcrimina, & quæ à Paulo traduntur documenta, ſuam cuique ætati tribuens doctrinam, ad portũ nos dirigat, quem fides ſpectat.

II. Quia verò ætatũ diſtinctio, non vna eſt apud omnes, quid Scriptores ſenſerint eruditiores, vt lectori ſtudioſo operam præſtem, cõplectar breui. Imprimis Tubero apud Gellium lib. 10. c. 28. docet, Seruium Regem apud Romanos, cùm in quinque claſſes, ciues diuideret, pueros exiſtimaſſe omnes 17. anno minores; ab eo annõ vſque ad 40. iuniores: quadrageſimum excedentes, ſeniores. Ex hac Seruij Tullij diuiſione pueritiæ, innoteſcit iuuentutis, & ſenectutis diſcrimen. Deinde Varro apud Cenſorinum, cap. 14. gradus quinque conſtituit, videlicet à die natali vſque ad annum 14. pueros dictos putat, quòd puri ſint. A 14. vſque ad 30. adoleſcentes: à 30. vſque ad 40. iuuenes; quòd Rempubl. militando iuuare poſſent à 40. ad 60. ſeniores. quòd tunc incipiat corpus deformari ſenectute: inde ad finem vſque vitæ, quintum gradum facit, quo abſoluitur humanæ vitæ fabula, de qua Cælius lib. 19. c. 21. Tertiò Hippocrates, ſeptem partes tribuit vitæ periodo, nempe ad annum 7. terminati primam ait; ſecundam ad 14. tertiam ad 18. quartam ad 35. quintam ad 42. ſextam ad 56. ſeptimam ad nouiſſimum vitæ annum. Quartò Galenus ætates ſtatuit quatuor per comparationem ad quatuor anni tempora: Iuuenes ſimiles eſſe affirmat veri, calidos ſcilicet & humidos. Maturã ætate viros, quos vigentes vocat, ſunt calidi & ſicci æſtatis modo. Medios, perindè, atque autumnum, frigidos & ſiccos facit, ſenes, vt hyemem, cum frigiditate humidos. Quintò Ariſt. lib. 3. de anima, tres tantùm cogitat ætates; incrementi vnam: alteram ſtationis: tertiam diminutionis. Sextò Albertus Magnus, quem citat Beroaldus in Tiberium Suetonij, cap. 6. quatuor comminiſcitur partes: adoleſcentiæ, ad

Ætatum diſtinctio varia.

Gellius, lib. 10.

Roma à Seruio in quinque claſſes tributa fuit.

Varro.

Hippocrates.

Galenus.

Ariſt.

Albert. Mag.

annum ferè trigesimum: consistentiæ vel pulchritudinis, ad 50. Pòst, diminutionis occultæ, ad 60. quæ senectus est. Quicquid sequitur, id nos præcipites agit in interitum.

Berosaldus.

Hebræorum ratio ætates distinguendi. Sebast. Lepuscul.

III. Tandem Hebræis, vt constat ex versione Sebastiani Lepusculi: vitæ curriculum, iisdem partibus definitur, quibus fidei articuli, quos & fundamenta vocant. *Filios*, inquiunt, *quinque annorum ad biblia; decem, ad Meschnas; tredecim, ad præcepta; quindecim, ad Talmud*; 18. *ad nuptias*; 20. *ad diuitias augendas accommodus creditur*; 30. *ad robur, tum inuenta subeunte, quæ ætas est propter virium vigorem ad labores tolerandos, quàm aptissima*; 40. *ad prudentiam, & scientiam perficiam*; 50. *consilium tribuunt*; 60. *aduenit senectus*; 70. *perfecta canities, vbi ferè vita hominis concluditur*; 80. *extrema est paucis meta, a qua iquid vltrà viuitur iuxta Psal. 89. labor est & dolor. Eum, qui hanc metam attigit, decrepitum Latini vocant; capularem item, a capulo, id est, feretro, dicunt. Et apud Terentium in Adelphis, Actu 4. Scen. 2. silicernium plerique senem appellatum putant ab incuruitate, qua silicem sarcophago imponendam cernit: quamuis Donatus malit, ita dici, quasi proximè à silentibus de mortuorum vmbris sit cernendus. Iam centum annos qui attigit, quasi extra vitam positus reputatur.* Hæc ferè ex Hebræorum doctoribus.

Terentius. Donatus.

Iosephus centum viginti annis vitam statuit longissimam. Lactantius.

Sunt, qui 120. annis vitæ limitem statuant longissimum, vt Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 4. agens de diluuio: *Cùm*, inquit, *Dominus decreuisset vniuersum hominum genus perdere, aliùsque nouum à vitiis purum instaurare, prumsit vitam eorum breuiore spatio circunscripsit, abrogata longeuitate, intra 120. annorum mensuram, quantum temporis, & Moses vixisse contigit.* Iosephum sequitur Lact. 2. cap 15.

Ioseph. Genes. Vera interpretatio de 120 annis ad viuendum hominibus Noë tempore, præscriptis. Thargum. Philo Iud.

IV. Cæterùm ij autores, licèt in eo rectè sentiant, quòd dicunt, post cataclysmum, contractam fuisse vitæ periodum, in eo tamen falluntur, quòd ex verbis sacræ Scripturæ colligunt, prædictum annorum numerum fuisse à Deo præscriptum. Nónne Noë plures annos etiá post diluuium vixit? Quid Abraham, & Iobum referam? An non Mardochæus Esther patruus, ipso Iosepho, li. 9. cap. 8. teste, centum quinquaginta annos excessit? Aliter ergo intelligendæ sunt verbæilla Genes. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, erunt q; dies illius 120. annorum, &c.* Profectò ex interpretatione 70. virorum constat, solùm sermonem esse eo loco, de hominibus, qui tunc viuebánt; sic enim verterunt: *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum. Erunt autem dies illorum 120. anno.* Audi Thargum siue Chaldaicâ Onkeli paraphrasim. Non durabit generatio mala hæc coram me in æternũ, eo quòd caro sunt; spatium dabitur eis 120. annorum, si quo modo eos pœniteat. Hæc Thargum; addit Philo Iudæus in Antiquitatibus, in quos, scilicet annos, posui terminos seculi. Quid clarius? Assignati ergo sunt à Deo anni illis hominibus, qui ante diluuium viuebant ad pœnitentiam; nõ autem iis, qui post diluuium essent victuri, sic Ionæ 2. & 3. quadraginta dies Niniuitis ad pœnitẽtiam præscripti sunt, intra quos, si non resipiscerent, delerentur. Ita Orig. homil. 2. in Cant. Hieron. in quæstionibus Hebraicis, & in cap. 9. Danielis, Aug. q. 23. super Genes. Chrys. homil. 22. & 25. super Genes. Sic exponit Aben Esra reprehendens priorem sententiam. Vtraque Gloss. Lyra. Caiet. Munsterus & alij. Innocentius tamen lib. 1. de contemptu mundi cap. 10. eum locum intelligi posse ait, tam de termino vitæ, quàm de pœnitendi spatio; quod fortè ait, ne concionatoribus, libertas adimatur, locum hùc Scripturæ vtiliter quò libuerit trahendi

Ion. 2. & 3. Origen. Hieron. August. Chrysost. Vtraque Gloss. Lyra.

hendi. Portò de vitæ humanæ termino si quis velit verba citata interpretari, patronos habebit Philonem, Iosephum, Lactantium, Rupertum, & Abulensem, quorum sententiam refert Bened. Pererius in cap. 6. Genes. Hæc de ætatis humanæ gradibus; in quibus quid præter pericula & ærumnas cernimus? Audi Ausonium suprà citatum,

Caietanus. Munsterus. Innocentius. Ausonius.

Omne ævum, curæ: cunctis sua displicet ætas.
Sensus abest paruis lactentibus; & puerorum
Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,
Iras, insidiasq;, catenatosq; labores
Mutandos semper granioribus. Ipsa senectus
Expectata diu, votisque optata malignis,
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis; &c.

V. Vnicuique ergò ætati & sexui, vt bene se gerat, diuini Apostoli aptanda est doctrina. Et quidem senes sobrij sint, pudici, & prudentes; A quibus ornamentis, quòd longè abfuerint senes illi; qui insidias pudicitiæ Susannæ, Dan. 13. pararunt, Deus bonè quantum sibi & senectuti probrum attulere? Ingressi sunt hortum; atque, vt voti compotes euaderent. *Ecce*, inquiunt, *ostia pomarij clausa sunt: nemo nos videt.* O imprudentes! quomodo nemo vos videt? An non sunt arbores? loquentur contra vos arbores. Fabula est, quòd poëtæ confingunt sanguinem ex scissuris arborum manasse, & clamores inde querulos auditos. Parabola fuit Iudic. 9. arborum, de Regis sui electione, sermocinatio: Ne fidite, ipsa vestrum facinus aperient arbusta. Quid ni? Interrogatus vnus à Daniele sub qua arbore viderit adulterantem Susannam, *subschino*, respondit, hoc est, sub lentisco. Mox rogatus secretò alter: *sub primo*, ait, quæ planta ilex creditur. En iam arbores contra mendaces, verum incipiunt ferre testimonium. Diuersitas locorum, quæ sceleri patrato assignant, iam aliquid indicat. Quid quòd syluestres nominant, cùm de horto agatur, non hortenses plantas? Meritò Daniel, sentiens in primi senis, *schinum* nominantis, responsione mendacium, ait, *Angelus Domini scindet te medium.* Similem sententiam tulit in secundum: *Manet*, inquit, *Angelus Domini gladium habens, vt secet te medium.* Allusit in sententia ferenda ad etymologiam nominis vtriusq; plantæ. Nam Græcè πρῖνος, quæ Latinis vocatur *ilex*, agnominationem habet à verbo πρίω, quod significat *scindere* siue *diuidere*: πρῖνος autem, quæ *lentiscus* est, cum verbo πρίζω, quod est, *dissumpo*, & quasi *serra seco*. Vides ipsas arbores suis nominibus pœnam qua mulctandi erant senes, indicasse? Sunt hæ agnominationes in sacris literis vsurpatæ, vt Genes. 2. Eua appellata est Hebraicè *Issa*; quòd ex viro, qui Hebraicè dicitur *Is*, sumpta & formata esset; Et Christus Petro dixit, Matt. 13. *Tues Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Et Apostolus, ad Galat. 5. *Vtinam abscindantur, siue concidantur, qui vos conturbant.* Alludo enim est in verbo *concidendi*, ad verbum *circumcidendi*. Ne sint igitur imprudentes, qui Deum offendunt, existimantes scelus posse arborum frondibus occultari; si homines defuerint, qui peccatum tuum testificentur; ipsa sonitum in te edent arbusta, & vocem peccati tui indicem emittent.

Dan. 13. Senes impudici conuincuntur sceleris. Peccator falsò petat se à nemine videri. Iudic. 9. Arbores cõtra mẽdaces, ferunt testimonium. πρῖνος significat scindere. πρίζω distũpere. Arbores suis nominibus indicarunt pœnam, qua lasciui senes erant mulctandi. Gen. 2. Matth. 13. Gal. 5.

70 Senes prudẽtes à Moſe electi sũt. Exod.24

Sint ergo ſenes ſobrij, ſint pudici, & prudentes. Tales erant illi 70. qui Moyſis ſpiritu prædiți, eundem Exod. 14. quando Deum alloqui voluit comitati ſunt. Hi enim ſua vitia haudquaquam occultantes ad Deum, vt illuminarentur, acceſſerunt. Eapropter illos Deus, in throno ſedens, ex lateribus ſapphirinis affabrè facto, excepit. Mira maieſtas! ſi gemmam nucis amygdalinæ magnitudine haberes, quanti eam faceres? Num ſub pedibus? certè capiti admoueres. At ſapphiros Deus, & lapillos innumeros ſub pedibus habet. Sed quid cauſæ eſt, cur cùm Deus ſolus è rubo, ſoli Moyſi locutus ſit; & interdum in nube, aut in nebula, apparuerit; nunc tam inſolitam præfert maieſtatem? Exodi cap. citato ſcriptum eſt: *Aſcenderuntque Moyſes & Aaron, Nadab, & Abiu, & 70. de ſenioribus Iſrael: & ſub pedibus eius, quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlum cùm ſerenum eſt.* Reſpondet Procopius, nouo nunc comitatu aſcendiſſe ad Deum Moyſen, vt diſſerent illi 70. ſeniores, quia præſides erant Iſraëlitarum futuri, ex ipſa Dei præſentia, quomodo ſe gerere deberent in ſubditis gubernandis. Oſtenſis nanque lateribus, in ſapphiros transformatis, docebantur, ex ſubditis, qui lutei ob flagitia vel labores videntur, quales erant in Ægypto Iſraëlitæ, doctrina ſui præſidis effici gemmas iis, qui eos iniquè premebant pœna mulctatis; Quod accidit ipſius Dei nutu, in educendis Hebræis ab operibus luti, in terram promiſſam, demerſo Pharaone in mari cum Ægyptiorum exercitu. Quid euenturum boni ſperas, ſi tibi optima quæque corruaueris, & in ærumnis, quaſi in operibus luti, pauperes oppreſſeris? ſi cum Pharaone elatione timidus currus aſcendas falcatos? Audi Paulum 1. Tim. 6. *Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere*; tene clauum, cui aſſides; noli aſcendere in nauis carchefium, vnde vento ſtante, deturberis in abyſſum. Prudentia eſt morigerari bonis, omnibuſque adeſſe in fide, in dilectione, & in patientia. Quod præſtitit Moyſes, de quo ad Hebr. 11. *Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, elegens magis affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, &c.*

Apparet Deus ſenibus qui gubernaturi erãt cũ Moſe Iſraëlem, cũ maieſtate, vt diſceret ex ipſa Dei præſentia quid acturi eſſent: nempe vt diſcerẽt ex ſubditis, qui vt lateres ſuos, gemmas facere, &c. Procopius.

Humilitas in dignitate conſeruanda ne cadamus. 1 Tim. 6. Hebr. 1.

VI. Non ſolùm ſenioribus viris & fœminis, ſed etiam vtriuſque ſexus adoleſcentulis ſæpiùs inculcandum eſt, vt doctrinam Apoſtoli teneant: virtutibus iis præcipuè operam dantes, quæ ad frænanda vitia vniuſcuiuſque conuenit ætati. Sunt aliqui, qui vitiis ita aſſueſcunt, vt diuelli ab illis, ne in ſenectute quidem, velint. Hinc illa Dei querimonia Oſeæ 7. *Ephraim ſubcinericius panis, qui non reuerſatur, alieni comedent robur eius, &c.* Similis eſt, qui obſtinatè peccatis ſeruit, prunis impoſito pani, qui parte citima vritur, extima maſſa eſt. In diuitiis defluit blanditiis: in laboribus æſtuat impatientia: ſi diues eſt, incolæ Carmeli, Nabal imitatur auaritiam: ſi lædituꝛ, vel lædi ſe putat, Caini inſtar, ad ſtudium exardeſcit vindictæ. Quæ vtilitas ex hoc pane? *Neſcis* (inquit Propheta) *ô Ephraim, conuerti ad Deum?* An difficile eſt verſare in prunis panem, vt vſui eſſe poſſit? cur tuam non verſas conſcientiam? cur aduri eam peccato ſinis? Additur: *Alieni comedunt robur eius*: hoc eſt, panis, qui non reuerſatur, cui vos ſimiles eſtis. Diuitias, & filios, qui vobis robur ſunt, Babylonij in vltionem ſceleris, cui eſtis addicti, in ſuam ita transferent ſeruitutem; vt difficile ab ea liberari poſſint, quàm difficile eſt rem deuoratam, & in carnem ſanguinémque conuerſam, ad priorem reducere ſtatum.

Frenanda vitia virtutibus ſunt. Oſeæ 7.

Verſa conſcientiam tuã ſicut ſubcinericium panem, ne igne peccati vratur.

Coerceri hoc ſupplicio inueterati ſceleris obſtinationem, declarant verba, quæ

quæ sequuntur: *Sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* Proh dolor! aspersi (inquit Deus) canitie illius vultum, nec tamen, quid id significet, aduertit. Sumitur metaphora à dormiente, in cuius faciem aquæ magna vis interdum infunditur, vt qui lethargo visus est alligari, forte eo remedio excitetur. Nónne tibi videntur similes esse capiti & barbæ hæretes, & quasi infusi cani, aquæ in faciem conspersæ? hæc à somno excitat dormientem: illi, si prudenter consideretur, quem non excitabunt? siccine perfricta tibi frons est, vt ad vitæ vitiosæ detestationem non moueatis hoc spectaculo? In peccati lethargo iuctes. Similitudo.

VII. *Memento Creatoris tui* (inquit Eccl. 12.) *in die iuuentutis tua, &c.* quasi dicat Spiritus sanctus, Noli differre in senectutem bonorum operum excitationē, videmus enim, eos qui in iuuētute Dei obliti vitiis frena laxarunt, in senectute peccatis grauioribus deformari. Quidam sunt senes instar calcis, cui si aquam iniicias, ebullit & efferuescit. *Cani* (inquit Oseas 7.) *effusi sunt super eum: in effundendi* verbo, metaphora aquæ inest. Dolendum est valde, quando senex, vitiis alienis ab ea ætate, in qua ipse frigus esse contra ignem concupiscentiæ, debuerat, infamis est. A cygnis, Veneris quadrigam subuehi Poëtæ fabulantur: Eosdem in morte cantillare multi tradunt. Num cygnis huiusmodi similes esse seniores decet, quos Paulus sobrios & pudicos esse vult? Mallem Deo Canopi, hoc est, aquæ, cui similior est frigida senectus, anus, & senes mihi comparare, qui ignem quem Persæ, quòd omnia consumeret, adorabant, extinxit; sic enim sanus erit vterque sexus, in fide & dilectione, atque extincta lethifera vitij flamma, diuino igni locum dabit: Vt enim dicitur Deuter. 4. *Dominus Deus noster ignis consumens est*, est vita nostra instar vasis fictilis; quod si igni concupiscentiæ incoctum fuit, facilè frangitur: si diuino, durat. *Memento igitur*, (inquit Sapiens) *Creatoris tui, in iuuentute tua, antequam rumpatur hydria super fontem:* subiungit; *Florebit amygdalus, dissipabitur capparis.* Quasi dicat, instar eris arboris amygdalinæ, quæ citò se induit in albescētem florem; canis haud ita multos post annos, caput cōsperges: Capparis, vt Plinius, lib. 19. cap. 8. scribit, lætior crescit & floridior in sepulchris. Vnde flores illi mortem præferunt & sepulturæ, quam tu cogitare debueras, recordationem. *Dissipabitur ergo capparis*, hoc est, senectus, & de sepultura quam sæpe fronde & flore tegit, capparis eijcietur, vt tibi morienti, antequam putaras, necessarium præbeat hospitium. Tunc si vita tua in nequitia transacta fuit, impinguabitur locusta: similis profectò eris locustæ, quam omnes homines, vt pernicioſam segetibus persequuntur. Lacessent te conuitiis omnes, &, quòd malè vixeris habebunt odio: præcessit nimirum in te locustæ pinguedo; quæ quia breues habet alas, & corpus graue, saltu magis quàm volatu fertur, & in terram mox cadit. Hi sunt tui conatus; est in te pinguedo olei peccatoris, quod propheta, à capite suo remouet. *Memento igitur creatoris tui*, iam inde à iuuentute, ne oleo peccatoris pinguis fiat locusta, hoc est, senectus tua, omnibus detestanda, sanus esto in fide & in dilectione. Eccl. 12. Nō est differenda, conuersio in senectutem. Senes nequā, calci nouę similes. Oseæ 7. Cygnis sunt similes aliqui senes. Deut. 4. Canicies qui busdam vt amygdalo flores, aduenit. Plinius. Capparis in sepulchris floridior. Locustæ volatui similes sunt quorūdā conatus.

VIII. Atque, vt aliquid, quod ad fœminas peculiariter pertineat, dicamus; vnum vel alterum hieroglyphicum referam, in quod illæ aspicientes, mores suos ad omnem modestiam, quæ virtus in mulieribus maximè laudatur, componant. Eustathius, lib. 2. de Ismenis, Simulachrum proponit matronæ castæ, cuius caput, corona omni florum varietate intexta, aspectabile est; corpus Eustathius. Simulachrū matronæ castæ.

corpus verò reliquum amictu reticulato, violis & liliis passim intertexto, rubore suffuso, os decoratur: pectus, vultus, pedésque tegit modestia. Nihil hîc rosæ. Causam quæris? Fuit rosa Veneri, quam pudor detestatur, ab Ethnicis cõsecrata. Similem huic alteram expingit Eusthathius effigiem; nisi quòd, pro floribus impositam coronã ornat vnionibus, topaziis, smaragdis, & adamantibus, carbunculo è fronte instar solis flammas eiaculante: cultus corporis villicam exhibet. In eo tota cura, vt pedes omnino occultet. Quid isthuc, nempe illa gemmarum varietas, ornamenta virtutum significat, quæ tanquam diademati regio lapilli, ita capiti honestæ matronæ, sunt adiungenda: reliquum corporis, licèt pannis tegatur, & paupertatem fœdoleat; dignitatem tamen habet ex capite. Iam carbunculus gemma est igniti carbonis speciem referens; lucet in fronte animalis, quod apud Indos & Garamantas vix inuenitur. Ea namque solertia est, vt cùm noctu venatores ducti luce flammas imitantis pyropi, propiùs accedunt; operculo super inducto illorum ludificetur conatus. Narrauit, me audiente, Fulgentius Frerius, vir rerum, quæ apud Indos & Æthiopas geruntur, scientissimus, quique antequam societatem nostram ingrederetur, Regis Lusitaniæ auspiciis, in Æthiopiam venerat, sẽ huius rei testem esse oculatum. Indicat hæc frontis gemma, illam demum probam esse, quæ ne pudor matronalis ab insidiatoribus polluatur, quicquid pretij habet, occultat. Atque, vt omnibus illius nota sit modestia, duntaxat pedis vestigium, quia non potest, non tegit. Amictus cilicinus magis est quàm purpureus, aut carbassinus. Nempe quia rarò id accidit, vt lasciuo cultui, non respondeat animus lasciuus. Tanquam prodigium miratus est Ausonius duas diuersorum morum, sorores, hoc epigrammate,

Delia, nos miramur, & est mirabile, quòd tam
Dissimiles estis, tuq; sororq; tua.
Hæc habitu casto, cùm non sit casta videtur:
Tu præter cultum, nil meretricis habes.
Cùm casti mores tibi sint, huic cultus honestus:
Te tamen & cultus damnat, & actus eam.

Aliud hieroglyphicum matronæ castæ.

Carbunculi mira natura.

Carbunculi apud Æthiopas.

Vix accidit vt lasciuo cultui nõ respondeat animus lasciuus. Ausonius.

De cultu mulierum honesto. 1. Tim. 2.

De cultu mulierum, qui castos commendat mores, multa diximus, 1. ad Tim. 2. vbi Apostolus de amictu fœminis congruente præscripsit: *Similiter*, inquit, *& mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus aut auro, &c.*

IX. Tandem, vt iuuenes sobrij sint, quod Apostolus optat, timere illi fluxæ ætatis, & ad illecebras promptæ, ruinas debent: Ex quibus plerunq; contigit mors immatura. Quæri solet, cur Christus suscitaturus fratrem Mariæ Magdalenæ vita defunctum, eum proprio nomine appellans, dixerit: *Lazare, exi foras*: suscitaturus verò filium viduæ in Nain; suppresso nomine dixerit: *Adolescens, tibi dico, surge*: Nimirum indicare voluit, aliam fuisse Lazaro causam mortis: huic verò, non nisi vitia, ad quæ præceps rapitur adolescentia, in quæ ne iterum labatur, mali, ad quod impellat, ipso adolescentiæ nomine, admonetur. Eliu Iob. 36. *Tempestatem* vocat adolescentum ætatem, *Moritur*, inquit, *in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos, &c.* vbi vulgata editio vertit, *in tempestate*, Hebræi & 70. legunt, *in adolescentia*, vt idem sit *tempestas*.

Ioan. 11.

Luc. 7.

Iob 36.

70. Interp.

pestas,& adolescentia. Funditur hæc ætas,si clauo caret prudentiæ,ad cæcos voluptatum scopulos, vbi miserando perit naufragio. Quid illud est, *Et vita eorum inter effœminatos?* subdit naufragij & intempestiuæ mortis causam:particula nanque, *Et*, hoc loco causalis est, atque adeò significat, *quia*, vt sit sensus; mori in vitiorum procella adolescentes; quia inter effœminatos, siue, vt alij vertunt,inter scortatores, eorum vigor corrumpitur, & in muliebrem, negligentiam,quam Paulus eos docet,sobrietate,degenerat mollitiem. Vitrea vasa, quæ à Venetis aut Belgis ad nos mittuntur, scirpeo ferè ne frangantur, includuntur tegumento;quo sublato, quocunque ictu, perit vitrum. His vasis similes sunt adolescentes; vt enim incolumes ad senectutem perueniant, sobrietatis & præceptorum Dei,quasi in tegumento, muniendi sunt:aliter, haud durant. Quid peccatum:sanè singula peccata, ictus sunt mortiferi,Iacob.1. *Peccatum, cum consummatum fuerit,generat mortem.* Vitrum est adolescentia:declinandi tibi,ô adolescens,sunt huiusmodi ictus:quomodo, inquis? obseruantia mandatorum Dei,de qua Deuter.7. *Si custodieris præcepta mea,custodient te.*

Idē est tēperies, & adolescētia apud Iobum.

Similitudo.

Vitrea est adolescentia.

Vasis vitreis scirpo inclusis similes sunt adolescentes.

Iacob.1.

Deut.7.

X. Non me pœnitet, longiùs quàm initio putaram, progressum in ætatum distinctione,& moribus annotandis. Nam præter quàm quòd expositori sacrarum literarum incumbit,moribus aliquid dare;hic D.Pauli locus, qui totus mores respicit,id maximè exigebat;siquidem nulla est ætas, aut sexus, qui hinc haurire non valeat vtilitatem.

Dolet Augustinus confessi.lib.6.cap. 11. 13. 15. & lib. 8. cap. 12. & lib.9. cap.6. ad Christum anno tricesimo conuersus; præteriti temporis incontinentiam. Vtinam vel in tricesimo anno respiscerent quidam malè distincti adolescentes,& Augustinum imitati, flerent exactæ adolescentiæ turpitudinem! Est illicita voluptas, quædam morum ægrotatio, quæ si à pueritia quempiam afficit, vix aut rarò pœnitentiæ, qua sanetur, locum relinquit. Vnde Salomon, & Achaz ad mortem vsque lasciuiæ mancipati vndecennes,atque adeò impuberes;& nec dum adolescentes, filios narrantur genuisse; idque patet ex supputatione annorum,quæ elicitur ex 3.Reg.2.11.14. & 2.Paralip.cap.9. & 12.& 4. Reg.16.18.& 2.Paralip.28.& 29. Agit de hac Scripturæ sacræ narratione Hieron.in epist.ad Vitalem:vbi humanæ incontinentiæ exemplum affert,non minus verum,quàm prodigiosum, *Puerum decennem*, ait, *sua nutricis vtero vitium & fœtum intulisse.* Quid igitur mirum,si mors eorum anteuertat conatus,qui in sceleribus patrandis,ætatem anteuertunt? verebatur Iob.13. ne fortè procella laborum,quibus vndique premebatur,ob iuuentutis crimina,à Deo fuerit immissa. Hinc illæ voces: *Et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.*

Augustꝰ 30. anno cōuersus.

Exemplū D. Augustini ad Deum conuersi.

Salomon & Achaz 11.annos nati, filios genuerunt.

2. Reg.2.11. 14.

2.Paral.9.

4 Reg.16.

2.Paral.28.

Hieron.

Prodigiosū incōtinentiæ exemplum.

Iob.13.

XI. Absoluam sectionem hanc, proposito adolescentiæ icone, vt quàm necessaria sit sobrietas huic ætati, omnes videāt. Visitur in tabula nudus puer; oculis fascia clausis:dextera funiculo ligata,læua soluta. Hunc,tempus à tergo insequitur; detrahitq; de fascia singulis diebus filum vnum:nuditas incautam indicat ætatem: dextera ligata,nihil rectè,& ex præscripto prudentiæ actum: læua soluta, facilitatem in exequendis operibus virtuti repugnantibus: fascia oculis superposita, mentis ad omnia cæcitatem: temporis tandem beneficio, puer à quo,vt videat,quotidie filum de fascia tollitur,in ætate virili,quid vtile sit,& honestum,incipit discernere. Quia tamen, per detractionem vnius tantùm fili, quæ segniter fit,lumen prudentiæ cum mora aperitur, multæ donec

Imago adolescentiæ in mortem præcipitis.

Nuditas incautā indicat ætatem.

Dextra ligata:læua soluta,&c.

fascia tota consumatur & aspectus liber sit, accidunt ruinæ, quibus variè ætas floridior conflictatur, & plerunque perit. Quod recolens Eccl. cap. 12. adolescentes admonet, ne in senectutem, ad quam propter corruptos mores rarò perueniunt, differant pœnitentiam, qua suo placeant creatori: *Memento*, inquit, *creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ, antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ, & reuertantur nubes post pluuiam: quando commouebuntur custodes domus; & nutabunt viri fortissimi: & otiosæ erunt molentes in minuto numero: & tenebrescent videntes per foramina, & claudent ostia in platea, &c.* Habes ænigma senectutis: vocat sapiens, brachia & manus, *custodes domus*; protegunt enim caput & totum corpus: *viros fortissimos*, hominis pedes: *molentes in minuto numero*, dentes: oculos appellat *fenestras*, siue *foramina*; vultum *plateam* siue *forum*. Est enim vultus hominis instar fori, in quo mentis lites, iurgia, nuntia, & multa alia indicantur. At cur his vocabulis ænigmaticis, non propriis, vtitur Spiritus sanctus? latrones; rebus alia ac nos vocabula, quæ ipsi inter se norunt, imponunt: sic homines; brachia sua catapultas vocant: oculos fenestras; dentes; molentes aliaque vocabula vsurpant, quibus se & sua, dum iuuenes sunt, magnificè extollunt. Quid Deus? Quid gloriamini, inquit, quasi latrones? Vestra brachia, quæ vocatis custodes domus; in senectute; baculo, quo fulciantur, indigebunt: pedes, quos fortissimos iactabatis, nutabunt. Dentes, quæ vobis molæ erant, non conficient cibum. *Addit sacer contextus: Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & confringatur hydria super fontem, & reuertatur puluis in terram suam, &c. Memento*, inquit, *creatoris tui, antequam medulla dorsi constricta quæ funiculus est argenteus, afferat paralysim, & curuitatem: antequam, vitta aurea, hoc est, pellicula cerebro inducta, quæ pia mater dicitur, corrugari incipiens, caluitio caput deformet:* vocat *hydriam super fontem*, ipsam molem corporis, sensibus in haurienda rerum cognitione, quasi vasis fictilibus, tandiu agitatam, quandiu rota conuulsa non frangitur; & anthlia tota dissipetur. Alij legunt, & *confringatur rota in fouea*, vnde variata metaphora Isidorus Clarius, sic exponit: antequam fractis rotis currus perpræceps ruat.

Vt sit nimirum vita hominum, curribus similis, qui si à recta via abertant, in foueam miserandum in modum cadunt. Hæc sunt ætatum discrimina, hæc pericula.

Eccl. 12. Nō est in senectutē differenda pœnitentia.

Ænigma senectutis cum explicatione.

Paralysis in senibus & curuitas.

Isidor. Clar.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

SECTIO III.

VERS. 7. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate; verbum ſanum, irreprehenſibile: vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

Græcè; Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, λόγον ὑγιῆ, ἀκαταγνωστον, ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ὑμῶν λέγειν φαῦλον.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. EXEMPLI in vtranque partem magna vis eſt. *In omnibus*, inquit, *te ipſum præbe exemplum bonorum operum*: Græcè, παρεχόμενος, id eſt, *præbens*, & ita legit Ambroſ. cum Græcis conſentiens. Pro *exemplo*, Græce eſt, τύπον, id eſt, *formam*, aut *exemplar* potiùs, quàm *exemplum*. Vult enim Apoſtolus, vt Titus inſtar ſit exemplaris, aut formæ quam imitari debeant omnes, qui virtutem ſectantur. Verba illa in doctrina, in integritate, &c. tranſlata ſunt ex Græcis, quæ ſic habent, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν, λόγον ὑγιῆ; vt Eraſmus vertit: in doctrina integritatem, grauitatem, incorruptionem, ſermonem ſanum. Ad quem modum legit ferè D. Chryſ. parùm tamen liquet, vnde ab illo accepta ſit dictio, *copiam*, fortè pro ἀδιαφθορίαν, ſcriptum inuenit ἀδυνατίαν, vel, ἀφθονίαν. Sic enim illius interpres tranſtulit, *In doctrina*, inquit, *copiam, honeſtatem, ſermonem ſanum, irreprehenſibilem*; cùm in codice Græco D. Chryſ. tale nihil inueniatur. In nonnullis exemplaribus adiungitur ἀδιαφθυσίαν, cùm præceſſerit ἀδιαφθορίαν. Non reperi tamen aliquid quod priori reſpondeat, nec apud Chryſ. nec apud Ambr. nec apud Hieron. Theoph. ἀδιαφθυσίαν, non attigit. Quod vocabulum D. Hieron. ad virginitatem, cuius amantiſſimus eſt, detorquet, cùm ea vox magis exprimat integritatem animi nullis iræ auaritiæ, aut ambitionis ſtimulis corrupti. Porrò locum hunc paulò aliter refert D. Hilar. lib. 8. de Trinit. *In omnibus te ipſum bonorum factorum præbens exemplum, docentem cum veneratione verbũ ſanum, &c.* σεμνότητα vertit Hilar. *cum veneratione*. Admonet D. Hieron. *verbum ſanum*, quod Græcè eſt, λόγον ὑγιῆ, ad id, quod præceſſit, poſſe referri, nempe ad integritatem doctrinæ: ſed obſtare, quod ſequitur, *ſermonem ſanum, &c.* Cæterùm non video tam apertam tautologiam. Quamuis enim nemo doceat, niſi loquatur, non parum tamen refert, quomodo loquaris. Quare ſine vitio tautologiæ conſtat oratio; cùm eadem res, modò affertur, quæ ſimpliciter fuerat propoſita. Pro verbo, *verea-tur*, Græcè eſt, ἐντραπῇ, id eſt, *pudefiat*, quod ſæpius iam vertit Latinus interpres, *confundantur*. D. Hieron. & D. Ambroſ. vertunt, *reuereatur*. *Nihil habens malum dicere de nobis*. Græcè, μηδὲν ἔχων λέγειν, id eſt, *nihil habens, quod dicat*, ſiue, *nihil potens dicere*. Nam ἔχειν, cum infinito verbo, ſignificat apud Græcos, *poſſe*.

Ambroſ. Eraſmus. Chryſoſt. Chryſoſt. Hieron. Theophyl. Hilarius. Hieron. Ambroſ.

VERS.7. In omnibus te ipsum præbe exemplũ bonorũ operum,&c.

Exemplo præire debent subditis, cùm omnes, tum præsertim, qui præfecturam gerunt Ecclesiasticam.

ANNOTATIO I.

Seneca.

II. QVoniam, vt rectè annotauit Seneca, epistola 6. ad Lucilium, *Plus homines oculis, quàm auribus credunt*; magnam vim inesse ad permouendos ad virtutem animos, in factorum exhibitione, atque adeò maiorem, quàm in eloquentia, prudentes semper existimarunt. Et quidem, vt loco citato, ait idem Seneca: *Longum est iter, per præcepta; efficax & breue, per exempla.* Græcè est, τύπον, id est, *exemplar* (vt paulò antè diximus,) ad quod alij mores suos debent conformare. Enarrans D. Chrysost. hæc verba, sic ait: *Sit omnibus doctrina, exemplarque virtutis tua, speculum vitæ, quod omnibus proponitur, ad imitandum, veluti primitiua quædam imago, omnia in se habens, quæ bona & honesta sunt.* Hæc ille: Primasius: *Ne exemplo, destruas verbum.* Theoph. *Docent sanè grandiores natu fœminæ, adolescentulas; tu verò ipse minores natu viros, & iuuenes. Verùm enim publica institutio, exemplarque virtutis, tuæ vitæ splendor sit seu imago, & veluti archetypus omnibus propositus, quidquam bonorum sibi, cùm abstergere, tum decerpere volentibus, &c.* D. Thom. *Quia ætate iuuenis es, præbe te in exemplum omnibus bonorum operum.* Prælatus enim esse debet, quasi forma discipulis. 1. Cor. 11. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, &c.* D. Augustinus lib. 8. de Trin. ad finem tom. 3. aduertit, homines, hominum exemplis mirabiliter ad virtutis amorem incendi; ita scilicet, vt cùm Pauli vitam honestè, & secundùm Euangelij formam, traductam recogitamus, non solùm Deum, qui bene viuendi legem præscripsit, & Paulum, qui ad illam se accommodauit, diligamus; sed etiam ad spem ita viuendi incenso studio feramur: *Nescio*, inquit, *quomodo amplius, & in ipsius formæ scilicet diuinæ charitatem excitamur, per fidem, qua credimus vixisse sic aliquem; & spem, qua nos quoque ita posse viuere, qui homines sumus, ex eo quòd aliqui homines ita vixerunt, minimè desperamus. vt hoc etiam desideremus ardentius, & fidentius precemur, &c.* Idem lib. vnico de catechizandis rudibus, cap. 7. tom. 4. doctè annotauit exempla Sanctorum proponi in Ecclesia, vt nos illorum vitam imitantes, à Deo gratiam, quam illi meruerunt, accipiamus. Additq; ad extremum, ne spes eius (scilicet qui ciuis esse cœperit cælestis Hierusalem) in homine ponatur, sedulò monendus est: quia neque facilè ab homine iudicari potest, quis homo sit iustus: etsi facilè posset, non ideò nobis proponi exempla iustorum, vt ab eis iustificemur, sed, vt eos imitantes, ab eorum iustificatore, nos quoque iustificari sciamus, &c. Idem in Psal. 39. ait; Christum nobis donatum fuisse à Deo Patre per assumptionem carnis, caput, vt in illa carne resurrectionis nobis præberet exemplum, vt sperare disceremus, quod desperabamus, & haberemus iam pedes in petra, ambularemus in Christo. Hæc ille enarrans versiculum illum, *Qui posuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.*

Longum iter per præcepta, breue per exempla. Chrysost. Primasius. Theophyl.

D. Thom. 1. Cor. 11. Ioan. 13. August.

Exemplorũ vis nos excitat ad virtutem.

Psal. 39. Christus assumpsit carnem, vt per eã nobis præberet exemplum.

III. Est igitur Christus exemplar vitæ nostræ, cæterùm cùm præsentem videre non possimus, adigere oculos debemus ad eos, qui illum magis exprimũt, quales erant Apostoli, & qui Apostolos imitantur. Vnde Paulus 1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

Imitatores

Imitatores mei estote sicut, & ego Christi; Quæ verba citans Augustinus loco indicato, sic ait: [*Ergò*, qui iam directos habent pedes in petra, forma sint fidelibus. Fideles sunt iusti, qui attendentes eos, qui se in bono præcedunt, imitando sequantur. Quomodo sequuntur? videbunt iusti, & timebunt; videbunt, & timebunt sequi vias malas, cùm vident quosque meliores, iam elegisse vias bonas: & dicunt in animo suo, quemadmodum solent dicere viatores attendentes alios ambulantes in via, Non frustra illi hâc eunt, quando illi eunt, quò nos ire volumus; & quare cum magna fiducia hâc eunt, nisi quia illâc ire perniciosum est. Videbunt ergo iusti, & timebunt. Angustam viam vident hâc; datam viam vident illâc. Hâc vident paucos; illâc multos; sed, si iustus es, noli numerare; sed appende: statera tam aequam, non dolosam; quia iustus appellatus es videbunt iusti, & timebunt, dictum est de te: Noli ergo numerare turbas hominum incedentes latas vias. Noli ergò illos attendere; multi sunt. Et quis numeratur? Pauci autem per viam angustam. Profer, inquam, stateram, appende: vide contra pauca grana, quantam paleam leues. Hoc agant fideles iusti, qui sequuntur, quod illi, qui præcedunt.] Hæc ibi.

Viæ iustorũ dirigũt nos.

Via iustorũ arcta; per eã pauci incedunt. Statera opus nobis, vt opera nostra cũ aliorum meritis cõferamus.

IV. Iure igitur Paulus exigit à Tito, qui Episcopus erat, vt sic vitam instituat suam, vt exemplo sit omnibus fidelibus incedendi per viam salutis; loco Christi, quem videre oculis nemo potest. Idque in doctrina. Nam in prælatis in docendi munere maximè virtus elucet. Vnde Hieremias 3. *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina*. Dabo, inquit Deus, vobis pastores Apostolos nempe cuius vaticinij memor Christus Dominus, Petro ait, Ioan. 21. *Pasce oues meas*. Et Paulus Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, &c.* Vbi videsne eosdem velle pastores simul esse, & doctores. Quid enim pastor indoctus boni aget? *Iuxta cor meum*, hoc est, quales ego eos esse volo; sic de Dauide 1. Reg. 14. dicitur: *Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum*. Qui ergo non est iuxta cor Dei, non exhibet typum veri pastoris. Vis scire cor Dei? Ioan. 10. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis; & proprias oues vocat nominatim, & educit eas; & cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur; quia sciunt vocem eius. Pascent vos scientia & doctrina*, hoc est, docebunt vos veram, & synceram doctrinam: non vt illi, quos audiunt hiunculi prunentes auribus, vt dictum est 2. Timoth. 4. *Non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*, 1. Timoth. 1. Referri etiam potest scientia ad fidem; doctrina verò ad mores; vt sciamus quid credere, & quid facere debeamus, Matth. 28. Prædicate Euangelium omni creaturæ, docentes eos seruare quæcunque mandaui vobis. Chald. Par. *Constituam vobis gubernatores facientes voluntatem meam, & gubernabunt vos, in scientia & sapientia*.

Hier. 3.

Ioan. 21.

1. Reg. 13. Typum veri pastoris non gerit, qui nõ est secũdùm cor Dei. Ioan. 10.

2. Tim. 4. 1. Tim. 1. Matth. 28.

Chald.

V. Cùm ergo tanti referat exempli vis, meritò Paulus Tito, qui amplissimam habebat diœcesim, & Episcopos constituebat, vt patet ex cap. 1. commendat exemplum vitæ honestæ cum doctrina coniunctum: quod etiam Timoth. 1. cap. 4. commendauit, dicens: *Attende tibi, & doctrinæ*: quasi dicat: primùm, quæ ad salutem animæ tuæ pertinent, diligenter cura; Deinde quia Episcopus es, subditos ex hortare ad fidei & morum doctrinam capessendam.

1. Tim. 4.

VERS.7. In integritate, in grauitate, verbũ sanum, irreprehensibile.

Integritas, grauitas morum, atque doctrinæ, prælatis necessaria.

ANNOTATIO II.

V.VI. GRæcè hæc inuenies in accusandi casu; cui lectioni congruit, quod sequitur, *verbum sanum, irreprehensibile*; quæ particula refertur ad verbum *præbe*: efficitq; hunc sensum, in hoc docendi munere præbe integritatem vitæ, grauitatem morum, nec pro concione verbũ aliquod proferas, quod iure reprehendi possit. Græcè huius sententiæ vltima pars exprimitur per vocem compositam ἀκατάγνωστον, id est, *quod minimè accusari, aut reprehendi possit.* Quare declarare mihi videtur iuxta Græcum contextum, quale debeat esse exemplum, nempè in doctrina, in integritate: vt doctor nec metu retardetur ab officij sui adimpletione; nec præmio, ad aliquid docendum veritati contrarium, alliciatur: sitque grauis in actibus, omni leuitate detersa.

Integritas vitæ est quædam incorruptio. Isai. 1.

VII. Primùm ergò admonet Titum, vt vitæ integritatem & constantiam seruet, de fugiendo non solùm peccata, sed omnem etiam mali speciem. In hoc enim sita est integritas: Isaiæ 1, *Quiescite agere peruersè.* Est autem integritas vitæ, quædam incorruptio, sicut enim corpus integritatem amittit inducta in membrum aliquod corruptione; ita anima admissa in intellectum, aut voluntatem, aliqua peccati corruptione. *In prælato autem* (vt inquit D. Tho. hîc lect. 2.) *Est integritas sensus per prudentiam, affectus per charitatem, corporis per castitatem,* 1. *Thess. vlt. Integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.*

D. Thom.

1. Thess. vlt.

Grauitas latè: hoc est stabilitas in bono. Psal. 4.

VIII. Secundò admonet, vt grauitatem præferat in bonis, quæ ex charitatis incitamento fiunt. Graue autem tum suopte pondere descendit, quod in hominibus vituperatur, Psal. 4. *Filij hominum vsque quò graui corde, &c.* tum firmitatem habet, & stabile est, quod laude dignum est. Dicuntur enim graues, qui non facilè dimouentur à bono. Vnde huiusmodi grauitas præconium habet in Psal. 34. *In populo graui laudabo te.* Licèt enim iuxta Hebraicam proprietatem *populus grauis* dicatur, frequens & numerosus; non est difficultandum, significari etiam voce *grauis* rem ponderosam. Atque adeo significari ibidẽ posse populum Christianum pondere virtutis stabilem.

Psal. 34.

Doctrina sana. 2. Tim. 1. Prou. 17.

IX. Tertiò hortatur, vt *doctrina sana sit, & verbum sanum*, id est, nulla corruptum falsitate, sic etiam hortatur Timoth. 2. cap. 1. *Formam habe sanorũ verborum, quæ à me audisti in fide, &c.* Prouerb. 17. *Non decet principem labium mentiens.* Hebr. *Labium mendacij vel falsitatis.* Principes enim viros, siue sacri sint, siue profani, minimè decet mendaciũ, quippe cùm eorum verbis omnes, propter autoritatem fidem adhibeãt: aliter, quàm plurimis possent imponere. Tota autem sententia, quoniam in hunc locum quadrat, sic habet: Non decent stultum verba composita, nec principem, labium mentiens. Hebræa habent, pro (*verba composita*) *labium excellentiæ seu autoritatis.* Pro, *labium mentiens, labium mendacij vel falsitatis.* Quomodo igitur stultus adimit autoritatem orationi, quæ ei debetur, ita princeps dat autoritatem falsitati, quæ ei non debetur.

Decet non fatuum loqui eos, qui populũ regunt.

Principem dedecet mẽtiri.

Prædicatores nihil falsi afferant.

X. Discamus ex hac sententia, quales esse oporteat prædicatores diuini verbi. Non enim debent esse stulti, hoc est, imperiti, & mundana sectantes, sed planè

planè principes, virtq; graues,& autoritate tum doctrinæ,tum officij prædiri. Item tales ab omni mendacio, & falsitate debere esse alienissimos, maximè dum pro officij sui ratione concionantur ad populum. Sed proh dolor! munus prædicandi grauissimum in doctis, & leuissimis hominibus multis in locis per incuriam prælatorum commissum fuit,qui sermones suos vanis & falsis rebus sæpè solici sunt suffarcire.

XI. Quartò, vult, vt modus adhibeatur in doctrina. Modus autem seruabitur, si verbum sit irreprehensibile id est, in tempore & loco opportunè prolatum; sic enim vitã corriget auditorũ,& reprehensione carebit. Eccl.20. *Ex ore fatui reprobatur parabola. Non enim dicet illam in tempore suo.* Hoc est,fatuus etiam cùm profert graues, & doctas sententias, quæ parabolæ dicuntur; non tamen gratiam, aut fructum referet, sed illius dicta reprobabuntur, licèt enim bona dicat, non tamen dicit, opportuno loco, & tempore. Vnde & in Prouerbiis dictum est,cap.26. *Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.*

Eccl.20. Parabola sine occasione dicta, cedit in stultitiam. Prou.26.

XII. Quintò, finem doctrinæ hunc esse ait: *Ne is qui aduersatur nobis, aliquid audiat quò nocere possit.* D.Chrysost. sic hæc verba explicat: *Quid est*,ait, *ex aduerso? significare diabolum voluit,omnemq; illi obsequentem. Nam cùm & vita claruerit,& sermo conueniens fuerit,modestus,mansuetus, ac placidus,nihilq; aduersario læserit, magnum inde,atque ineffabile conquiritur emolumentum.* Deinde addit: Magna igitur huiusce ministerij vtilitas, cùm ex ore prædicatoris verbum resonat,non qualecunque,sed probatum,atq; irreprehensibile, & quod nulla ex parte,etiam volentibus,præstet maledicti occasionem. D.Thom.sic interpretatur,Si omnes,inquit, bene se habeant; prælati scilicet, & subditi, aduersarij non possunt vobis nocere,iuxta illud, 1.Petr.2. sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, & 1. Timoth.5. *Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.* Sensus ergo legitimus est,Quæ doces,sint integra,grauia, sana, non leuia aut anilia, vt is, qui ex aduerso est,id est,aduersarius,aut qui diuersa docet; vel diuersam sequitur vitæ rationem siue Ethnicus sit,siue Iudæus,reuereatur, id est, pudore afficiatur.*Nihil habens dicere*,hoc est,nihil potens dicere de nobis,&c. Nam,vt suprà annotauimus, verbum, ἔχω, quando iungitur infinito, vt hoc loco, significat etiam,*posse*.

Chrysost. Ex aduerso nobis est diabolus, & qui ei obsequitur, cum loquimur quæ recta sunt. D.Thom. 1.Petr.2. 1.Tim.5.

VERS. 7.& 8. In omnibus te ipsum præbe exemplum, &c. vt is,qui ex aduerso est,vereatur nihil habens malũ dicere de nobis.

Quàm vtiles Ecclesiæ fuerint Episcopi,qui doctrina,& exemplo vitæ subditis præluxerunt & de exemplo Christi.

ANNOTATIO III.

I. NIhil excipit,qui in omnibus vitæ partibus, exemplum postulat. In operibus, in concionibus, in moribus, reprehensionis expertem oportet esse prælati *vitam*; cùm, vt sæpè diximus, *sal terræ sit, lux mundi, & ciuitas supra montem posita*. Ab eo,summi,medij,& infimi,quæ sibi ad mores rectè instituendos necessaria sunt,non solùm dum publicè loquitur,sed etiam, dum domi & cum

cum ſuis agit, exquirunt. Quorſum (inquit) tam exactè? Ab eo nánque qui omnium pater eſt, & cuſtos, iure quodã tacito, exigunt homines, vt ſit lux cæco, medicamentum ægroto, pes claudo, ac denique omnibus omnia. Volupe eſt, aliquot Pontifices in medium afferre, qui tanquam ſalutaria ſydera, doctrina Pauli imbuti, ſcientiæ pariter & exempli luce, Eccleſiæ cælum decorarunt, vt, qui hæc legerint, quomodo vitæ ſanctitas cum eximia doctrina copulari poſſit, intelligant.

Pontifices aliquot qui ſalutaria fuerunt Eccleſiæ ſidera.

II. Martinum Turonenſem laudat Sulpitius, quòd ita impleret Epiſcopi dignitatem, vt propoſitum monachi non deſereret D. Auguſtini frugalitatem in primis prædicat Poſſidonius in menſa, olera ad panem ſemper, carnes verò interdum propter hoſpites adhibentem. Eum affirmat morti iam proximum teſtamentum nullum condidiſſe, quia vnde conderet, pauper Chriſti, non habebat. Quid ab eo præſtitum ſit hac tam inſigni moderatione, multa teſtantur. Africam variis hæreticorum telis infectatam ab erroribus liberauit: vicit Paſcentium Arianum. Manichæorum monſtroſas fabulas, traduxit in lucem. Donatiſtas deiecit. Pelagianis omnem vim autoritatémque detraxit. Quid Baſilium cõmemorem victu & veſtitu parciſſimum? qui tamen cum ipſo Imperatore Valente Ariano, multos annos, pro fide Chriſti laudabiliter decertauit? Quid Exuperium Toloſæ Epiſcopum referam, de quo Hieron. *Eſuriens*, inquit, *paſcit alios, & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena*: nihil illo ditius, qui corpus Domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro. Huius ſectare veſtigia: ó ſtupendam innocentiam! corpus Domini Epiſcopus in ciſtula circumfert; viſcera pauperibus effundit. Qua verò fortitudine aurei mores, & luce vitæ integræ rutilantes, ſanctiſſimorum Pontificum animos communierint, teſtatur Thomas ille Cantuarienſis Archiepiſcopus, qui nullis, aut ſuis, aut ſuorum cladibus, flecti potuit, vt Henrico II. iniquiſſimo Angliæ Regi, immunitatem & iura Eccleſiæ inuadenti, cederet. Teſtatur Alexander, Alexandriæ Epiſcopus, qui & Arij & Euſtbij, potentiſſimorum hæreſiarcharum telis orando magis reſtitit quàm dimicando. Teſtatur ſucceſſor eius Athanaſius, cuius conſtantiam, totus in eum concitatus orbis frangere non potuit. Teſtatur Ambroſius, qui Theodoſium Imperatorem, ob admiſſi ſceleris atrocitatem, purpuram, & laureatos faſces minimè reueritus, ab Eccleſiæ repulit ingreſſu, & publica pœnitentia indicta, ſtare extra cancellos chori, vt media de plebe hominem, coëgit. Sed, quid ego in enumerãdis ſanctiſſimorum Patrum illuſtribus factis immoror? vnum ſubijciam paſtorem oraculis prophetarum; & fatidicis Regij vatis carminibus decãtatum, qui exemplo vitæ innocentiſſimæ; viſitandi oues conſuetudine, doctrinæ grauitate, cæteriſque Pontificij muneris ornamẽtis, cùm excellat, veriſſimè ait, *Ego ſum paſtor bonus*. Heu quanti illi ſtetit hoc nomen! Pro carbatinis, nudis incedit pedibus; pro tunica pellicea; veſtem geſtat coccineam; pro baculo, eſt calamus paluſtris; pro pera, nullius rei vſus; pro cuculla, ſpinea corona: trahitur funibus; pedibus conculcatur; flagris toto corpore repetitis, excarnificatur, transfiguntur manus, & pedes, clauis malleorum ictu immaniter adactis: Oculi languent morte: crura pendent marmorea. Quæ te paſtor diuiniſſime vis amoris tam ardens incendit? Quæ te impulit pro indignis omni beneficio ouibus, ad tam ignominioſam necem, clementia? Exemplum, inquit, dedi vobis. Errabant oues meæ, in

D. Baſilius in victu parciſſimus. Exuperius. Hieron.

Thom. Cantuarienſis Arch. Alexander Epiſc. Athanaſius.

D. Ambroſij conſtantia.

Chriſtus Dominicis exẽplum paſtoris eximij præbuit. Ioan. 10.

Chriſto magni ſtetit paſtoris munus.

confra

confragoſis montibus fame enectæ, fercula illis miniſtraui. *Caro mea verè eſt cibus.* Et moriebãtur ſiti, patefactis quinque in Caluariæ iugo, ſanguineis fontibus liquorem ſuppeditaui; ſanguis meus verè eſt potus. Ne oues meæ frigeant, frigeo ego; ne paſtu careant; crucior inedia, ne ſitiant, ſitio; ne pungantur, pungor. Denique, ne moriantur, morior. Cur Chriſte ſancte tam innumeros pateris cruciatus? Paſtor ſum, ait, *Exemplum dedi vobis*, vobis, inquam, Eccleſiarũ principibus, vobis, fidei orthodoxæ ſigniferis; vobis, populi Chriſtiani, & doctrinæ anteſignanis; *Vt quemadmodum ego feci*, qui nullum non moui lapidem, quominùs gregi meo vtilis eſſem, *ita & vos*, qui meas in terra vices geritis, *faciatis*. Ioan. 6. Sãguine ſuo Chriſtus ſitim ouium ſuarum extinxit.

III. Ad lucem tanti exempli; caligant mortalium oculi: ſecuti ſunt Apoſtoli hanc lucem: ſi ſplendorem tanti magiſtri, præ debilitate, aſpectus noſtri, ferre non valemus; ad diſcipulorum ſaltem illius facta, mentem conuertamus. Qui figere oculos in ſolis radios nequeunt; manum, aut rem aliam obiiciunt, vt tantiſper dum aſpicere volunt, vis illa vehemens, aciem oculorum minùs hebetet. Nos ergo coruſcationi nimiæ exempli, quo Chriſtus paſtor bonus, oues ſuas antegreditur, Petrum, Paulum cæteroſque Apoſtolos apponamus; eos imitari quando vlteriùs progredi debilitas noſtra nequit, conemur. Quòd ſi in hac etiam luce aſpectus noſter hebetatur; ad illa ſaltem ſidera; Martinos dico, Hilarios, Athanaſios, Auguſtinos, quæ primos diuini verbi ſatores conſecuta ſunt, oculos adiiciamus. *Imitatores* (inquit Apoſtolus) *mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Deterrere aliquem poteſt Chriſti lux à diuinitate profecta; verùm illi radij per humanitatem inſinuati, Paulum oſtendunt, inſignem fuiſſe ipſius Chriſti imitatorem, ſi ad illum reſpexerimus, profectò, non ſolùm Pauli ſed etiam Chriſti erimus imitatores. *In omnibus ergo* (inquit Paulus) ô Tite dilecte fili, *te ipſum præbe exemplum bonorum operum*; Sic enim & Chriſti imitator eris, cuius omnis actio, noſtra eſt inſtructio, & noſtræ commendationi, amoríque, quo bene te apud omnes, audire deſidero, ſatisfacies; Imponéſque ſilentium iis, qui parati ſunt, quicquid ſecundùm ſanam doctrinam à nobis geritur, calumniari. *Obſtruetur os loquentium mendacium*, ſi tua viderint rectè facta; & quanuis ſe millies in omnes verſent partes; nihil occurret, quo Euangelio valeant obſiſtere. Eſt hæc magna laus, *vt benefacientes obmuteſcere faciamus imprudentium hominum ignorantiam*; Imò hæc eſt voluntas Dei, vt D. Petrus ait epiſt. 1. cap. 2. Apoſtoli ſecuti ſunt exemplum Chriſti paſtoris ſummi. Philip. 3. Apoſtoli diuini verbi ſatores. 1. Petr. 2.

IV. Porrò quantùm homines, hominum, ne dum prælatorum, exemplis, ad ſtudioſas actiones exercendas accendantur, ex Patribus pauca colligam, quæ locum hunc illuſtrent. In primis Auguſt. lib. 8. de Trin. cap. 9. [*Quid*, quæſo, inquit, quòd exardeſcimus, cùm audimus & legimus, Nullam in quoquam dantes offenſionem vt non reprehendatur miniſterium noſtrum, ſed in nobis commendantes noſmetipſos, vt Dei miniſtros in multa patientia, in laboribus, &c. Quid eſt, inquam, quòd accendimur in dilectionem Pauli cùm hæc legimus, niſi, quòd credimus eum ita vixiſſe? Viuendum autem ſic Dei miniſtris, intus apud nos, vel potiùs ſupra nos, ex ipſa veritate conſpicimus. Quem ergo ſic vixiſſe credimus, ex hoc, quod videmus, diligimus. Et infrà: En quàm hominis exemplum, non præſentis tantùm, ſed abſentis, ac ne viui quidem, ſed, & vita functi, hoc eſt, auditum modò, non etiam viſum, efficax tamen ſit, Exempla ex patribus ſumpta ad imitandũ multis profunt. Auguſt. 2. Cor. 6.

etiam ad imitandum, ne dum ad diligendum. Deinde propiùs contextum hunc illustrat, quod scribit Hieron. in Epitaphio Nepotiani, ad Heliodorum Epi-

Hieron. Domus Episcopi est magistra publicæ disciplinæ.

scopum: In te, inquit, omnium oculi diriguntur; domus tua, & conuersatio, quasi in specula constituta, magistra est publicæ disciplinæ: quicquid feceris, id sibi omnes faciendum putant. Caue ne committas, quod, aut, qui reprehendere volunt, dignè lacerasse videantur; aut, qui imitari, cogantur delinquere. Hæc Hieron. fortè recordatus doctrinæ Petri, 1. epist. cap. 5. hortantis, Episcopos, vt fiant *forma gregis*, seu, quod idem est, fidelibus bene rectéque viuendi exemplaria. Tertiò, huc pertinent, quæ à Poëtis carminibus decantantur, de parentum & Principum exemplis; suo enim modo Episcopi, principes sunt & patentes. Quale est illud Ouidij ad Liuiam,

1. Petr. 5.

Ouidius ad Liuiam.

Ad te oculos, aures q; trahis, tua facta notamus:
An vox missa potest principis ore, tegi?

Idem Fast. 6. Et Fastor. 6.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur;
Cùm iudex alios, quod monet, ipse facit.

Iuuenal. Subiiciam & illud ex Iuuenal. Sat. 14. quo ostenditur quantam vim habeant in vtramque partem, domestica exempla:

Sic natura iubet, velociùs, & citiùs nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis
Cùm subeunt animos autoribus, &c.
Quoniam dociles imitandis
Turpibus & prauis omnes sumus, &c.
Nam siquid dignum censoris fecerit ira;
Quandoquidem similem tibi se, non corpore tantùm
Nec vultu dederit, morum quoque filius, & cùm
Omnia deteriùs tua per vestigia pecces;
Corripies; clamore & castigabis acerbo?
Vnde tibi frontem libertatem q; parentis
Cùm facies peiora senex?
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & infans
Bullatus, paruo q; eadem mouet arma fritillo.

Claudianus. Quid principum mores? Claud. de 4. consul. Honorij Augusti, sic scribit,

Primus iussa subi: tuno obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, eùm viderit ipsum
Autorem parere sibi, &c.

Idem: *Scilicèt in vulgus manant exempla regentum*
Vtque ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

V. Sed missis profanis scriptoribus, ad nostros veniamus. Inter ea quæ

Euseb. Cæsar. Euseb. Cæs. hist. Eccl. lib. 6. qui totus ferè Origenem sonat, refert illud ex cap. 3. 4. 5. &c. in hunc locum quadrat, quòd vim, & in persuadendo efficaciam, cum vitæ inculpatæ exemplo copulauerit. Quo factum est, vt non multitudo modò

modò per eum ad Christi fidem accesserit, sed ad illius scholam Gentiles quoque philosophi & hæretici complures ventitarent; vnde multi; tanquam ex equo Troiano profecti sunt laude charissimi ipsius discipuli; ac tandem insignes virtiusq; sexus martyres. *Hic est, dicebant illius ludi frequentatores, cuius qualis est doctrina, tales etiam sunt mores: quæ docet, agit in vigiliis & ieiuniis pæne iugibus, abstinentiæ plurima, continentia mirabili, adeo nulla obtrectationis, aut simistræ alioqui suspicionis occasione aduersariis relicta.* Quin & apud infideles, atque philosophos ingens illi fuit gloria. Nam, vel Porphyrius, Christi Ecclesiæ insectator, licèt eum vti Christianum criminatur; tamen, quòd ex instituto professionis suæ legitimè vinat, admiratur. Vide Niceph. lib. 5. cap. 4. 5. 6. &c. Haymonem de Christianorum rerum memoria.

Origenis laus ea quæ docebat exequentis.

Niceph. Haymo.

Quid alios commemorem, qui præfecturas eò recusarunt, quòd difficile esse intelligerent, ita eas gererè, vt & Deo grati, & subditis vtiles euaderent. Inhorrescebat B. Gaudentius Episcopus Brixienſis, vt constat ex tractatu, quem prima die ordinationis suæ habuit, & habetur tom. 2. Bibl. Patr. serm. 16. antequam ad Pontificiam dignitatem electus, id officij acceptaret; consideratione obligationis, qua præire aliis verbo & exemplo astringebatur: *Imparem me* (inquit) *vestro desiderio per omnia sentiens; onus ipsum, totis viribus conatus sum declinare. Sed B. Pater Ambrosius, cæterique venerandi antistites sacramento (quo vos temerè obligastis) astricti, tales ad me Epistolas cum vestra legatione miserunt, vt sine damno animæ meæ vltrà iam resistere non valerem; cui ab Orientalibus quoque Episcopis, nisi meum ad vos reditum pollicerer, salutaris communio, negaretur. Intuemini ergo quid patiar, qui cùm loqui nesciam, tacere non possum, &c.*

B. Gaudentius Episcopus, conatus est Episcopatum defugere. Bibl. Patr. Coactus est B. Gaudentius acceptare Episcopatum.

Inest profectò in exemplis magna vis; illis enim ferè, quasi viæ indicibus, ad cælestem patriam itur. Vnde Deus patriarchas, & prophetas, aliósque heroicæ virtutis viros, synagogæ olim dedit, qui viuum essent, verbo & factis obseruantiæ legis, totiúsque probitatis, exemplar: vnde Psal. 77. *Quanta mandauit patribus nostris, nota facere filijs suis, vt cognoscat generatio altera, vt ponant in Deo spem suam, vt non obliuiscantur operum Domini.* Hoc est quàm multa voluit Deus monumentis consignari facta illustria, & diuina, vt homines in suis laboribus præcessisse exempla similia cogitantes, spem erigant ad Deum, qui nunquam defuit sperantibus in se? Actum de se credidit Rex Israël, 4. Reg. 3. cùm in solitudine, exercitum trium Regum vidit siti enectum: *Heu congregauit* (inquit) *nos Dominus tres Reges, vt traderet in manum Moab:* quærenti Iosaphat, an adesset aliquis propheta Domini, respondit seruus quidam Regis Israël: *Est hic Elisæus filius Saphet, qui fundebat aquam super manus Eliæ.* Theodoretus in hæc verba annotauit, propterea sic locutũ fuisse illum iuuenem, quia tam insignis, & notæ sanctitatis fuerat Elias in Israël, vt satis cõmendatus existimari posset Elisæus, vel eo nomine, quòd aquam infuderit Eliæ manibus. Ego ad imitationem virtutis patrandi miracula, quæ Eliæ inerat, cum sanctitate coniuncta, allusum esse conijcio. Nam, à quo potiùs sitibundi sperare miraculi aquæ optatæ impertrationem possent, quàm ab Elisæo, qui, vt refert Lyra ex R. Salomone; in sacrificio montis Carmeli, aquam Eliæ manibus eo prodigio infudit, vt è decem digitis prophetæ, tanquam è siphonibus, cum ipsa infusione, totidem emanauerint fontes, quibus ligna, & fossa non maduerunt solùm, sed & impletæ sunt, vt 3. Reg. 18. scriptum est: In omnibus, seipsum præbuit Elias

Psal. 77.

4. Reg. 3.

Theodor. Vel infudisse aquam manibus Eliæ, gloria est Elisæo.

Lyra. E manibus Eliæ fontes ad vsum sacrificij emanarunt. 3. Reg. 18.

exemplum bonorum operum; imitatorem habuit Eliſæum. Is, & probitatis magiſtri & ſignorum imitator, quo tempore aqua neceſſaria erat ſitibundis, exemplo Eliæ, qui aquam cùm opus fuit ſacrificio infundit, aquam poſt preces, miraculo largitus eſt; vt iam hinc intelligas exemplum non ſolùm exhibitum, ſed etiam imitatione expreſſum, Deo & hominibus gratum eſſe.

CAPVT SECVNDVM.

SECTIO IV.

VERS. 9. Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, ſed in omnibus fidē bonam oſtendentes: vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

Græcè: Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας, μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθὴν, ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Hieron. BIFARIAM legi hunc locum aduertit D. Hieron. Vno modo, vt accipias ſeruos ſubditos eſſe debere dominis in omnibus; ſic particula, ἐν πᾶσι, refertur ab verbum præcedens: Altero, vt intelligat anagnoſtes, ſeruos complacentes eſſe debere in omnibus, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι. Atque ita quidem habet verſionis vulgatæ, & emendatæ à Sixto V. interpunctio, & Græci codices. Porrò εὐαρέστους, interpretatur, non qui ſatisfaciant, ac placeant dominis, ſed ſibi non diſpliceant, & ſuam fortunam, qualis qualis eſt, boni conſulant. Videtur tamen hæc interpretatio coarctior. Certè ab interpretatione Græcorum Patrum diſcrepat, nec cum ſequenti particula cohæret, μὴ ἀντιλέγοντας; & quidem ſuperiùs, εὐάρεστον, dixit Apoſtolus, *quod gratum eſſet, & placeret*, licèt Græci, δυσάρεστον, appellant, *cui non facile fiat ſatis*; huic voci opponitur εὐάρεστος. Et verò, εὐάρεστοι, hîc dicuntur, qui modis omnibus placere ſtudent. Porrò μὴ ἀντιλέγοντας, eleganter reddidit D. Ambroſ. *non reſpondatores*; Ambroſ. quod noſter interpres tranſtulit, *non contradicentes*, μὴ νοσφιζομένους, quod vulgata editio vertit, non fraudantes. Hieron. Aptè D. Hieron. tranſtulit, *non furantes*. Eſt enim νοσφίζειν, aliquid decerpere, ac furtim ſurripere, cùm totam rem non auſis rapere, quod ſerui faciunt. Sunt enim natura feraces magis quàm rapaces; & tamen illorum ad ſuffurandum pronitas heros plerunque ad iram concitat, eò præſertim quòd cōiuncta ſit ferè cum nugacitate, otio, laſciuia, & ebrietate. Virg. eclog. 3. Propterea Ecloga 3. Virg. quaſi ægrè ferens hoc ſeruorum ingenium, inquit,

Quid domini facient, audent cùm talia fures?

Homerus. Hi ſunt, quos Homerus vocat, οἶνον ἔδοντες, non magis vtiles quàm mures.

ces. Hos Domini ferte domi nequeunt. Vnde turpe esse Socrates aibat, *Si quis talem se faceret, qualem nemo domi vellet habere seruum.* Sint itaque serui Dominis in omnibus subditi, sint conditioni suę placentes, vt seruitutem aspere non ferant: Dominis non contradicant, neque fraudent, aut furentur: sed in omnibus bonam fidem ostédentes: præstent fidelitatē heris & verbis & factis, etiam in minimis quæ illis credūtur. Sic enim cum Græcis interpretantur, *bonam fidem*, Ambros. & Hieron. Alij ita exponunt, vt velit Apostolus à seruis bonam fidē, id est, eā ad quam sunt instructi; factis & verbis commonstrari. Hęc enim operibus bonis in seruis, si elucet, dominos infideles, vel inuitos trahit in Christianismi admirationem, & amorem. Quo hæc fine facienda? Num propter aucupium fauoris herilis? Haud quaquam: sed ob Dei gloriā. Idcircò additur: *Doctrinā saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. Ornamētum enim doctoris est, discipuli vita; vt & ægroti sanitas, medici laus.* Igitur cū ex operibus fidei sanctimoniā ostendimus, haud dubiè glorificatur Pater cælestis, Matt. 5. Laudatur Christi doctrina: eadē, si secus facimus, maledicitur. Ornat autē doctrinam fidei, qui cōditioni suæ apta facit: cōfundit, qui non est subiectus in omnibus, cui conditio sua displicet, quiq; contradicens, & fraudās, in nullo bonam ostēdit fidem.

Ambros. Hieron.

Ornamentū magistri est discipuli vita. Matth. 5.

VERS. 9. & 10. Seruos dominis suis subditos esse; in omnibus placentes.

Cur Paulus tantopere sollicitus sit de seruorum moribus & vita.

ANNOTATIO I.

II. IN omnibus penè Epistolis solicitudinem ostendit, de moribus seruorum ad pietatis præscripta componendis. Cuius rei duplex potest ratio assignari. Prima est, quia, vt hîc aduertit D. Thom. præuidebat grassaturam hęresim, quæ iam tunc cœperat, affirmantem, omnes in Christo esse liberos, neque quenquam subesse debere alteri, præsertim, si ille Ethnicus esset. Secunda est, quia, vt D. Chrys. hoc loco annotauit, domini Gētiles ad Christum conuerti facilè possent, si seruos Christianos viderent morigeros & fideles in domestico obsequio. Cùm enim seruorum genus ferè improbum sit, intractabile, & ab ingenuitate alienū; non poterunt non mirari Ethnici homines, & ad Christi doctrinam affici, si per eam experti fuerint, etiam vilis conditionis homines fieri bonos. Illa etiam ratio reddi potest, quia cùm Paulus existimet, omne genus hominum ad se pertinere: Non solùm dominos instituit, sed etiam seruos, & hos maximè, quia cùm, vt diximus, fugaces sint & furaces, suis moribus impedimento esse possent, ne domini ad Christum conuerterentur: propterea hortatur illos, ne dominis contradicant, néve suffurentur fraudantes illos bonis suis, & debito obsequio. Hinc 1. Petr. 2. *Serui subditi estote in omni timore dominis non tātùm bonis, & modestis, sed etiam discolis*, hoc est, difficilibus, & Coloss. 3. *Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, &c.* Idem præcipit ad Ephes. 6. vnde colliges stultum esse dogma, quod asserit, eos, qui per Christum filij Dei facti sunt, non debere esse seruos hominum. Christus enim, vt annotauit D. Thom. hîc, non venit per fidem tollere ordinem iustitiæ; imò per fidem Christi ordo iustitiæ conseruatur; ordo autem iustitiæ postulat, vt qui belli, aut emptionis iure ad nos pertinent, debitam seruiant seruitutem

Hęresis olim eximentium seruos à potestate dominorum. D. Thom. Chrysost.

Apostoli seruos instruūt, & dominis subditos esse iubent. 1. Petr. 2. Coloss. 3. Ephes. 6. D. Thom.

Christus nō sustulit ordinem iustitię, quo serui dominis parēt.

tutem. Liberamur quidem per Christum à seruiendi obligatione, quoad animam, non tamen, quoad corpus, spectata præsentis temporis conditione. In futuro etiam à corruptione, & seruitute corporis, liberi eximus, 1. Cor. 15. *Cùm tradiderit regnum Deo & patri, &c.*

1. Cor. 15.

Chrysost. Quàm negle cta sit seruorũ disciplina à Dominis, qui illis vti vt iumentis tantùm volunt.

III. Queritur hîc D. Chrysost. quòd seruorum doctrinæ cura dominis nulla sit. Nihil enim ferè aliud curant hi, in quorum sunt potestate, quàm ministerium suum. Quòd si mores illorum aliquando cõponere studeant, & hoc sui gratia tantùm faciunt, ne sibi negotium præbeant, molestíque sint, si fornicationi, furto, aut ebrietati deseruiant. Cùm ergo sic negligantur ad ipsa nequitiæ præcipitia & prærupta deuoluuntur. Si enim vbi pater adest, & mater, & pædagogus, ipsáque libertatis opinio, difficilè quispiam malorum consortia deuitat. Quid arbitraris huiusmodi homines fore? nónne ad supremos scelerũ vertices, cùm eorum cura negligatur, euasuros. Idcirco difficile est, seruum fieri bonum. Accedit seruos nullum habere doctrinæ adminiculum; neque cum viris agere eruditione, & sapientia præstantibus. Cùm igitur Christus non solùm pro cæteris hominibus, sed etiam pro seruis mortuus sit, rectè Paulus, de illorum salute, ita solicitus est, vt passim eos de obedientia dominis debita, deque aliis officiis admoneat, sperans fore, vt eorum vita, & dominis salutem, & fidei Christianæ commendationem afferat. Nam cùm domini perspexerint genus adeò impudens & peruicax, veluti freno adhibito, ex religionis nostræ cultu, honestiùs euasisse, atque modestiùs; etiamsi valde stolidi fuerint & imprudentes, magna profectò concipient de fidei, ac religionis nostræ decretis. Constat enim illos, priusquam à se vitia ablegarent, timore quodam iudicij futuri, & rerum, quas in schola Christi audierunt, mentem imbuisse. Sunt hîc domini admonendi, ne turbam famulorum domum aduehant: pauci & electi ad honestæ familiæ decorem sufficiũt, vbi turba famulorum, ibi quosdam improbos esse ferè cõtingit: ad reliquos corrumpendos, vel vnus sufficit. Proinde, vt prudentis est suppellectilem, non ad ostentationem, sed ad vsum parare: ita multò magis non necessariam famulorum turbam excludere; qui nihil aliud sunt, quàm ventres pigri, cum Flacco cantillantes,

Pauci & electi serui quæ rendi sunt ad familiæ decorem, non turba. Flaccus.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Dion. Chrysost. Turba seruorũ non expedit, sed impedit negotia. Cato tribus seruis comitatus Hispaniam rexit. Seruis fidelitas præstanda cõmendatur.

Eleganter Dion. Chrysost. orat. 10. vermibus septem pedum similes esse dixit, qui magno vtuntur famulitio; vt enim quamplurimos pedes habentes tardissimi sunt inter reptilia, ita serui plures cùm domi sunt atque adeò plures manus, pedes, & ventres, nihilo faciliùs negotia gerunt; imò tardiùs & difficiliùs. Tribus seruis comitatus Cato Maior Hispaniam rexit. Scipio Æmilianus bis consul, & Carthagine Numantiáque deletis, toties triumphator, septẽ cum seruis sequẽtibus, officio legati functus est. Vide Valer. Max. de abstinẽtia.

IIII. Quare Paulus medicum præstantem imitatur, qui non solùm communium hominum morbos curare didicit, sed etiam desperatos. Vult, vt serui subditi sint, in omnibus placentes, non contradicentes. *Sed in omnibus fidem bonam ostendentes*, id est, fidelitatẽ præstantes. Loquitur enim Apostolus Hebræa phrasi. Domini nánque fidei seruorum multa cõmittunt, ac proinde fidelitatẽ ab eis exigunt. *Vt doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Sicut hominum munera bonis verbis, & elegantibus ornantur; ita fides Christi & religio, bonis

bonis ornantur operibus. Hæc autem ornamenta ingenti præmio Dominus remuneratur. Aduertit Theod. enarrans illa verba, *in omnibus placentes*, placere debere seruos in omnibus, quæ pertinent ad corporale dominorum ministerium. Neque enim si dominus iubeat impium esse, impietati seruus debet manus dare: quod significant ea quæ subiunguntur, nempe: *vt doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus*; soli enim Deo sine periculo erroris in omnibus iussis & interdictis seruitur. Vnde ad Colossenses. *Per omnia placentes Deo.* At dices, non expedire, vt quis hominibus placeat, iuxta illud Galat. 1. *Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Rectè tu quidem; si homini placeas propter ipsum; id enim vituperatione dignum est: non autem, si propter Deum ei placere studeas. Theodor. Colossi. 1. Gal. 1.

V. Verùm, quo fine, dicet quispiam, sunt hæc facienda? Non propter humanum fauorem, sed propter Dei gloriam: *Vt doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus*, Gloss. *ornamentum doctoris est honesta vita discipuli, sicut sanitas infirmi, est laus medici.* Doctor nánque curator est animarum. Gloss.

VERS. 10. In omnibus fidem bonam ostendentes, &c.

Gentilibus etiam dominis seruus debet subiici, & fidelitatem ostendere exemplo Ioseph.

ANNOTATIO II.

VI. DEbet seruus Gentilibus dominis subiici, & cum omni modestia, nisi contraria Deo præcipiant, obtemperare. Hunc enim non modò Deus coronis donabit, & præmiis; verùm ipse quoque dominus, etiamsi plumbeus fuerit aut immanis, laudabit & admirabitur, ac cæteris omnibus in honore præferet, ac præficiet, etiamsi ipse Ethnicus sit. Nullam enim Apostolus, 1. Tim. 6. exceptionem facit: *Quicunque* (inquit) *sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, &c.* Idem Ephes. 6. *Serui obedite dominis vestris, non tantùm bonis sed etiam dyscolis.* Refert Pierius Valer. lib. 36. fol. 419. Moris antiqui fuisse, vt in caput noui serui dominus eòspergeret, nuces, ficus, legumina, aliósque fructus, & varia numismata: quo intelligerent quicquid ad domini voluptatem & domesticam abundantiam attinet, ab illis sperari. Huc spectat illud Prouer. 27. *Qui seruat ficum, comedet fructus eius; & qui custos est domini sui, glorificabitur. In antiqua serui effigie*, vt refert Claudius Spenseus, digressione 8. in Epist. ad Titum, *pileum rubrum videre est in capite: elegans interula corpus tegit: auricula eminent asininæ, cruini pedes. Dextra verbla & in palmam explicata.* Hac pictura indicatur, decere seruum, cultum elegantem, modò ne sit nimius. Iulianus Augustus gloriosus philosophus, sed apostata, vt autor est Zonaras, Annalium 3. cùm ad eum Constantij tonsor pretiosiore cultu accessisset; *tonsorem se quæsiisse dixit, non senatorem:* hominémque dimisit. Rostrum suillum, quod etiam seruo Gilbertus Nozerenus, quem Spenseus citat, admonet, non decere famulum fastidiosum palatum. Nam D. Bernard. in opusculo de cura siue regimine rei familiaris; *Pascendam esse ait copiosè familiam, citra delicias tamen. Nam qui delicatè nutrit seruum à pueritia* (inquit Salomon Prou. 1. Tim. 6. Ephes. 6. Pierius Val. Serui, cur olim in caput nuces & alij fructus conijcerentur. Claud. Spens. Pictura boni serui in nummismate. Zonaras. Gilberrus. Rostrū suillum, seruum non deceret significat fastidium.

Prouerb. 29. Prou. 29.) *pòst eum sentiet contumacem.* Auriculæ asininæ innuunt famulum patienter auditurum siquid duriùs à domino dicatur. Ceruini pedes, celeritatem in mandatis. Dextra erecta, fidem in contrahendo, quocunque domini sui negotio. *Lacana cùm venderetur, interrogata quid sciret, fidelis*, inquit, *esse.* Rata fidem in famula quouis opificio melius. Vide Apophtegmata Erasmi & Plutarchum, qui addunt, eam quid sciret, præterea interrogatam, respondisse: *Probè regere domum.* Quæ laus est, & ars præclara, in ancilla. Tandem ne quid in serui frugalis picturam desideres; Pala, in sinistra ardentibus prunis plena; & situlæ duæ aquæ, humero sinistro, pertica librante, pendentes, vna à tergo, altera à fronte; industriam ac diligentiam significant, in multis negotiis simul peragendis. Habes fidelis serui picturam. Quia tamen picturæ longè præstat exemplum; vnum vel alterum subiiciam, quo intelligatur, gratum esse Deo, & hominibus obsequium, quod serui exhibent suis dominis, quales quàles illi tandem sint.

Fides in famulo opificio quouis melius.

Erasmus.

Frugalitas in seruo laudabilis.

Gen. 37. Ioseph in seruiendo fides & promeritum.

VII. Exemplum fidelis serui audiant ex cap. 37. & 39. Gen. qui dominos habent infideles. An non Ioseph ille castissimus, coquorum principi venditus, alterius erat fidei ac religionis, quàm dominus? Et quidem dominus discrimen religionis minimè cogitauit: ob virtutem amabat eum, rerum omnium potestatem illi permisit, & ipsam domus gubernationem tanquam secundo domino; quippe qui optimè nouerat quæ ad ditionem domini pertinebant. Eoque processit dominus, vt existimet D. Chrysost. ad finem hom. 4. ad Titum; illum propterea postmodum non irruisse in iugulum adolescentis, sed carcere fuisse contentum, quando credidit vxori concinnanti calumniam; quia honore interno, & reuerentia colebat priorem virtutem. Nam nisi eum ex prioribus ipsius operibus admirationi habuisset, ferro furori satisfeciisset.

Chrysost.

Prou. 6. Prou. 6. *Plenus enim zelo furor viri nulla redemptione inimicitiam soluet.* Quòd si cuiuscunque viri talis est zelus, longè magis illius, qui ab eo, quem honorauerat, iniuria se affectum credebat. Multo nánque vehementiùs nos angunt contumeliæ quas ab iis patimur, qui maiori nobis beneuolentia coniuncti videbantur, & muneribus acceptis magis astricti. Nunquid non cogitauit ille apud metipsum; seruum hunc emi; domui, & mihi ipsi præfeci: tales verò mihi ille restituit vices? Nihil horum penitus dixit; adeò ipsius animum prior reuerentia continebat.

VIII. Quid mirum, si domi tanto honore perfrui meruit? in ipso etiam carcere videsis quanta libertate fruatur. Solent ij, quibus carceris custodia permissa est, ad supremam atrocitatem se exercere, & quos alij miserantur afflictos; illi premunt exactione lucri: & ex carceri mancipatis eos duriùs tractant, qui ob virij turpitudinem infigniter notati sunt. Iam quis non excandesceret in iuuenem, qui cùm à domino fuisset honore affectus, in suspicionem venit adulterij? sed profectò his omnibus superior fuit spes in Deum; Adeò virtus animæ, feras quoque cogit mansuescere. Nam eadem modestia, qua dominum ceperat, in animum se præfecti carceris insinuauerat; iam & carceris & præfecti carceris dominus erat. Vnde Chrysost. diuinæ prouidentiæ hoc attribuens: *Quia*, inquit, *ad regiam dignitatem prouehendus erat, meritò prius didicit subijci, quo tum in gradu, domus, carcerisque præfectus est.*

Ioseph patriarcha liber erat in carcere.

Chrysost. Præfuit Iosephus carceri tanquam domi nullioccurrés omnium miseriis.

IX. Quomodo autem se gesserit, explicat idem Chrysost. Præfuit, inquit,

quit, domui, præfuit carceri; non tanquam carceri, sed veluti domui: Omnium quippe miserias ipse leuabat, & eorum, qui intus clausi tenebantur, non secus curam habebat, quàm si membra sua essent: nec non ipsorum calamitates curiosiùs perquirebat, & consolabatur. Vidit Eunuchos, Gen. 40. à Pharaone inclusos, pincernarum principem, atque pistorum, & ait: *Cur tristes sunt hodie vultus vestri?* Neque illi, vtpote regij ministri, repulerunt dolenter interrogantem; verùm tanquam fratri charissimo, qui condolere nouisset, omnia aperuerunt. Placet hîc cùm Lyrano adducere S. Paulini exemplum: qui sic Vandalo Regi infideli seruiendo, vt Paulus hîc præscribit, hoc est, fidem suam bonis operibus ornando, sui suorúmque omnium ciuium à seruitute liberationem à Domino suo emeruit. Vt enim scribunt Sabellicus in exemplis, lib. 3. cap. 8. & lib. 8. cap. 2. Fulgosus, lib. 2. cap. 5. Marcellus, lib. 1. cap. 2. & alij, Regij horti cultor effectus, munus id tam eximiè obiuit, vt meritò, cùm omnibus esset charus, tum obspectabilem vultum manſuetósque mores, & ingentem virtutem, prophetiæ gratia, quà regni mutationem prædixit, dignus habitus sit: tantùm denique valuit apud nouum regem, vt qui pro vnius viduæ filij liberatione, seipsum, venditis omnibus bonis, in seruitutem dederat, libertatem sibi & aliis impetrarit: Ea Africa Nolam, cuius Episcopus erat, cum suis ciuibus, non sine magna frumenti copia, postliminio triumphanti similis reuersus. Eu quàm fides bonis moribus declarata, promeriti habet. Subijciam tandem verba, quibus concludit exhortationem suam ad seruos D. Chrysost. *Hæc idcirco* (inquit) *dixerim, vt ostenderem, quòd siue in seruitute, siue in captiuitate, siue in carcere, siue sub terram ipsam fuerit virtutis studiosus, nihil omnino ipsum superare, nihil deijcere poterit.* Nouerint igitur serui, quòd etiamsi bestias habuerint dominos, sicuti Ægyptium Ioseph: siue crudeles, sicut ipse custodem carceris; eos facilè capere poterunt: Etiamsi illi Gentiles fuerint, quemadmodum & isti. Nihil quippe virtute suauius; nihil probis actibus dulcius, nihil iucundius manſuetudine, atque obedientia. Non verentur, qui tales sunt, seruitutis iniurias, non paupertem fugiunt, non infirmum, atque imbecillem. Quòd si in conditione seruili ea res tantum virium habet, quantò magis in hominibus liberis?

Lyranus.

D. Paulini seruitus. Sabellicus. Fulgosus. Marcellus.

Restitutio D. Paulini in patriam, post seruitutem. Chrysost.

CAPVT SECVNDVM.

SECTIO V.

VERS. 11. Apparuit enim gratia Dei, & Saluatoris noſtri omnibus
12. hominibus; erudiens nos, vt abnegantes impietatem; & ſecularia deſideria; ſobriè & iuſtè & piè viuamus in
13. hoc ſeculo; Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Græcè; Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Ambroſ. Hieron. Fides apud Iudæos quaſi occulta erat in mũdi angulo: aduẽtu Chriſti apparuit, &c. Eraſmus. Hieron. Ambroſ.

I. XPENDENDÆ ſunt aliquæ voces. Primò, *Apparuit enim*, Græcè eſt ἐπεφάνη, quod Ambroſ. & Hieron. vertunt, *illuxit*. Apparuit ergo iuxta vim verbi Græci, quod ſit conſpicuum & illuſtre. Nam antè videbatur apud Iudæos in anguſto occultari; & his etiam, legalium operum fiducia obſcura erat; nunc vſque ad feruoris genus illuſtrata eſt. Neque tamen eo tẽpore Euãgelij lux & gratia omnibus nota erat hominibus, ſed nullũ excludebat genus hominum. Secundò, *Dei & ſaluatoris*, Græca habent τοῦ θεοῦ ἡ σωτῆρος, hoc eſt, *gratia Dei ſaluatorĩ*, vel *ſalutifera*, vt transfert Eraſmus, etiamſi Hieron. & Ambroſ. aliter legunt; In antiquiſſimo codice Chryſoſtomi affirmat Eraſmus ſe legiſſe σωτῆρος, ad quam lectionem ſpectare credit interpretandi modus eiuſdem Chryſoſt. ſi attentè conſideretur. Certè Theophyl. legit, τοῦ σωτῆρος; Næ, coniunctio, & non additur in noſtra Latina editione à Sixto V. emendata, nec in aliis ex antiquis emendatioribus. Articulus ἡ Emphaſim habet; ſignificat nánque nullam eſſe ſalutem niſi per Dei gratiam. Quod autem ait, *Saluatoris*, poteſt tam de Patre quàm de Filio accipi. Tertiò, *erudiens nos*; Græcè, παιδεύουσα, vocabulum à pueris derivatum, ſiue quòd gratia nos per ignorantiam lapſos maternè corripiat; ſiue quòd, vt rudes clementer doceat. Quartò, *Abnegantes*, Græcè eſt, ἀρνησάμενοι, participium ſcilicet præteriti temporis; poterat verti, *abnegatis ſecularibus deſideriis*, vt legit D. Ambroſ. ſic enim ait: *Vt abnegata impietate & ſecularibus deſideriis*, &c. Quid ſit *abnegare*, quoniam ea vox emphaſim continet, explicat Anſelm. hoc modo: *Qui impius antea fuit, qui ſuperbus, luxurioſus, auarus, qui aliena rapuit; ſi conuerſus ad Chriſtum, factus eſt pius, humilis, vitam ad continentiam mutauerit, ambire deſierit, & propria largiri didicerit, qui iuſtitiam ſitiẽt & eſurit & gaudia patriæ cœleſtis appetit, is impietatem & illecebroſa præſentis ſeculi deſideria, quæ ſectabatur, abnegauit.*

Ambroſ.

Anſelm.

Matth. 5.

Hæc

Hæc Anſelm. ex Greg. hom. 32. ſuper Euangelia. Quomodo autem ſe quis abneget, oſtendit, D. Hieron. ad finem capitis 1. huius epiſtolæ: *Pudicus*, inquit, *fornicatorem, quod prius fuerat, negat; ſapiens, imprudentem: iuſtus, iniuſtum: fortis, infirmum, & vt commune de omnibus loquar, toties negamus nos, quoties priora vitia calcantes, deſinimus eſſe, quod fuimus; incipimus eſſe, quod antè non fuimus, &c.* Videtur mihi Hieron. docte & vtiliter explicaſſe illud Chriſti, Matth. 15. & Luc. 9. *Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.* Quod etiam præſtitit Ambroſ. de pœnitentia lib. 2. cap. 10. *Videndum*, inquit, *ita, vt huic mortali moriamur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget, & totus mutetur, ſicut quendam adoleſcentem fabula ferunt, poſt amores meretricios peregrè profectum, aboluto amore, regreſſum, veteres occurriſſe dilectæ, quæ ſe non interpellatam mirata, & ſe non cognitam rata: rurſus occurrens, dixerit, Ego ſum, reſpondent ille, Sed ego non ſum; ſemetipſum relinquit* (inquit Ambroſ.) *& abnegat.* Legendus etiam eſt Gregor. Moral. 33. cap. 6. *Relinquamus*, inquit, *noſmetipſos, quales peccando fecimus; maneamus noſmetipſi, quales per gratiam facti ſumus*; & infrà: *Tunc nos relinquimus, & abnegamus, cum vitamus, quod per vetuſtatem fuimus, & ad hoc nitimur, quo per nouitatem vocamur.* Penſemus quomodo noſter hîc ſe abnegauerat; *viuo*, ait, *tam non ego*, Galat. 2. Extinctus quippe ſæuus ille perſecutor, viuere cœperat pius prædicator. Si enim ipſe eſſet; pius profectò non eſſet: ſed, qui ſe viuere denegat, dicat vnde eſt. *Viuit verò*, ait, *in me Chriſtus*: ac ſi aperte dicat: Equidem à memetipſo extinctus ſum, quia carnaliter nõ viuo; non tamen eſſentialiter mortuus, quia ſpiritaliter in Chriſto viuo. *Ergo niſi quis à ſemetipſo deficiat ad eum, qui ſuper ipſum eſt, non appropinquat; nec valet apprehendere, quod vltra ipſum eſt, ſi neſcierit maclare quod eſt. Sic olerum plantæ tranſponuntur, vt proficiant, eradicantur, & ſemina in terræ admiſtione deficiunt, vt in reparatione ſui generis vberiùs aſſurgant, & vndè videntur perdidiſſe quod erant; inde incipiunt apparere, quod non erant.* Hæc Greg. de ſuis, & vitiorum, quæ deſideria ſecularia vocat Apoſtolus, abnegatione, quæ altera pars eſt vitæ honeſtæ; munítque viam virtutibus, animo miſerandis.

Greg. PP. Hieron. Abnegatio ſui qualis eſſe debeat.

Matth. 15. Luc. 9. Ambroſ.

Exemplũ iuuenis à loxu reuocati ſeq; abnegantis. Greg. PP. Galat. 2.

Abnegauit Paulus ſeipſum perſecutorem, & factus eſt prædicator.

Similitudo à plantis.

Huc pertinet catechumenorum, & puerorum cùm baptizantur, ex ritu Eccleſiæ, adhibita ſatanæ & pomparum eius abrenuntiatio. Quod Græcè eſt, *κοσμικὰς ἐπιθυμίας*, hoc eſt, *mundanas deſideria*. Noſter tamen interpres, *ſecularia*, vertit, cùm non pendeat ab eo quod ſequitur, *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι*, id eſt, *in hoc ſeculo*. Latinis quidem ſeculare dicitur, quod inſtauratur centeſimo quoque anno, vt ludi ſeculares; votat ergo ſecularia deſideria, ea, quæ homines profanis rebus, quibus mundus ſtudet, corrupto more ſequuntur. Quintò, *Sobriè*, Græcè, *σωφρόνως*, quod Hieron. ſuo more, hîc vertit, *pudicè*; aptiùs tranſtulit Latinus interpres, *ſobriè*.

Abrenunciatio in baptiſmo qualis.

Hieron.

11. Sextò, *Et aduentum*, Græcè *ἐπιφάνειαν*, hoc eſt, *apparitionem*, ſiue *illuſtrationem*. Eadem vox, & *aduentum* ſignificat, ſed cum quadam luce & coruſcatione imitante ſolis orientis ſplendorem. Septimò, *Magni Dei, & Saluatoris*, Græcè, *μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος*; Quod ita legi poteſt, vt vtrunque pertineat ad Chriſtum, ſicque ipſe appellatus, magnus Deus ſimul & ſeruator. Vel, vt prius, hoc eſt, Dei nomen pertineat ad Patrem, poſterius ad Chriſtum. Chryſ. Theophyl. & D. Hieron. vtrunque Chriſto tribuunt. Hinc contra Arianos ſumi ſolet argumentum; quo, niſi pertinaciſſimi ſint, fateri cogantur Chriſtum, & Dei Filium eſſe, & magnum Deum. Miror, Eraſmum in commentariis, quos

Chryſoſt. Theophyl. Hieron.

edidit in hanc epistolam, cùm Catholicum se profiteatur, pro Arianis pugnare, & eorum velle tueri deliramenta; ita enim loquitur, vt quanuis cum Ario videatur nolle facere; ei tamen faueat: fugillat Chrysostomum, Theophyl. Hieron. & Græcum scholiastem, illos quòd *Christum* vocent, *magnum Deum*: hunc, quòd *Spiritum sanctum, magnum Deum* interpretetur. Vtinam pietatem secutus & Patrum interpretationes essent aliter profectò sentiret, & sacra dogmata importunis grammaticationibus non laceraret.

Erasmi censura erroris notatur.

VERS. 11. Apparuit enim gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus, &c.

Explicatur connexio horum verborum cum præcedentibus.

ANNOTATIO I.

Chrysost.

III. PArticula, *enim*, cùm sit causalis, variè solet explicari. In primis D. Chrysost. hom. 5. enarrans hæc verba, assignari causam arbitratur, cur serui tales esse debeant, quales descripti fuerant. *Quia*, inquit, *nacti sunt magistrum, & doctorem Deum, decet, vt quæ illius iubet doctrina, faciant. Rursum, quia per Christum à seruitute peccati liberati sunt, indecens valde esset, ne dicam turpe, ipsos pristinis sectarum sordibus inuolui, & non ea sectari quæ meliora sunt. Nam si quis seruum natum, qui in multis offenderit, illum non flagris ceciderit, verùm peccatis condonatis, futura à vitare monuerit, magnis quoque insuper decorauerit muneribus, & beneficiis auxerit: quænam obsecro tam perfida, & ingrata mens excogitari potest, quæ ad meliora sectanda, huiusmodi gratia non prouocetur.*

Christus nos liberauit à seruitute peccati.

Hieronym.

IV. Deinde D. Hieron. particulam *enim* ad remotiores fontes altiùs trahit, nempè ad omnia præcedentia; sic enim ait: Post catalogum doctrinæ ad Titum, quid senes, quid anus, quid adolescentulas, & iuuenes, quid ad extremum, seruos erudire deberet, rectè intulit, *Apparuit enim, &c.* Vbi vides coniunctionem causalem, quæ à D. Chrysost. ad seruos dumtaxat relata fuit, ad alios etiam, quorum mentio facta est, referri. Sensus ergo est, iuxta D. Hieron. interpretationem; sciant omnes cuiuscunque sexus, & ætatis, cum quibus seruos numero, Christum, Dei & Virginis beatæ filium, in mundum venisse, vt hæc doceret; ac proinde vnusquisque præstare conetur, quod se deceat.

Christum in mundum venisse doctrina est omnibus tradenda. Adamus.

V. Tertia interpretatio est Adami, & aliorum, existimantium occurri hic à Paulo obiectioni tacitæ, quasi dicat: Non est mirum, quòd seruorum meminerim, quos Ethnici aspernantur, & cum brutis animantibus cèsent. Nam Dei Filius, non solùm liberis, sed etiã seruis salutẽ attulit; *Apparuit enim gratia, &c.* apparuit, inquã, omnibus hominibus, id est, cuiuscunque conditionis hominibus, tam seruis quàm liberis. Rursus cuiuscunque sexus, ac nationis, Græcis & barbaris, &c. Quam, dicet aliquis, salutem attulit? Quam exprimunt verba sequentia, *Vt abnegantes impietatem, &c.* Ecce virtutis totius argumentum. Auersari idola; dogmata à sana fide aliena detestari; furtum & adulteria execrari: Deinde, quod difficilius est, secularibus desideriis vale dicere. Etenim in nulla re rumusculos mundi gloriolæ aucupari, in cibis & cultu corporis desiderium necessitate sola terminare; hoc opus, hic labor est. Inuenitur plerunque, qui negare incipit, sed pauciſſimi abnegant; quod verbum vrget D. Chrysost. Hæc de connexione huius sententiæ dicta sint.

Fides prædicanda est, vt homines auertantur idola, &c.

Chrysost.

VERS. 12.

VERS. 12. Erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, &c.

Impietatem, & secularia desideria, gratia Dei præeunte, facile est abnegare.

ANNOTATIO II.

VI. AD abnegationem impietatis, & secularium desideriorum renuntiationem, magni (vt par est) faciendam, nos hortatur locus ille 3. Reg. 17. vbi Deus, Eliæ negotiis implicato; modum vitæ tranquillæ & religiosæ, quem hodie multi conantur imitari, diuinitus præscripsit; sic enim illum alloquitur: *Recede hinc, & vade contra Orientem, & absconde in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes: coruisque præcepi, vt pascant te ibi, &c.* Ex his verbis colligit Ioannes XLIV. Episcopus Hierosolymorum, in lib. de institutione Monachorum tom. 9. bibl. Pat. institutionem monasticam, Eliæ, tanquam monachorum principi fuisse ab Spiritu sancto inspiratam in diebus Achab Regis Israël, à cuius regni initio vsque ad Christi aduentum decades annorum circiter nonaginta quatuor fluxerint. Explicat deinde sigillatim, quatuor particulas quæ continent quicquid oportet facere qui seculo renuntiat. Prima est, *Recede hinc*, scilicet, de terra tua, & de cognatione tua; & sicut dixit Deus Abrahæ, Gen. 12. Secunda, *vade contra Orientem*, scilicet contra originalē tuæ carnis concupiscentiam, scire nanq; debes quòd *in die ortus tui non est à peccato præcisus vmbilicus tuus*, iuxta Ezech. 16. quotiam in peccato natus es totus. Tertia, *& absconde in torrente Carith.* Nolo enim te vlteriùs morari inter turbas in vrbe, *quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate: die ac nocte circundat eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia, & non defecit de plateis eius vsura & dolus*, Psal. 54. Quarta, *Qui* (scilicet torrens) *est contra Iordanem. Iordanis* inter alia significata, *descensio eorum*; interpretatur: per quem hoc loco non absurdè peccatum innuitur. Quid enim facit tam descendere homines à dignitate imaginis Dei, in turpitudinē, quàm peccatum? Vnde Prouerb. 24. *Miseros facit populos peccatum.* Additur, *& ibi torrente bibes*, vt abstineas à vino. *Luxuriosa enim res est vinum, & tumultuosa ebrietas* (inquit Salomon, Prou. 20.) *De torrente* autem *Carith* bibendum; id est, de fluuio perfectæ charitatis, pulsis procul negotiis. Enimuero, vt Apostolus scribit, 2. Tim. 1. *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.* Quid illud? *Coruisque præcepi, vt te pascant ibi*; intelligit D. Ioannes Episcopus loco citato, per *coruos*, patriarchas, & viros sanctos, qui per humilitatis suæ & infirmitatis notitiam, exemplo nos pascunt; peccatorum in se nigredinem confitētes. Corui pullis suis cibos non ministrant, quandiu in eis nigredinem non inspiciunt: sic Sancti exemplo non iuuant, donec in nobis agnoscant agnitionis propriæ, qua illi præfulserunt, nigredinem.

Institutio monastica à Deo inspirata.

Abnegatapie tate procul à negotiis viuendum est cum Elia.

Ioannes Episcopus, Bib. Patr. tom. 9. Institutio vitæ monasticæ ab Elia deducta vsque ad Christum.

Quid facere debeat religiosus.

Psal. 54.

Prou. 24.

Prou. 20.

2. Tim. 1. Prouidentia Dei circa religiosos.

Paruit Elias Deo. Vnde subiungitur, 3 Regum 17. *Abiit ergò Elias, & fecit iuxta verbum Domini: cumq; abiisset sedit in torrente Carith, &c. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes manè & vespere.* Et Elias (inquit Ioannes Hierosolom.) vt in spiritu perfectè Deo viueret, *crucifixit carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis*, Galat. 5. altiori quodam modo antecessoribus suis. Quoniam enim, vt per puritatem castitatis æquaretur Angelis, se ipsum virginitate perpetua primus

3. Reg. 17.

Gal. 5.

hominum sponte decorauit. Qui semetipsum prorsus abnegans & voluntati
Elias primus castitatem amplexus. propriæ abrenuntians, semper superioris, id est, Dei voluntatem secutus est, quemadmodum de eo scriptum est: *Et abijt, quocunque eum ferebat voluntas*, id est, Dei. Sequitur: *& fecit iuxta verbum Domini*, quia scilicet de terra, & cognatione sua, in solitudinem recessit; Deo pro ipso, aliquid melius tunc prouidente; vt scilicet à morte eriperetur, & ad monasticæ vitæ perfectionem traheretur. Hæc ille.

Multi ad Eliam accurrunt, vt religiosum instituum. Ad eliam latentem iussu Dei concurrerunt multi, videntes illius iussu non pluere: nec Baalis ministros à suo Deo quicquam posse impetrare, donec Elias Deum flecteret suis precibus, vt Achabo Regi, & Reginæ Baalam pluuiam posceretibus, prædixerat. Ex his discipulos elegit, de quibus Ecclesiast. 48. Eliam laudans: *Beati sunt*, inquit, *qui te audierunt, & in amicitia tua decorati sunt.* Hi quidem, sunt illi prophetæ Domini, quos liber Regum meminit centum fuisse à nece per Abdiam præseruatos, cùm regina Iezabel cæteros eorum interficeret. Dicuntur autem prophetæ, non quòd futura prænoscerent, vt Elias; sed quia hymnos Deo deuotè psallebant. Vnde verè dicere potuit, 3. Reg. 18. cùm in monte Carmeli esset, *Ego prophetæ Domini solus remansi.* En tibi assignamus initia cœtus hominum impietatem abnegantium in lege veteri. Quid in noua? Næ, longè maior est seculariubus desideriis renuntiantium numerus; quibus aduentu Christi vberior præstò est gratia?

Eccl. 48.

3. Reg. 18.

VII. Iugum difficile, & onus graue, videtur plerisque lex Christi. Cæterùm iugum ab ipso Domino suaue dicitur, & onus leue, Matth. 11. quod omnino sentiendum est. Fateor Apostolum 2. Tim. 3. dicere; *Omnes, qui piè volunt viuere, & in Christo, persecutionē patientur.* Audio eundem 2. Cor. 6. *sub iugo Christi dicentem; In omnibus commendantes nosmetipsos, tanquam Dei ministros; in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in plagis*, &c. & 2. Cor. 11. *à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cæsus sum; semel lapidatus sum; ter naufragium feci; nocte & die in profundo maris fui; & cætera, quæ numerari quidem pericula possunt, tolerari verò, nisi Spiritu sanctio iuuante non possunt.*

Matth. 11.

1. Tim. 3.

2. Cor. 6.

2. Cor. 11.

Iugū Christi leue & suaue redditur amore.

Hæc cum ita sint, iugum tamen legis Christi, & onus leue est, & suaue; non natura: (hæc enim, vel ipsum iugi & oneris nomen horret) sed gratia Dei, *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, quæ abnegata impietate, & secularibus desideriis, affluentia delectarum Dei, & spe beatitudinis futuræ, omnia quæ in præsens sunt aspera, delinit, & grauia releuat*: quod significat particula, *Erudiens nos*: Græcè est, παιδεύουσα, vox à pueris ducta, quam nos institutionem dicimus rudium, vt docti euadant, autore Gell. lib. 13. c. 15.

Gellius.

VIII. Reddit & iugum suaue, & onus diuinæ legis leue charitas, & amor speratæ beatitudinis; vt enim ait D. Augustinus tom. 10. serm. 9. de verbis Domini, *Omnia sana & immania, prorsus facilia & propè nulla efficit amor.* Iam qui considerat, quanti homines emant aliquod bonum temporalium quod sperant, facilè perspicit, leue esse quod patimur pro vita æterna, Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Quid Regius vates? Psal. 15. *Propter verba*, inquit, *labiorum tuorum, ego custodiui vias duras: Sed, quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt, amantibus*, inquit Aug. Qui expedit, quot & quanta homines patiantur detrimenta, vt optato aliquo bono tandem potiantur; huiusmodi enim sunt, vt nobis pudori sit sub iugo

Auguſt.

Rom. 8.

Pſal. 15.

Auguſt.

Chriſti

Christi velle ingemiscere. [*Secari*, inquit, & vri se homines patiũtur, vt dolores non æterni, sed aliquantò diuturnioris vlceris, acriorum dolorum, pretio redimantur. Immanissimis bellis miles atteritur: pluribus fortasse annis in laboribus inquietus, quàm in otio quieturus. Quibus tempestatibus, & procellis agitantur mercatores, vt diuitias perituras acquirant, maioribus, quàm quibus acquisitæ sunt, laboribus & periculis plenas? Quos æstus, quæ frigora, quæ pericula ab equis, à fossis, à præcipitiis, à fluminibus, à feris perferunt venatores? quem laborem esuriendi, & sitiendi? Quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, vt bestiam capiant? & interdum, nec ipsius bestiæ carnes habent propter quam hæc tanta sustinent, epulis necessarias. Quanquam, etsi aper, seruúsve capiatur, magis suaue sit venantis animo, quia captus est quàm comedentis palato, quia coctus est. Quantis cruciatibus propè quotidianarum plagarum tenera puerorũ ætas subditur? Quantis etiam in scholis vigiliarum, & abstinentiæ molestiis exercentur, non propter discendam sapientiam, sed propter opus, honoréque vanitatis, vt numeros & literas, & disertas fallacias eloqui discant? Sed in his omnibus, qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur; Qui verò amant, eadem quidem, sed non grauia pati videntur.] Hæc Aug. vnde concluditur, Gratia Dei præcunte, & amore potiundi æternâ felicitatem, facilè abnegari posse cum impietate, secularia, siue mundana desideria.

Cruciantur homines pro rebus caducis, magis quàm pro mandatorũ Dei obseruatione.

Occupationes seculi laboriosæ.

Venatorum labores.

Discẽdi studium.

VERS. 12. Vt abnegãtes impietatẽ, & secularia desideria: sobriè, &c.

Præstat seruum esse abnegata impietate, & flagitijs, quàm nobilem malè moratum.

ANNOTATIO III.

IX. APparens gratia Dei omnibus hominibus, hoc præter alia efficit, vt serui, qui fidei Christianæ, mores pudicos, & vitæ honestæ integritatem adiungunt; pluris fiant à prudentibus rerum æstimatoribus, quàm nobiles, qui depurati sunt, & flagitiis inquinati. Et quidem Apostolus, dum ait: *Apparuit enim gratia Dei & saluatoris nostri omnibus hominibus*, argumentatur à fine redemptionis; quæ excitat in nobis studium sobriè & iustè & piè viuendi. Quod studium, qui secuti fuerint, in sanctitate & iustitia seruient Deo, fructumque redemptionis, quanuis plebei sint, aut etiam hominum mancipia, haud dubiè assequentur, nobilibus imò, & principibus ipsis, si impiè & profligatè vixerint, pessum habitis. Tractat hunc locum Greg. Naz. in orat. quæ inscribitur, *In nobilem malè moratum*. Inter alia commendat, ceu apophthegma, dictum cuiusdam hominis, non admodum splendido genere nati, virtute tamen conspicui; qui cùm adiret insolentiùs se gloriantem alium, qui probis erat quidem ortus parentibus, sed vitiorum sordibus infamis, suauiter arridens, inquit: *Mihi probro genus meum est, tu autem generi tuo.* Quod dictum admonet nos, ne quid vnquam virtuti anteponamus. Etenim, siquis tibi oris deformitatem, aut odoris fœditatem obiiciat; nihilne aliud respondebis, quàm quòd pater tuus formæ pulchritudine excelluit, & solitus sit suauissimè olere? siquis te cauillis incesseret, vt ignauum & timidum; nihilne aliud dicturus esses, quàm quòd maiores tui sæpe numero in Olympia vicissent? Proinde, siquis te impro

Greg Naz.

Præstat humiles habere parentes, si in nobis virtus sit, quàm nobiles, si malè morati simus.

improbitatis aut amentiæ conuincat, ne mihi parentes tuos, ne cadauera proferas. Accidit non rarò, vt quis pulchram, auróque vndique tectam, eitharam habens, pessimè fides pulset: alius contrà, à vili & communi, egregios fundat modulos; vtrum porrò horum meliorem citharœdum esse censes? Nónne eum qui erudito pulsu concentum seruat? Ergo aureis tu quidem parentibus natus fis; si tamen ipse improbus es, quid nobilitatis titulo gloriaris? Hoccine adeò clarum & illustre genus existimas, nimirum proauos mortuos, & fabulosa atque anilia figmenta ludis ne? Ipse equidem te vnum intueor, & expendo num iustus sis an iniustus.

A virtute laus potius quàm à nobilitate petenda.

Auguſt.

X. Commendat D. Auguſt. in lib. de verbis Apoſtoli ſerm. 19. virtutem omni nobilitate antiquiorem, cuiuſdam pauperculi, & ferè ignoti hominis, fide tamè & charitate Chriſti imbuti, qui ne iuſtitiæ deeſſet etiã, quæ iuſtè potuit accipere, neglexit. Is Mediolani agens tam pauper, vt proſcholos eſſet Grammatici: [*Inuenit*, inquit Auguſt. facculum, cum ſolidis fermè ducentis, memor legis propoſuit pitacium publicè. Ille, qui plangens circumquáq; vagabatur, inuẽto & lecto pitacio, venit ad hominem; & ne fortè quæreret alienum, quæſiuit ſigna, interrogauit ſacculi qualitatem, ſigillum ſolidorũ etiam, & numerum; & cùm omnia illi fideliter reſpondiſſet, reddidit, quòd inuenerat. Ille autem gaudio plenus, volens vicem rependere, tanquam decimas obtulit ſolidos viginti, qui noluit accipere: Obtulit vel decem; noluit accipere. Saltem rogauit, vel quinque accipere: noluit ille; ſtomachabundus homo, proiecit ſacculum. Nihil perdidi, ait, ſi non vis aliquid à me accipere; Nec ego aliquid perdidi. Quale certamen fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus? Theatrum mundus, ſpectator Deus. Victus tandem ille, quod offerebatur, accepit, & continuò totum pauperibus erogauit; vnum ſolidum in domum ſuam non dimiſit.] Hæc ille.

Mirũ exemplum fidei ſeruatę in homine pauperę qui reiecit pecuniã. Auguſt.

Pecuniæ cõtemptus in ſeruos.

XI. Audiuimus exemplum ſeruatæ iuſtitiæ, & charitatis, quo admonemur imitari eos qui piè volunt viuere in Chriſto, & ſecularibus ſiue mundanis renuntiare deſideriis. Non enim ſatis eſt benefacere, ſed auertere etiam animum ab omni iniuſtitia; ſunt enim quidam, qui boni eſſe videntur, ſed oblata occaſione furti, aut adulterij, fures ſunt & adulteri. Hi ſimiles ſunt latroni, qui, vbi non poteſt, non facit furtum; & tamen latro eſt. *Deus enim cor interrogat, non manum*: Rectè indicat Auguſt. loco indicato hac ſimilitudine: *Lupus venit ad ouile ouium, quærit intrãdere, quærit iugulare, quærit deuorare: vigilant paſtores, latrant canes, nihil poterit; non auſert; non occidit; ſed tamen lupus venit, lupus redit. Nunquid, quia ouem non tulit, lupus venit, & ouis redit? lupus venit fremens, lupus redit tremens.* Hæc ille. Ad hoc ergo apparuit gratia Dei & ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, vt eruditet nos renuntiare non ſolùm iniquis operibus, ſed etiam deſideriis, vnde mala opera proficiſcuntur; ſic piè, ſic ſobriè, ſic iuſtè viuemus in hoc ſeculo; ſiue nobiles erimus, ſiue liberi, ſiue ſerui ſimus.

Deus cur interrogat, nõ manum. Auguſt. Aliqui non peccant, quia non habent occaſionem.

Naz. Lutum idem omnes ſumus; puluis, &c. Tyrãnis nos, non natura diuiſit.

XII. Nam, vt Naz. ait, loco indicato, quod ad generis origem attinet, [*Lutum* idem omnes ſumus, iiſdem omnes pellibus contecti: Puluis vnus omnes ſumus: ab eodem fictore genus ducimus. In duas partes, non natura, ſed tyrannis homines ſecuit, ac diſtinxit. Mihi ſeruus eſt, quiſquis turpiter ac flagitioſè viuit: mihi liber eſt, quiſquis virtute ac integritate præſtat. Quòd ſi

tu

tu fastu laboras, quid hoc ad genus? Nónne aquilæ pullos, quos in lucem ediderunt, abiiciunt? Quid est igitur quòd te ipso relicto, Patres tantùm commemoras? Præstat in obscuritate generis, virtute, quàm in maiorum claritate, vitiis comulari. Nam & rosa, licèt ex aspera planta nascatur, fragrantissimum tamen odorem afflat. Tu contrà, si è molli terra nihil aliud, quàm spina existas, ignem vtique promereris.] Hæc ferè Nazian. sed quomodo ais viuendum est, abnegatis desideriis?

VERS. 12. Sobriè, & piè, & iustè viuamus in hoc sæculo; expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris, &c.

Quam vtilitatem Christi aduentus consideratio nobis afferat, vt sobriè piè & iustè viuamus.

ANNOTATIO IV.

XIII. COmplectitur Apostolus in tribus verbis summam Christianæ iustitiæ. Sobrietas enim respicit habentem; iustitia, proximum; pietas, Deum. Sobrietas quidem in moderatione cibi, potus, vestitus, & domestici cultus posita est; corporeis voluptatibus, freno rationis & prudentiæ cohibitis: Iustitia, ad proximum refertur; cui iubet, quod suum est, tribuere, & malum pro malo non reddere, sed in bono, malum vincere. Pietas, erga Deum est, eumque vt parentem colit, fidem illius dictis habet; fide, spe & charitate religiosum ei cultum & reuerentiam præstat. Exístimat Bernard. serm. 4. in natali Domini ad finem, tribus virtutibus prædictis conseruari in nobis diuinorum mysteriorum iugem recordationem, sic enim ait, *Vt ergo inueniatur in nobis semper Maria & Ioseph, & infans positus in præsepio, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc sæculo. Propter hoc enim apparuit gratia Dei erudiens nos, & per hoc quoque illius gloria apparebit. Sic enim habes: Apparuit gratia Dei omnibus hominibus erudiens nos. Apparuit in paruulo gratia ad eruditionem. Sed hic erit magnus, sicut dicit Gabriel locutus est, & quos paruulus erudierit ad humilitatem cordis, & manifestudinem, magnificabit postmodum & glorificabit Magnus & gloriosus, aduenientes*: Hæc ille. Idem in sermonibus prauis, serm. 11. explicat quantam vtilitatem nobis præstiterit aduentus Filij Dei. [*Filius*, inquit, Dei, apparuit, vt nos adiuuaret, & erudiret: quod potest; quia est virtus Patris & sapientia. Eruditi sanè faciens abnegare impietatem & sæcularia desideria, vt sobriè & iustè & piè viuamus. Impietas erat incredulitas, quia Deum, nec credebamus, nec colebamus. Deum enim sicuti pium est colere, sic impium est abnegare; sæcularia desideria sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ trahunt, & inclinant ad amorem sæculi. Istis negatis viuit homo sobriè: & post pauca: viuit homo sobriè quantùm ad se ipsum; iustè, quantùm ad proximum, cui exhibet, quod iustum est. Iustitia est in duobus; in innocentia, & in beneficentia. Innocentia, iustitiam inchoat; beneficentia, consummat. Piè, quantum ad Deum. Pietas est in duobus, vt de nobis non præsumamus, sed in Deo perfectè confidamus, vt per eum omnia mundi impedi-

Sūma Christianæ iustitiæ in tribus Pauli verbis.

Bernard.

Vt cū Christo inueniamur in præsepio, sobriè, piè, & iustè viuendum.

Apparuit in paruulo gratia ad eruditionem. Bernard.

Quid sobriè, iustè, & piè viuere.

Pietas Dei erga nos.

Christus instar pij medici prius bibit amaram potionem. Bernard.

menta vincamus. Ipse tanquam pius & laudabilis medicus prius bibit potionem, quam parabat suis, id est, passionem & mortem sustinuit, & sic inanitatem immortalitatis accepit, & impassibilitatis, docens suos, vt confidenter biberent potionem, quæ generat sanitatem & vitam, &c.

Duplex scala.

XIV. Duas scalas excogitauit D. Bernard. in Declamatione, super illud Euangelij, *Ecce nos reliquimus omnia*, valde contrarias. Finis vnius, inferorum sedes est. Alterius, cælum. Miraturque, tam multos esse ascensores scalæ, non cuius summitas cælos tangit, sed quæ illi omnino contraria est; habens latera concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, gradus verò superbiam vitæ, quæ ex mundo sunt, non ex Patre. Commendat autem scalam, cuius gradus & latera ex Deo sunt, non ex mundo, cui nimirum innixus apparuit. Deinde sic ait: *Sobriè*, inquit Apostolus, *& piè & iustè viuamus in hoc seculo. Sobrietas voluptatem carnis impugnat, iustitia seculi, vanitatem, dum videlicet cuique reddens, quod suum est, & adulantem deplorat, & compatitur irascenti. Denique & ipse Saluator, dum Baptistæ manibus celsum illum verticem inclinaret, sic inquit*, Decet, nos implere omnem iustitiam, Matth. 3. *Solam nimirum humilitatem iustitiam reputans. Exh. beatùr ergo sobrietas nobis, iustitia proximo, pietas Deo, &c.*

Scala, quæ tangit cælum gradus habet, &c.

Vocat Bernard. latera scalæ per quam ad Deum ascendimus, sobrietatem & iustitiam quæ duæ virtutes contrariæ sunt voluptati, & vanitati, &c. Hæc scala, iter tenuit in cælum D. Benedictus, de quo Bernard. *Ille*, inquit, *nobis spiritualem erexit scalam, cuius vtique summitas cælos tangit.* Et D. Gregor. *Viderunt*, inquit (nempe duo monachi) *quia strata pallijs, & innumeris coruscabat lampadibus via recta, orientis tramite, ab eius cella in cælum vsque tendebatur.* Quibus ait vir quidam venerabili habitu clarus in alto apparens, *Hæc est via, qua dilectus Domini cælum Benedictus ascendit.* Viam interpretatur Bernardus esse ordinem, quem Benedictus instituit; Hæc ab illius cella, ad cælum vsque progreditur. Hac via tanquam per scalæ gradus ipse cum multis ad cælum ascendit. Non enim potuit vir sanctus aliter docere, quàm vixit.

Matth. 3.

Per scalam sobrietatis B. Benedictus in cælum abiit. Gregor.

Beatitudo cælestis est, beata spes.

XV. Verba illa, *expectantes beatam spem*, nihil aliud significant, quàm beatitudinem speratam, ac desideratam, nobis suo tempore conferendam esse. Illius autem tanta est sublimitas, & magnitudo, vt non decuerit videri, sed tantùm credi. Debet ergo sperari quantumcunque differatur, iuxta illud Rom. 8. *Quod videt quis, quid sperat?* Hanc expectationem Beatæ spei commendat Bern. serm. 9. in Psal. *Qui habitat, &c. Hæc*, inquit, *tota ratio est meæ expectationis. Quicquid agendum est, quicquid tolerandum, quicquid optandum, tu es Domine spes mea. Hæc vna mihi omnium promissionum causa: tu es Domine spes mea; sperent in alijs alij; sorte hic in scientia literarum; hic in astutia seculi; ille in nobilitate; ille in dignitate; propter te omnia detrimenta feci, &, vt stercora, arbitror, quoniam tu es Domine spes mea. Speret, qui vult, in incerto diuitiarum; ego verò ne ipsa quidem victui necessaria, nisi abs te spero; si mihi præmia promittuntur, per te obtinenda sperabo. Fratres hoc sapere, ex fide viuere est, &c.* Hanc spem nobis commendat, Petr. 1. cap. 5. *omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum: ipsi enim cura est de vobis.*

Rom. 8. Bernard. Psal. 90. Beata est spes, quæ in Deo posita est.

1. Petr. 5.

A Deo beneficia speramus, qui & potest & vult ea nobis conferre.

XVI. Omnia suadent, vt à Deo beneficia speremus. Imprimis id suadet potentia: *Si decreuerit*, inquit Bernard. *saluare nos, continuò liberabimur: si viuificare placuerit; vita in voluntate eius: si præmia æterna largiri; licet ei, quod vult facere. Nec tibi sit suspecta voluntas; Non derelinquit sperantes in se: Adiuuabit eos, eruet*

eruet eos, & à peccatoribus liberabit eos. Quare? quibus meritis? Audi quod sequitur; Quia sperauerunt in eo. Quis sperauit in eo, & confusus est? Altissimum (inquit Regius vates Psal. 90.) posuisti refugium tuum. *Non accedet illuc tentator; non calumniator ascender; non pessimus ille fratrum accusator attinget. Nam, qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.* Psal. 90.

XVII. Qui beatam sperant spem, nolunt iam cum Petro in terreno monte facere tabernaculum, Matth. 17. aut cum Maria deinceps eum tangere volunt in terra; sed planè sitiens anima clamat, Cant. 8. *Fuge dilecte mi, assimilare capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bethel*; Audiunt enim dicentem, Ioan. 14. *Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est.* Audiuit dicentem Ioan. 20. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem.* Et, cælestis iam non ignara consilij, clamat cum Apostolo 2. Cor. 5. *Etsi cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus: super montes*, inquit *Bethel*, super omnem videlicet potestatem, & principatum, super Angelos, & Archangelos, Cherubim quoque, & Seraphim. *Neque enim alij sunt montes domus Dei*, inquit Bernardus, *quod sonat Bethel; planè in dextera Patris, vbi iam non sit Pater maior eo. Hæc est enim vita æterna, fratres, vt Patrem cognoscamus verum Deum, sed & quem misit Iesum Christum; verum nihilominus & vnum cum eo Deum, &c. En quam felix, & quam beata nobis proposita est expectatio. Nec mirum*; Apparuit enim gratia Dei & Saluatoris, &c. Beata spes anhelat ad Christum gloriosum. Matth. 17. Cant. 8. Ioan. 14. Ioan. 20. 2. Cor. 5. Bernard.

XVIII. Iubet etiam gratia Christi, quæ nos erudiuit ad abnegationem impietatis & desideriorum secularium, vt expectemus aduentum gloriæ, sine gloriosum aduentum Magni Dei, & Saluatoris. Quæ verba manifestè pertinent ad secundum aduentum; qui dicitur aduentus gloriæ, quia primus fuit humilitatis, Philipp. 2. *Humiliauit semetipsum, &c.* Matth. 11. *Discite à me, quia mitis, &c.* Ille autem erit gloriæ, quia diuinitas omnibus erit conspicua & cognita, Luc. 21. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna, & maiestate.* Vocatur hîc Christus magnus Deus contra Arium, qui asseruit Filium non esse æqualem Patri. Vocatur etiam Saluator, quemadmodum, 1. Tim. 2. *Hoc enim bonum est & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri.* Gratia Christi, quæ nos ad abnegationem impietatis erudiuit, expectare iubet aduentũ gloriosi Christi qui Magnus Deus à Paulo dicitur. Phil. 2. Luc. 21. 1. Tim. 2.

VERS. 13. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ Magni Dei.

Cum timore expectare debemus aduentum gloriæ Magni Dei.

ANNOTATIO V.

XIX. IN primo aduentu erudiuit nos Saluator, qua gloria in extremo iudicio circumfusus, conspicuam è nubibus, mundo ostendet filij hominis maiestatem. Spes huius maiestatis videndæ, tunc beata est, seu, quod idem est, tunc nos beatos efficit, cùm animum permouet, vt sobriè, piè & iustè viuamus in hoc mundo. Quin & gratia Dei Saluatoris nostri idcirco primo illius in mundum aduentu, hominibus communicata fuit, vt diem illi extremum meditantes, vitam ab omni turpitudine deuocarent. Licèt enim de eo die, nihil comperti, dum viuimus, haberi possit; & quando erit, vel ipsos Apostolos Signa aduẽtus Filij Dei ad iudicandum orbem.

los latuerit: signa tamen cladem orbis extremam & Filij Dei scelerum vltoris aduentum præcedent. Quæ tandem? Torpescentibus desidia hominibus, & incumbentium sibi malorum procellam, ne suspicantibus quidem: Repentè, cælum, terra, mare, elementa omnia multis & inusitatis concitata prodigiis, terrificas oculis species obiicient, quibus tantam iniicient animis formidinem, vt aliqui solo metu examinati moriantur: sol, & luna obscurabuntur. Terra stupendis conuulsionibus quatefacta, trepidè nutabit: mare supra omnem terræ altitudinem, fluctus euomet vorticosos: omni splendore diuinitus cohibito, aër caligine circumfundetur. Homines iuxtà & belluæ pauidè huc illúcque errantes, voces edent rauco gemitu intercisas. Ad hunc rerum statum, ignis vi diuina, in terras depluet, rebus omnibus, quas corripuerit, incendio deuoratis. Moxque à fœcibus terram, & elementa alia mundissima specie inducta, expurgabit. Hominibus ergo omnibus, morte absumptis, Angelis Deus imperabit, vt instar præconum tuba & clamore inuitam euocent, vita defunctos. Quo fiet, vt demortuorum omnium quotquot vnquam fuerunt, animæ corporibus, quibus coniunctè vixerant, restituantur. A tumulis suscitati homines, ab Angelis momento temporis, & in ampliſſimum loci spatium ducti, nouum oculis haurient spectaculum. Nam iusti corpora, quæ ieiuniis, & macerationibus aliis in vita deformauerant, vegeta videbunt, & pulchra. Qui verò illecebris dediti, & voluptatibus circumfluentes, nec ictum quidem apiculæ ferre poterant, lethiferaque peccati tabe contaminati animam efflarunt; corporum suorum graueolentium, pondere iniquo fœdè torpescentes, miserandos ingeminabunt vlulatus. Collectis in vnum cœtum hominibus, vexillum crucis consp icietur, numeroso Angelorum agmine stipatum. Adorabunt salutis signum iusti; trepidabunt & impallescent impij, partim immensis cruciatibus coanguſtati, partim sententiæ suæ damnationis expectatione. Aderit mox Christus Dominus septus Angelorum innumerabilium agmine, virginisque matris suæ, & Apostolorum illustrissimo comitatu. Cætera, quæ ad cognitionem sententiæ à summo iudice ferendæ, & locorum, quibus vnusquisque pro meritis, interpellatione postposita, adiudicabitur, tum ex Patribus, tum ex Euangelistarum interpretibus petenda sunt. Rem ipsam perstrinxi, vt Dominum nostrum Iesum Christum, quem iudicem sumus habituri; placate rectè factis studeamus. Insuper cùm Iudicij magni diem ab Apostolo expectare iubeamur, vt de operibus, imò & de cogitationibus occultissimis, iudicemur; timore nobis opus esse intelligamus, non humano tamen & seruili, sed diuino & filiali. Vt enim D. Basil. in Psalm. 31. annotauit, *Duplex est timor; humanus alter, omnium vitiorum principium, & Christianæ contrarium libertati: diuinus alter, dono Dei concessus, qui fons est omnium bonorum. Timore humano, amissionem formidamus pecuniæ, aut gratiæ alicuius principis, aut alicuius sperati magistratus: viuunt ſpem, & metum inter, qui hæc ambiunt.* Ad hunc sensum applicat D. Basil. versiculum illum Psal. 14. *A timore inimici eripe animam meam*, hoc est, libera me Domine gratia tua à spiritu humili & vili, quo formido id damnũ, quod mihi inferre possunt inimici. Cur ita oras ô Dauid; nimirum, quia non procul abest, qui nimium timet à malis & peccatis, quibus nostris animis minas intendit timor.

Elementa prodigiis terrefacient homines iuxta prædictionẽ Christi. Matth. 24.

Corporum è tumulis suscitatio futura.

Vexillum crucis Christum iudicem præibit. Christus Iudex qualis.

Basil. Psalm. 31. Duplex timor.

Timor vilis, qui non peccatum, sed hominem formidat. Psal 14.

Timor, qui peccatũ horret laudandus.

XX. Ille metus laudandus est, qui Deũ cogitat offensum, illiusq; horret & iudicium

iudicium & furorem. Hic enim omnem frenat mentis dissolutæ insolentiam, omnésque cupiditates subiicit rationi. Hunc postulat Dauid, Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui. Sumptam ait Basil. Ps. 35. metaphoram ab iis qui clauis sunt affixi. Hi enim immoti sunt, nec sine dolore in aliquam partem moueri possunt. Qui enim recordatur, quàm seuerè Deus puniat, vel vnius peccati, lethiferi labe inquinatam animam, in virtute stat, nec ab ea dimoueri se patitur, Psal. 33. *Venite filij* (inquit propheta) *audite me, timorem Domini docebo vos. Quis est homo, qui vult vitam?* Addidit: *Oculi Domini super iustos: vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Fons profectò omnium bonorum est, timor Dei. Si aliqua in Republ. mala effluunt, aliunde oriuntur, nempe quia in nobis timor hic sanctus non est. Dorotheus refert, interrogasse monachum: *Quid causæ esset cur in cella perseuerare non posset.* Respondisseque illi senem, *id propterea ei contingere, quia non cogitaret æternam felicitatem, nec æternos inferorum cruciatus.* Qui enim hæc cogitant, non fastidient cellam, licèt in illa luto & vermibus immersi iaceant.

Psal. 118.

Psal. 33. Timor Dei, manus & pedes clauis figit, ne peccemus.

Dorotheus. Qui cogitat futurâ vitâ, non fastidiũt cellam.

XXI. Idem Dorotheus vehementer admiratur hominum ignauiam, qui cùm agnoscant, omnes viros sanctitate conspicuos, timore diuini iudicij præeunte, aditum sibi ad beatam vitam aperuisse: ipsi nihilominus tranquilli sunt, & in vitiis consenescunt; de ratione flagitiosæ vitæ, coram iudice Deo reddenda, minimè soliciti: quasi verò illis alia sit lex proposita, aliud cœlum destinatum. Rectè Psalmista ait, hanc ignauam obliuionem considerans: *Veruntamen vani filij hominum*, Hebr. tantùm, *vanitas filij hominum; mendacium filij viri in statera; ascendant ipsi in vanitate simul*, quasi dicat: Si filij hominum in vna lance stateræ ponantur: & in altera vanitas; descendet vanitas, & mendacium; illi autem, vtpote qui leuiores sunt, ascendent. Rebus enim leuissimis occupati, nec primi nec secundi iudicij examen recolunt. Aberrant profectò à via salutis, qui timorem hunc non habent, per viam salutis sedes beatas inierût sancti. At dicetis: nequimus omnes sancti esse. Quid ergo? Profectò, qui in sanctis numeratus non fuerit, absque dubio damnabitur, voluit Deus vt iudicium mundi extremum, tot prodigia in mari, terra & stellis, imò & in hominibus præcederet, quo intelligeremus, quàm formidandum sit tribunal illud, de quo dicitur: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Huc illa verba pertinent, *& expectatione quæ superuenit vniuerso orbi.* Ex vigilia intelligitur qualis erit dies Isai. 28. *Sola vexatio, intellectum dabit auditui*, quasi dicat: Labores, quibus se implicari experientur, & spiritus afflictio, illos docebunt, quàm decepti vixerint, & sensum legis Dei aperient: quod exprimunt illa quæ antecedunt verba, apud eundem Prophetam: *Delebitur fœdus vestrum cũ morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit.* Hinc ostenditur, quàm pestiferi sint conatus, & quàm futilis prudentia eorum qui legem Dei non venerantur, videntur enim pactum iniuisse cum omnibus inferorum furiis. Intelligunt stultas fuisse machinationes suas, cùm viderint inanes cogitationes fallendi, domus extruendi; & ditescendi, dum vixerunt, extitisse. Conscientia illis suggeret ruinam, quam videbunt domorum ex rapina fabricatarum, & cætera detrimenta, solùm signa esse irati, ob tam insignem malitiam, Dei. Timore itaque, & expectatione cumulationis mali, nutabant miseri, & impallescent.

Vanitas in statera appensa.

Psal. 61.

Psal. 96. Luc. 21. Isai. 28.

Sulti conatus peccatorum, qui fœdus percusserunt cum morte.

Conscientia sceleris cruciat peccatorem.

XXII. Quod acerbiores stimulos dolori afferet, illud est, *Tunc videbunt* Luc. 21.

Chryſoſt. *ſignum filij hominis*. D. Chryſoſt. & alij Patres Græci crucem interpretantur. Hæc incredibilem terrorem mortalibus incutiet; videbunt enim refugium ſalutis, miſericordiæ aram, & peccatorum ſolatium vnicum, in iudicis virgam,

Matth.24. ne venia amplius ſperetur, conuerti. Vnde Matth.24. *Tunc plangent*, inquit, *omnes tribus terræ*: vexillum nánque Regis Chriſti ſignificabit, exhauſtum eſſe

Rom.8. magna ex parte fontem, ex quo Deus miſericordiæ riuulos in homines deriuabat. D. Paulus ait, Dei iuſtitiam in hoc ſeculo potiſſimùm ſitam eſſe in condonandis peccatis, & in hominum ſanctificatione: *Iuſtificari gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem poſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ in remiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei*, id eſt, quæ delicta Deus tolerat ad oſtenſionem

Iuſtitia Dei in hoc ſeculo mitis: in die iudicij, ſeuera. iuſtitiæ ſuæ hoc tempore, vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti, &c. Ac ſi dicat, Deum iuſtitiæ animaduerſionem, nunc ſuſpendere, vt ne pereamus; idque ob leges miſericordiæ: at in iudicio extremo, vel miſericordia ipſa ex flagitiis offenſa, ſecundùm leges iuſtitiæ grauiter in nos animaduerſurum.

XXIII. Hinc quidam affirmabat, non debere, dum viuitur, aliquem animo cadere, quòd ſe videat grauiſſimis peccatis inquinatum; imò id animos addere poſſe ac debere ad impetrandam facilè diuinam miſericordiam. Atque adeò optimum eſſe precari Deum, vt nobiſcum ita ſe gerat, ſicut ipſe præcipit,

Iſai.28. vt nos cum inimicis noſtris geramus. Idcirco Iſai.28. vaticinans vltimam Iſraëlitarum euerſionem à Chaldæis inferendam; alludit ad victoriam, quam

2.Reg.5. Ioſue 10. 2.Reg.5. de Philiſtæis Dauid reportauit; quę effecit, vt locus ille diceretur *Baal Pharaſim*; & ad eam, quam tulit Ioſue de Amorrhæis debellatis, Deo imbre lapidum, auxilium ei præſtante: *Sicut*, inquit, *in monte diuiſionem* (ſiue *Pharaſim*)

Alienũ opus à Deo videtur, damnare peccatores pro quibus ipſe mortuus eſt. *ſtabit Dominus ſicut in valle, quæ eſt in Gabaon, iraſcetur, vt faciat opus ſuum alienum opus eius, vt operetur opus ſuum, peregrinum opus eius ab eo*, &c. Non poteſt opus aliquot alienum dici à Deo, quàm illud; quo peccatores, pro quibus mortuus eſt, perdere & vleiſci ſtatuit. Cæterùm, quanuis Dei opus, dum viuimus, ſit,

Iſai.16. miſereri, & culpas remittere; poſt mortem tamen, illius opus eſt, ſcelera punire, Iſai.16. *Ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura, & ſubuertet grando ſpem mendacij, & protectionem aquæ inundabunt.*

Maieſtas iudicis. Malach.3. At qualis erit expectati iudicis maieſtas? Non anſus eſt Malachias oculos in eam intendere; vnde cap. 3. *Quis ſtabit* (inquit) *ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans.* Nec verò Euangeliſtæ eam ſatis explicant: ſolus Ioannes,

Apoc.1. Chriſti ad iudicium venientis deſcriptio. Apoc.1. rem nobis proponit: *Vidi ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea, caput autem eius, & capilli erant candidi, tanquam lana alba. Oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti; & habebat in dextra ſua ſtellas ſeptem; & de ore eius gladius viraque parte acutus exibat, & facies eius ſicut ſol*, &c. Non tamen hic aſpectus formidabilis erit omnibus: iuſtis (inquit ſponſa, Cant.5.) & ſibi aliter apparebit; Ait,

Can.5. Chriſtus iudex placidus iuſtis, iratus iniuſtis apparebit. enim, *Species eius, vt Libanus, genæ illius, ſicut areolæ aromatum*, &c. Mons videbitur liliis, & omni florum & fruticum varietate conſitus; genæ illius, areolas imitabuntur, herbis odoriferis plenas. Cernimus interdum picturam, quæ iis, qui procul ſunt, refert horridum vultum; galeam criſtis comantem, capiti impoſitam; oculos cæſios: monſtroſas nares: denique quicquid vides, toruum eſt.

Acce

Accedis propiùs, quod caput videbatur, galea tectum, cistella est. Nasus cucumis est, oculi, ficus; aures, fungi; barbæ, seruilia: denique quicquid vides, canistrum est fructibus optimis, & floribus odoriferis plenum. Haud aliter Christus peccatoribus, qui procul erunt, horribilis apparebit; iustis verò, qui propè, mansuetus & floribus ipsis pulchior, Thess.4. *Nos autem simul rapiemur obuiam Christo in aëra.* Iudicis figuram expendamus: *Pedes sunt illi similes aurichalco,* alia translatio habet, similes Chalcolibano, vt thus intelligamus suppositum in prunis, diuinis pedibus: lacryma ex virga thurea incensum est, quod orationes & lacrymas iustorum significat: quæ ascendentes in cœlum, Deum ad iudicandum in misericordia, monent. Perpulchrè Psal.40. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum,* &c. optant hunc aduentum creaturæ omnes, quæ homini Deum offendenti, non sponte deseruiunt, Rom.8. *Vanitati,* id est, homini vano, *creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe,* &c. Reuelationem filiorum Dei expectans ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Homini sol illuxit, luna humorem impertiuit; ignis, aqua, aër, ei præstò fuerūt, non quidem sponte (vt enim ait propheta, Psal. 38.) *vniuersa vanitas omnis homo viuens*: Sed ob spem illis à creatore iniectam, qua manifestari oportet Dei filios ad gloriam electos, qui ad vanitatem fugiendam in modo occultabantur. Quia tamen hæc expectatio differtur, ingemiscit & parturit vsque adhuc. Sol queritur, quòd impiis lucem cogatur præbere: luna, ignis, totáque natura, quòd iis seruiat, qui creatori suo rebelles sunt. Ne quis verò miretur, edi à creaturis huiusmodi suspiria, addit Apostolus: *Non solùm autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri:* Hoc est, nos ipsi, qui electi sumus, enixissimè petimus, vt electorum numerus citò compleatur; & sic redimatur corpus nostrum à mortalitatis lege, cui obnoxium est mundo pereunte. Permouebunt hi gemitus haud dubiè Deum, Psalm. 11. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.* Subiungit D. Ioannes *vestitum podere*, vt intelligas ex veste sacerdotali victimam vnam omnium impiorum fieri, quæ à Christo summo sacerdote, iustitiæ diuinæ offeratur. Contra Babylonios quorum nomen *confusionem* significat, immisit Deus Chaldæos milites, quos sanctificatos suos vocat siue sacerdotes, quia, tanquam vnam victimam, Babylonios, ex præscripto suo, occisuri sunt, Isai.13. *Super montem caliginosum,* hoc est, super Babylonem, quæ licèt in plano sit, mons dicitur, propter ædificia turrigero sublimia fastigio, & caliginosus ob peccata, *lenate signum*, &c. *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea,* &c. In veste poderis videt Christus notas sanguinis, quo ab impiis aspersus est; mouet hic aspectus ad vindictam. Dauid 3.Reg.2. iubet occidi Ioab: quia baltheum & calceos tinxit sanguine innocentis Amasæ, vt Hebræi annotant. Mirati sunt Angeli videntes Dominum suum sanguine conspersum post huius diei triumphum, Isai. 43. *Quare ergo rubrum est vestimentum tuum?* Qui respondet, *Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.* Indicat etiam vestis sacerdotalis, cùm sacerdotis sit, pro populo orare, quod fuerit Christi summi sacerdotis officium. Ad Hebr.7. *Talis enim nobis decebat, vt esset Pontifex, qui etiam interpellat pro nobis.* Nunc oculi eius tanquam flammia ignis, qui olim columbam præferebant. Dan.10. *Facies eius, sicut fulgur.* Ignis sulphureus aqua non extinguitur; sic nec Dei

Similitudo, In pictura quædam repræsentatur iis qui sunt propè, quædam iis, qui procul. Thess.4.

Pedes Christi iudicis. Psal.40.

Rom 8. Omnes creaturæ aduentum Christi iudicis optant. Psal.38.

Sol, Luna, & creaturæ omnes queruntur, quòd peccatoribus cogantur seruire.

Psal.11.

In veste sacerdotali Christi significatur à Christo victima vna peccatorum offerenda diuinæ iustitiæ. Isai.13.

3.Reg.2.

Isai.43.

Hebr.7.

Dan.10.

Dei ira, pro tribunali ſedentis, nullis flectetur lacrymis.

Vbera Dei miſericordiã ſignificant. Can. 4.

Quid illud eſt, *præcinctum ad mamillas? vbera* Dei miſericordiam ſignificant; ad hæc Paulus, ad hæc Magdalena, & alij lactati ſunt. At in die extrema, occultat Deus hæc miſericordiæ vbera. Cant. 4. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ: hirci ab vberibus, non niſi vi repulſi, recedunt; ſic homines à Dei miſericordia. Nunc zona præcinguntur Dei vbera, vt hirci vel coacti ad ſiniſtram, recedant. Quid eſt gladius, qui de ore eius procedit vtraque parte acutus? iudicandi poteſtas indicatur, qua Deus iuſtè, quod iuſtum eſt definiet. Accurrent cum illo Angeli, de quibus Pſalm. 149. *Et gladij ancipites in manibus eorum*; ſicut in regia venatione, ad buccinæ ſonum, & ſtrepitum aulicorum exeunt è lateribus feræ; ſic Angelo tubam inflante, exibunt de ſepulchris corpora rediuiua, fiétque quod dicitur, Ioël. 3. *Congregabo omnes gentes in valle Ioſaphat, & ibi diſceptabo cum eis.* In diſceptatione victor Dominus, non iam tactus dolore cordis intrinſecus, vt cataclyſmi tempore, puniet peccatores (erat tunc tẽpus miſerendi) ſed ſponte locũ cõcedens iuſtitiæ, gladio vtetur bicipiti.

Gladius Chriſti, eſt iudiciaria poteſtas. Pſal. 149.

Similitudo à venatione. Ioel 3.

Rediuiua corpora.

XXIV. Ad Deum igitur cõfugiamus dum viuimus, cuius bonitate penſata delicta, veniam impetrant; in ſe autem ſine miſericordiæ conſideratione ſpectata cùm fuerint, plangent omnes tribus terræ. Quid putas prælatum ab Angelis ante iudicem Chriſtum crucis ſignum ſignificat? nimirum miſericordiæ tempus abſolutum eſſe, ſolámque ſupereſſe iuſtitiam. Præbebit etiam hoc ſignum ſententiæ ferendæ principium; eo enim iuſtior videbitur, quo crux & ſanguis Chriſti copioſior. In quo defigere ſpem poterimus, ſi nobis ipſa crux & ſanguis Chriſti aduerſabitur? Num in Sanctorum promeritis? Num in B. Virginis miſericordiæ viſceribus? omnia intra pectora eorum continebuntur, qui dum vixerunt, vtilitatem ex his fontibus, hauſerunt. Ad hunc ſenſum pertinet illud, Iſai. 28. *Coangustatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrunque aperire non poteſt.* Eſt voluntas Sanctorum, Dei voluntati conſona, cùm autem Deus ira ſit in peccatores incenſus, nolunt illi, nec debent videri magis ad pietatem affici, quàm ille: *Lætabitur* (inquit propheta Pſal. 63.) *Iuſtus, cùm viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum.* In eo dumtaxat, vel apud inferos elucebit, quòd ſenſuum pœna minor erit ea quàm culpæ poſtulábunt.

Crux ſignũ eſt miſericordiæ.

Iſai. 28.

Pſal. 63.

XXV. Cum timore ergo expectent iuſti aduentum gloriæ magni Dei. Illis dicitur à Chriſto: *Reſpicite & leuate capita veſtra.* Licèt nánque totus mundus fluctuet, & compage ſoluta diſſoluatur; in tuto habent bona ſua; nihil nocere poteſt ſummo bono, hoc eſt, Deo, cui illi adhærent, Matth. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Paulus Galat. 6. *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Cur ita? Quia per eum mihi mundus crucifixus eſt. Qui ſolem, & lunam, & opes vt numina ſua adorabunt; cùm viderint hęc obſcurari & ruere omnia, areſcent præ timore. Quid ni? videbunt idola, quibus confidebant, in nihilum redigi. Iuſtus, qui Deum timuit, & ſoli Deo inniti voluit, eriget caput; dicetúrque ei, *Altiſſimum poſuiſti refugium tuum, non accedet ad te malum*, &c. Meritò ergo D. Hier. bene iubet ſperare pios homines in die aduentus magni Dei. In cuius commentario, inter cætera, hoc notandum eſt, quod ait: *Sicut impietas, magni Dei reformidat aduentum: ita ſecura de opere ſuo & de fide, illum pietas præſtolatur.*

Luc. 21.

Matth. 10. Galat. 6.

Iuſtorum in iudicio felicitas. Pſal 90. Hieronym.

CAP.

CAPVT SECVNDVM.
SECTIO VI.

VERS. 14. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.

Græcè; ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. DECLARAT Apoſtolus, illum ipſum Magnum Deum, qui mundo ad finem appropinquante admirabili gloria circumfuſus, viuos ſimul & mortuos eſt iudicaturus: eundem eſſe, qui ſe ipſum obtulit ad ſupplicium pro nobis. Dicitur autem à Patre, & à ſe ipſo traditus, quia licèt Iudas, eum Iudæis tradiderit, & hi Pontio Pilato, & Pilatus voluntati impiorum, vt crucifigeretur: tamen in ſui mortem, quam potuit haud difficilè impedire, conſenſit. Iſa. 53. *Oblatus eſt quia ipſe voluit*; voluit, inquam, tradi in mortem, non eo fine quo Iudæi, ſed longè alio, nimirum, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Verbum, λυτρώσηται, non ſolùm numerato pretio fieri ſolitam redemptionem ſignificat, ſed ex captiuitate redimere oblato ſanguine & vita ipſa pro vita & capite hominis captiui, vt annotauimus 1. Timoth. 2. in illa verba: *Vnus enim Deus, vnus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, &c.* Ibi expendimus vim verbi Græci. Iſa. 53. 1. Tim. 2.

II. Illa verba: *Et mundaret ſibi populum acceptabilem*, torquent interpretes. Nam D. Hieronym. hîc negat, ſe à quopiam humanarum literarum perito, potuiſſe diſcere, quid eſſet, περιούσιον, quod vulgata editio vertit *acceptabilem*: Ex Deuteronomio tamen id collegiſſe, vnde Paulus hæc verba ſumpſiſſe videtur: dicitur enim cap. 17. *Vt eſſes ei in populum acceptabilem ex omnibus populis*. Item Exod. 29. *Eritis mihi populus*, vt 70. habent, περιούσιος, ſiue, peculiaris de cunctis gentibus. Rurſus Pſal. 24. *Elegit Dominus in poſſeſſionem ſibi*. Quod dictum eſt, *in poſſeſſionem*, 70. ac Theodotion, verterunt περιποίησιν. Aquila & quinta editio περιούσιον, ſyllabæ commutatione facta, non ſenſus. Symmachus, pro eo quod eſt in Græco περιούσιον, in Hebræo סגולה, *ſegula*, ἰδιαίτερον, hoc eſt, egregium, vel præcipuum. Quare exponenda eſt vox Hebræa *ſegula*, quæ illis locis ponitur. Eam nánque R. Dauid ſignificare vult, peculiare, ſiue ſingulare. R. Abraham, *rem deſiderabilem, & gloriſam*. R. Salomon, *theſaurum dilectum*. Et quidem ex Eccleſ. cap. 2. videtur ad theſauros pertinere, vbi ſic dicitur; *Coaceruaui mihi aurum, & argentum, & ſubſtantias Regum, & prouincia-rum*. Quod D. Hieronymus ibi tranſtulit ſubſtantias, hoc eſt, facultates, Hebræis eſt, סגולה *ſegula*: Cum quo loco, ſi conferas, quod habet Chryſoſt. Deut. 17. Exod. 19. Pſalm. 24. 70. Interp. Aquila. Symmachus. Theodotion. Segula, eſt res eximia, & gloriosa. R. Dauid, & R. Abraham. Eccl. 2. Hieron. Chryſoſt.


image
not
available

acquisierit, magis constet: *Si Dominus* (inquit ille) *creator est omnium, videndum est, quomodo acquisiuisse dicatur, quæ sua esse, dubium non est. Dicitur & alibi, Nonne hic ipse est Deus qui fecit, creauit, & acquisiuit te, &c.* Videtur autem id quisque acquirere, quod suum non erat. Inde dicunt hæretici de Saluatore, quòd eius non erant, quos acquisiuit: dato enim pretio, homines mercantur, quos creator fecerat: at certum est, vnumquenque, quod suum est, non emere. Et pretio tamen emptos ac redemptos dicit Apostolus. Audi ergo quid propheta dicit, *Ecce in iniquitatibus, seu propter iniquitates vestras, venditus estis*, Isa. 50. Vides Dei quidem creaturam nos omnes esse, sed pro suis quemque peccatis venditum, & à proprio creatore alienatum? Dei ergo sumus quatenus ab eo creati sumus. Diaboli verò serui facti sumus, quatenus peccatis ei nostris venundati. At, veniens Christus redemit, cùm seruiremus illi Domino, cui nos peccando vendidimus. Ita videtur, tanquam suos quidem recepisse, quos creauerat; tanquam autem alienos acquisiuisse, quia alienum sibi Dominum siue errando, siue peccando, quæsiuerant. Et rectè quidem dicitur redemisse, qui pretium suis, sanguinem suum dedit. Quid autem tale, vt nos mercaretur, Satanas etiam dedit? Quo numismate emit, quos seruos sibi effecit omni genere peccati, &c. Idem tract. 2. in Matth. cap. 16. *Ergo*, inquit, *homo quidem non potest dare commutationem pro anima sua: Deus autem pro animabus omnium, commutationem dedit, pretiosum sanguinem Filij sui.* Et ad Rom. 3. attentiùs adhuc obserua, quid sibi velit *redemptio*. Sic enim dicitur, quod detur hostibus pro iis quos captiuos detinent, vt eos pristinæ libertati restituant. Detinebatur autem apud hostes, humani generis captiuitas, peccato, tanquam bello, superata. Venit Dei Filius & semetipsum hostibus tradidit, & sitientibus eis sanguinem suum fudit. Hæc est credentibus facta redemptio. Quam obiter sub mysterio designatam habes Prou. 13. *Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ eius*: *diuitias requiris? Inuenies iustitiam, sapientiam, sanctificationem*: Hæc autem cùm Christum esse dicat Apostolus, 1. Corinth. 1. Christus profectò est animæ diuitiæ, ideoque eius redemptio. Nam corporales diuitiæ, animæ magis credendæ sunt pernicies, nisi in bonum opus conuersæ, iustitiæ fiant, atque misericordiæ, &c.

Deut. 32.

Quomodo Christus quos condidit, redemit, & acquisiuit.

Isa. 50.

Diaboli serui sunt homines, suis peccatis quasi venditi.

Matth. 16. Dedit Deus pretium pro redemptione hominis.

Rom. 3.

Prou. 13.

1. Cor. 1.

III. Audi quid sentiat Gregor. Nazian. orat. 1. contra Iulianum: *Time*, inquit, *contra magnam Christi hæreditatem, quam is, vt Deus condidit, & vt homo acquisiuit.* Quid Eusebius lib. 10. de demonstratione Euang. cap. 1. & 8. *Quid enim aliud*, inquit, *ille quàm pro animis nostris pretium? Et dereliquit eum fortis suus; cùm eum voluit pro vniuerso mundo pretium, quo animæ redimerentur, exhiberi. Is verò diuinum æternumque deceretum, & quæ ob causas à Patre relinquendus esset intelligens, multò etiam amplius se ipsum demisit pro redimendis animis nostris pretium factus, & omnis humani generis, à priori illa & intolerabili sub inuisibilibus dominis seruitute redemptio ac liberatio, &c.* Non omittam Bernard. qui serm. 20. super Cant. *Ad cumulum*, inquit, *pietatis tradidit in mortem animam suam, de proprio latere fundens, & proferens pretium redemptionis, quo Patrem placaret, & nos ei reconciliaret. Per quod sanè ad se versiculum traxit, Copiosa apud Deum redemptio. Prorsus copiosa, quia non gutta, sed vnda sanguinis, per quinque partes corporis emanauit, &c.* Tandem August. lib. 13. de Trinit. cap. 15. enarrans illud Coloss. 1. *In quo habemus redemptionem peccatorum, in hac*, inquit, *redemptione, tanquam pretium pro*

Greg. Naz.

Euseb. Christus se demisit pro redemptione nostra.

Bernard. De latere suo Christus pretium dedit redemptionis.

Psal. 129.

August. Coloss. 1.

Christi sanguine diabolus ligatus est, non ditatus. Augusti.

nobis, datus est Christi sanguis: quo accepto diabolus ligatus est, non ditatus, vt nos ab eius nexibus solueremur, &c. Hãc redemptionem tam latè patere, vt & baptizatis infantulis salutifera sit, idem cõtra Pelagianos scribit Hilar. epist. 88. & 89. q. 4.

Psal. 48.

Hinc colligitur quantum Redemptori nostro debeamus. Cùm enim nemo ab Adam viri & fœminæ coniunctione propagatus nos redimere posset: ipse Dei Filius homo factus, proprio nos redemit sanguine. Vnde Psalm. 48. inquit propheta, *Frater non redimit, redimet homo?* Significans, nulli hominum facultatem inesse, Deum pro peccato propitiandi, cùm & ipse sit peccato obnoxius, Rom. 3. *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Non dabit ergo Deo placationem suam* (ait propheta) *nec pretium redemptionis animæ suæ.* Non igitur fratrem in redemptionem requiras, sed eum, qui nostram superat naturam, non hominem tantùm, sed hominem Deum. Frater erat Israelis Moyses, non tamen à peccato populum redimere valuit: natus enim in peccato, licèt Dei iram, ne populum puniret, aliquando placuerit: non tamen omnino se, aut populum à peccato redemit. Ait ergo Dauid, *frater non redimit*; & dolenter Deo cum interrogatione infert, *Redimet homo?* Quod Moyses vir vtique tantus non potuit, alius poterit? Inuentum est vnum pro omnibus hominibus sanguinis pretium, quem Christus effudit. Hoc pretio empti redemptique sumus. Quare cùm frater, hoc est, homo purus nos redimere nequiuerit, qui redemit, Deus est. Vnde sequitur in Psalmo, *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi.* Hæc ferè ex Basilij interpretatione sumpsimus. Quid dabimus, nè ingrati videamur, Redemptori nostro? Cor tuum, à te postulat. Cùm Gentiles aërem serenum à falsis Diis impetrare volebant; aërem sanguine elicito è corde victimæ spargebant, ea inspersione purificari sperantes. Quid sanguis efficiet? quid bona opera ex intimo corde oblata vero Deo? Lege Anton. Brix. tom. 2. verb. sanguis. Non inuento corde in victima, sacrificante Nerone, responsum est à sacerdotibus, id sacrificium non fore Diis gratum. Quomodo ergo opera nostra, sine cordis oblatione, Deo erunt accepta? Audi peccatorem, per pœnitentiam Deo placantem, *Cor*, inquit, *contritum, & humiliatum, Deus non despicies. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta.*

Rom. 3. Nemo, præter Filiũ Dei potuit nos redimere, &c.

Exod. 32.

Basil.

Deus cordis oblatione placatur. Anton. Brix.

Theatr. vit. humanę cap. de pœnitentis. Psalm. 50.

VERS. 14. Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate.

De amore, quo se Dei Filius, pro nobis, morti obtulit.

ANNOTATIO II.

Sermo alter de passione. Quid sit diligere in finem.

IV. NOn satis fuit Dei Filio humanam sibi naturam copulasse, & suam hominibus gratiam tot modis exhibuisse: Voluit etiam ad significationem eximij amoris, se morti crudelissimæ offerre, vt nos à peccatis pretio sui sanguinis redimeret. Quod D. Ioan. cap. 13. expressit illis verbis: *In finem dilexit eos*; *In finem*, inquit, hoc est, in Christum, vt interpretatur D. Augustinus tract. 55. in Ioannem: *Finis enim legis Christus est, ad iustitiam omni credenti*, Rom. 10. Nonnulli exponunt, *in finem*, id est, vsque ad finem vitæ: non quia Christus post vitæ finem, non dilexerit suos, sed quia ad mortem vsque amare non destiterit: imò in morte ipsa maioris exhibuerit amoris argumenta. Cùm

Rom. 10. Quid sit in finem diligere.

Cùm scilicet dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. D. Chrysost. Euthym. & Theophylact. sic exponunt; *In finem dilexit eos*, id est, vehementer: ita nimirum, vt particula *in finem*, exprimat amoris magnitudinem simul & præstantiam: significétque, nihil prætermisisse Christum, quod vehementer amantem deceret: *Maiorem nánque charitatem, nemo habet quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Aliqui Hebraizantes aduertunt, vocabulum, *Nasach*, quod à D. Paulo, & Latinis interpretibus exponitur, *in finem*, significare victoriam & triumphum. Et quidem D. Paulus 1. Thess. 2. agens de Iudæis cursum Euangelicæ prædicationis impedientibus; ob eam causam, Christo non ita dudum occiso: *Peruenit*, inquit, *ira Dei super illos vsque in finem*, hoc est, victoriosa, quasi dicat: Non dimittet illos, donec constet de victoria à se, de inimicis reportata. Et in titulis Psalmorum tantundem est, *in finem*, atque si diceretur, carmen triumphale. Quare cùm dicitur apud Ioannem, Christus, *In finem dilexisse*, significatur, eò amorem Dei filium perduxisse, vt de illo triúphauerit; & meritò quidem. An non est triumphantis, ad pedes discipulorum, Filium Dei abiecisse? vinctum per Hierusalem traxisse? In cibum Ecclesiæ dedisse? Rectè à Bernardo, serm. 65. super Cantica, dictum est: *Triumphat de Deo amor. Quid amore violentius?* Deinde miratur, Deum Omnipotentem, reddi ab amore infirmum, & minimè resistentem: *Quæ est ista vis, quæso, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam?* Quasi dicat: Quę est ista vis, tam ad vincendum efficax, vt Deum vincat; & ad resistendum tam debilis, vt Deum debilem reddat?

Chrysost. Euthym. Theophyl.

Particula hęc, *in finem* in psalmis, est carmen triumphale. Christus in morte triúphauit. Bernar. Triumphat de Deo amor.

V. Attentiori animo cogitemus amorem, qui Deum impulit, vt seipsum daret pro nobis. Vix dici potest quàm insignis fuerit. Quinque annorum millibus Deus, suam omnipotentiam, sapientiam, & prouidentiam, hominibus declarauit: amoris verò cumulum vno die, quo se pro nobis, morti tradidit. Dixit Hebræis Deus Malachiæ 1. *Dilexi vos. At illi: In quo dilexisti nos? Quibus respondit Deus, Nónne frater erat Esau, Iacob, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui, & posui montes eius solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti?* Quasi dicat, In hoc scietis, stirpem & sobolem Iacob, ex qua vos nati estis, à me maximè diligi; non autem illam, quæ ab Esau propagata est: quia hanc, id est, Idumæos, à Chaldæis patior deuastari; vos verò defendo, & protego. Quid quòd vos aliquando à Chaldæis etiam in seruitutem abductos, in libertatem vindicaui, Idumæis in seruitute adhuc manentibus? significauit ergo Deus, suum Israëlitis amorem, ex libertatis beneficio illis collato. Nunc ait, *Dilexi vos.* Quid si Dominum nos ipsi interrogemus, in quo dilexisti nos? Profectò respondebit: Nónne acerbissimam mortem sum perpessus, vt vos in libertatem assererem, & peccati iugum à vestris excuterem cerui cibus? Huius amoris vis, Cant. 3. num. 9. significatur illis verbis: *Ferculum fecit sibi rex Salomon, de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, & ascensum purpureum.* Erat in medio pretiosius Emblema: *Media*, inquit, *charitate constratum.* Licèt in Christi Domini morte, multæ & eximiæ eluceant virtutes, humilitas, patientia, mansuetudo, & aliæ innumeræ; emicat tamen plus cæteris charitas, *velut inter ignes Luna minores.* Pretiosissimis olim vestibus induebatur summus sacerdos. Oculos capiebant aurea tintinnabula, & mala punica. Rationale nihilominus, quod pectus

Malach. 1. Significat Deus amorem suũ erga nos beneficio redemptionis.

Cant. 3. Lectulus Salomonis.

Christi charitas maximè in morte eluxit. Exod 28.

ornabat, gemmarum ſplendore & nitidiſſimo quodam carbunculo, intuentium oculos magis detinebat. Sic omnia, quæ in Chriſto apparent, pretij ſunt, & pulchritudinis raræ: amor tamen, qui in illius ardet pectore, ſplendidior eſt, oculóſque & mentem ad ſe magis trahit.

Conſtrinxit ſe Filius Dei cingulo miſericordiæ, ne puniret homines.

VI. Ad mammillas zona aurea præcinctum vidit Ioannes Apocalypſis 1. Chriſtum. Erat olim Omnipotens Deus, veluti diſcinctus, non vnum cum hominibus ſeruans tenorem. Nunc enim eos tertebat ſuppliciis, nunc ſibi deuinciebat beneficiis. Iam ſe vltorem, iam miſericordem oſtendebat. In lege tamen gratiæ, aureo ſe cingulo conſtrinxit. Nemo neſcit, in ſacris literis, auro amorem & charitatem ſignificari. Vnde Apocalypſis 3. dicitur cuidam Epiſcopo, *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, vt locuples fias.* B. Gregor. Moral. 34. per zonam auream, charitatem intelligit, qua Chriſtum præcinctum eſſe diximus. Hac verò cor, & pectus ſtringitur, vt perſpiciamus quantus ſit diuini cordis amor, à quo Chriſti opera proficiſcuntur.

Apoc. 1. Aurum ſignificat charitatem. Apoc. 3. Zona aurea eſt charitas.

Chriſtus, in honore, in fortunis, & in perſona pati voluit damna.

VII. Propter eximium amorem Chriſtus, cùm dedit ſemetipſum pro nobis, magna paſſus eſt detrimenta. Triſatiam poſſunt homines incommodo affici. In honore, in fortunis, & in perſona. Primùm Chriſtus, damnum paſſus eſt in honore, cùm inter duos ſceleratiſſimos latrones, in crucem eſt ſublatus, irriſus, flagellatus. Deinde, pauperrimus eſſe voluit: egenus pro nobis factus eſt, vt eius inopia nos diuites eſſemus. Ne vnam quidem agri glebam habuit, in qua caput reponeret. Cùm iam moriendi inſtaret dies, nihil habuit, quo tegeretur, præter tunicam à virgine matre contextam: quam tamen, vt verè pauper, paſſus eſt, ne quid relinqueretur, in quo iacturam non pateretur, à tortoribus immaniſſimis poſſideri, vt cum Iob 1. dicere poſſet, *Nudus egreſſus ſum de ventre matris meæ, & nudus reuertar illuc.* In hoc etiam naufragio domeſticis rebus ſpoliatus fuit cum dolore incredibili, hoc eſt, diſcipulis, quos fugientes vidit. Senſit præterea damnum in pretioſiſſima ſupellectile, id eſt, virgine, cùm eam vexatam & afflictam intuitus eſt.

Chriſtus affici pro nobis multis incommodis voluit. Iob 1. Paupertas Chriſti.

Tertiò, in propria perſona, quodnam incommodum Chriſtus Dominus non eſt paſſus? Caput ſpinea corona confixum fuit. Oculi carnificum & iniquiſſimorum iudicum atrocitate conſpecta, lacrymas profuderunt aures blaſphemiis auditis inhorruerunt pugnis contuſa facies, & ſputis fœdata, tumuit: capilli eulſi ſunt: collum vinculis ligatum: affixæ manus, & pedes clauis: *Denique à planta pedis vſque ad caput, non erat in eo ſanitas.* O incredibilem Dei erga homines amorem! Exiſtimat ſponſa, Cant. 5. ſatis amplificari ſui erga diuinum ſponſum amoris magnitudinem, cùm in langorem, & morbum, ſe illius gratia incidiſſe affirmet: *Adiuro vos,* inquit, *filia Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.* Cæterùm auctior oſtenditur, & longè cumulatior, diui ſponſi amor, erga ſponſam, cùm is, non ægritudinem illi aliquam, vt fit, ſed mortem, eámque acerbiſſimam, inuexerit. *Ieſus* (inquit Bernardus) *perdidit vitam ne perderet obedientiam.* Dicere etiam poſſet, IESVS perdidit vitam, ne perderet amorem.

Iſai. 1. Cant. 5. Amor Chriſti in nos ſuperat amore ſponſæ. Bernard.

IX. Vtinam huic amori reſponderemus! Quod ſi re ipſa, vt par erat, non poſſumus, quia opportunitas pro eo moriendi non datur, ſaltem votis, & cogitatione aliquid faciamus, quo amori illius vicem aliqua ex parte amore noſtro rependamus. Darius, vt ſcribitur Dan. 6. eximio & ſyncero amore Danielem

Dan. 6.

nielem proſequebatur : quare ea nocte, quæ conſecuta eſt diem, quo illum in leonum lacum, à Satrapis, Perſici decreti obiectione compulſus, demiſit, nec ſomnum cepit, nec cibum, animo turbato ſolicitè meditans; quid vir ſanctus inter leones ageret: *Abijt*, inquit Daniel, *rex in domum ſuam, & dormiuit incœnatus, cibique non ſunt allati coram eo, inſuper, & ſomnus receſſit ab eo: & primo diluculo conſurgens, feſtinus ad locum leonum perrexit*, &c. Hæc amoris ſigna in Rege illo barbaro eluxerunt. Quid nos? ſi te ipſa, quò amor ducit, pergere nequimus: pergamus cogitatione ſaltem, interdum diluculo, interdum veſpere ad loca illa, in quibus leonibus immaniſſimis, non vnus propheta, ſed prophetarum Dominus, circundatus hominum ſceleratorum, pluſquam leonina ferocitate, noſtri cauſa ad mortem vſque cruciatur. Siquidem (vt inquit Paulus) *dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate.*

Amoris ſigna in Dario erga Danielem inclusũ in lacu leonum.

VERS. 14. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, &c.

Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, non ſolùm vt nos redimeret, ſed etiam vt cœleſti cibo paſceret.

ANNOTATIO III.

X. NOn ſolùm amoris ſui argumenta præbuit Dei Filius, morte obita pro hominibus: ſed etiam diuini pabuli admiranda inſtitutione. Atque hoc eſt veri & excellentiſſimi amoris indicium. Amoris enim ſignificatio, maximè exiſtit, ex inſigni aliqua munerum largitione. Hinc 1. Regum 20. amorem nobis eximium, quo Ionathas Dauidem amabat, produnt ſacræ literæ: *Spoliauit* (inquit ſacer hiſtoricus) *ſe Ionathas tunicâ, qua erat indutus, & dedit eam Dauid & reliqua veſtimenta vſque ad gladium, & arcum ſuum, & vſque ad baltheum.* En dilectionis argumentum. Amor cordis, meritò comparatur calori iecoris, qui ſi vehemens eſt, erumpit actutum foras, & in manibus ipſis cernitur. Conſiderate, vos oro, quæſoque, Chriſtum cruci affixum, manuſque illius clauis traiectas, huc amoris calorem ex corde peruenisſe intelligetis. Rectè D. Greg. *Probatio dilectionis*, inquit, *exhibitio eſt operis.*

De Sacramento Euchariſtiæ in quo amor Chriſti proditur. 1. Reg. 20.

Amor cordis comparatur calori iecoris.

Greg. P.

XI. Si ergo dona amoris non obſcura ſunt indicia, quis dubitet Chriſti amorem magni facere, qui modum excogitauit, quo ſeipſum nobis in Euchariſtiæ Sacramento daret? *O larga* (inquit Vrbanus Papa) *& prodigia largitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore!* Magnitudinem illius beneficij omnes admirantur, quo Deus primos ſibi parentes aſtrinxit conceſſa arbore, cuius fructu veſcentes incolumem ducerent, & perpetuò duraturam vitam: ſed Euchariſtiæ donum cùm ſupernaturalem vitam tueatur, & conſeruet, multum illud ſuperat: *Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*, Ioan. 6.

Vrbanus P. P. In Euch. donator venit in donum.

Ioan. 6.

XII. Quid de illo dono memorem in ſolitudine datum? Tanta benignitate Dei aderat populo illi, vt ab Angelis factum, & mira iucunditate conditum fuerit, & per multos annos conceſſum. Imò Deus ipſe inſtituit, vt pars aliqua illius panis intra ſancta Sanctorum, in ipſa Teſtamenti Arca, ad memoriam diuinæ magnificentiæ, in vrna aurea cuſtoditetur, ſed quid hæc ad corpus,

Manna figura Euchariſtiæ.

corpus, & sanguinem Christi? Ad vsum reficiendi vires animi, nobis concessum est, in hac, qua viuimus solitudine. Cibus ille typus erat huius. Nutriebat ille corpus, à morte tamen non liberabat: *Hic verò* (inquit Christus) *est panis, qui de cœlo descendit, non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuit in æternum*, Ioan. 6. Ille panis ad paucos annos, hic vsque ad finem mundi conceditur. Ecce enim vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi; ait Dominus. Ille cibus erat tantum; hic Deus est in cibum concessus. Rectè vates Regius rem tantam præuidens, cecinit; *Non fecit taliter omni nationi.*

Ioan. 6. Manna ad paucos annos datum panis Eucharisticus vsq; ad finem mundi.

XIII. *Homo quidam fecit cœnam magnam*, apud Lucam, ait Christus. Quenam est hæc cœna? nempe ea, in qua ipse ad vescendum exhibetur. Magnificum vocatur opus tum quia tale est in se, tum quia consentaneum est ei a quo fit. Opus magnum fuit, & diuina dignum liberalitate, homini terram subiecisse, & terræ animantes: at Dei spectata magnificentia, non omnino hoc opus magnificum vocabis. Illud sine controuersia tale dices, quod *cœnam magnam*, Christus vocat, sanguinis nimirum, & corporis diuini in Ecclesia ad vsus fidelium propositum epulum. O cœnam verè magnam! Assuerus Persarum Rex, Esther 1. lautum imprimis & magnificum apparuit conuiuium, quod multis & ad multos dies sufficeret. Longè tamen magnificentior illa cœna extitit, in qua cibus ipse, Deus est, qui *cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*, ait, Ioan. 13.

Luc. 17. Cœna magna est conuiuium Eucharisticum.

Esther 1. Conuiuium Assueri.

Ioan. 13.

XIV. Christi erga nos charitas oppidò elucet, dum epulas nobis præbiturus, non alium panem, aut vinum, quàm diuinum, proposuit, suum nempe corpus, & sanguinem. Satis se amplificasse Nathan 2. Reg. 12. putauit amorem, quo non nemo ouem suam complectebatur, *Comedebat*, inquit, *de pane illius, & de calice bibebat.* Quid si diceret, carnem suam in cibum, & sanguinem in potum dedisse.

2 Reg. 12.

XV. Magnum argumentum amoris, quo Assuerus Aman complectebatur, Aman ipse iudicauit, & rectè quidem, *si meus non læua fuisset*, quòd ad lautum cum ipso Rege conuiuium ineundum fuerit inuitatus. Quid nos? quos ad sacram mensam Deus ipse cibus factus inuitat? Quis vnquam pastor carne sua oues saturauit? Quæ mater filio, vel sitibundo, sanguinis sui, scissa vena, hausturn dedit? Nulla vnquam vis hunc impulit amantem. Vicem huic amori rependamus, non alia re, quàm amore: *Pone me* (inquit diuinus sponsus suæ sponsæ, quam multis affecerat beneficiis) *vt signaculum supra cor tuum.* Quasi dicat, Pro amore, quo te complector, amoris vicem repeto, qui in memori pectore, sedem habeat. Conqueritur nanque Isaiæ 1. de Israëlitis, qui beneficiorum immemores existunt: *Filios*, inquit, *enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Agit cum populo suo, quem aluerat in solitudine suauissimo manna, & ingrati animi crimen illi obiicit. Nobis, si ingrati fuerimus, quid obiiciet? seu potiùs quid non obiiciet?

Sacrum Eucharistiæ epulũ, amorem Christi in nos, indicat.

Isai. 1. Queritur Deus de ingratitudine Israelitarum.

XVI. Amor diuinus, Dei Filium pro hominum salute, ad eam abiecerat humilitatem, vt similis hominibus videretur, habitu inuentus, vt homo. Quia, vt quidam ait:

Amor Christum ad res humiles descendere fecit.

Non

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur,
Maiestas & amor. Ouidius.

Necesse enim est, vt si Rex nimiùm amet vilem frabrum; Regem cum fabro; aut fabrum cum Rege, æquari. Imò si vir puerum amet, necesse est, vt ad pueri ludicra, ne dissimilis illi moribus videatur, se accommodet. Quid memorem Agesilaum, qui regiæ dignitatis oblitus, sceptro, diademate, cæterisque regiis insignibus depositis, cum puero filiolo, idipsum faciente, arundine equitabat. Reprehensus quidem fuit à Dynasta, leuitatis, ob eam depressionem, Agesilaus, obiurgatori tamen prudentissimus Rex quò amantis benevolentia progredi posset, significans, *Nunc*, inquit, *tace; cùm verò, filios & ipse habueris, tunc tibi per me licebit, Regis insaniam illudere.* Quo dicto significauit, amorem & Maiestatem eâdem sedem obtinere non posse. Quid dicam de diuino amore? parem nobis fecerat Dei Filium; Nobis ille natus, nobis datus fuerat. Nec id amori satis visum est: Alere insuper nos voluit, non cibo aliquo vulgari, sed suo corpore, & sanguine: *Delicia meæ esse cum filijs hominum*, inquit diuina sapientia, qui Christus est ludens coram eis, ludens in orbe terrarum. Quasi cum pueris nobiscum colluserit, eruditus nos, *vt abnegata impietate, sobriè iustè, & piè viuamus in hoc seculo.* Progressusque vlterius est: *Dedit semetipsum pro nobis, non solùm, vt nos redimeret, sed etiam, vt cœlesti cibo, hoc est, corpore, & sanguine suo pasceret.* Existimabantur olim columnæ Herculis meta orbis terræ; ideoque illis incisa erat hæc inscriptio: *Nihil vltrà.* Profectò finis omnium demonstrationum amoris existimatur à D. Ioanne, amor Christi: idcirco cap. 13. ait, *In finem dilexit eos*, Quasi dicat, nihil vltrà pro hominibus potuit, aut debuit facere diuinus amor; ad metas peruenit, in finem perductus est.

Agesilaus puero se accommodat.

Christus nos alere voluit cibo sui corporis. Prou. 8.

Columnæ Herculis olim meta orbis putatæ.

Amor vltra omnem modum. Cap. 13. Ioan

VERS. 14. Vt nos redimeret, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

Offerendum esse Patri æterno Christi in cruce immolati sacrificium, vt à peccatis mundemur.

ANNOTATIO IV.

XVII. NOn solùm redemptionem Christus suo sanguine perfecit; sed voluit præterea sacrificio illo crucis cruento, & Eucharistiæ incruento, ab omni labe peccati nos mundare. Offerat sacrificium hoc Patri æterno, qui remissionem peccatorum optat impetrare. Hac enim oblatione ritè facta licèt peccata tua multa sint, & grauissima, profectò exaudieris à Patre misericordiarum. Erant ex institutione Mosaica olim plura sacrificia, ex quibus potissimum locum obtinebat ad placandum Deum holocaustum, de quo Leu. 1. sic scribitur: *Holocaustum est, & oblatio suauissimi odoris Domino, &c.* Si auicula in holocausto oblata, sic Domino placebat; Filij Dei oblatio quomodo placebit æterno Patri? Oblationes, & holocausta Iudæorum aliquando Deo displicuerunt. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Holocausta nolui, incensum abominatio est mihi.* Hoc diuini Filij holocaustum semper Patri placet, nec displicere potest. Non auicula hîc, aut vitulus, sed Deus offertur. Psal. 39. n. 7. *Oblatio-*

Sermo, quo admonemur offerre Patri, dilecti filij cruciatus.

Leu. 1.

Holocausta Iudæorum Deo nõ semper placuerunt.

Psalm. 39.

Auguſt. *nem*, inquit, *& pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi, Ecce venio*, hoc eſt, vt Auguſt. interpretatur; ceſſauerunt ſacrificia adueniente Chriſto, qui hoſtia fuit eximia, ob quam præcedentes hoſtiæ eo ſolùm gratiæ erant Deo, quia illius figuræ exiterunt. Hoc ſacrificium Chriſti patientis, offeramus Deo; ſolet enim Pater accepta hac oblatione mundare ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.

Tunicas occiſi mariti aliquæ fœminæ ſeruarunt ob memoriam nos Chriſti flagella, &c. Pſal. 68.

XVIII. Aliquæ fœminæ, dolentes maritos crudeliter interfectos cruentatam illorum tunicam ſeruauerunt; vt filios conſpectu rei atrocis, ad vltionem parentum incitarent. Nobis filiis ſuis Eccleſia, tunicam ſponſi ſui ſanguine fœdatam oſtendit, vt eam Patris æterni oculis exhibeamus, non vindictam aliquam cogitantes, ſed vt munditiam conſcientiæ, & liberationem à peccatis, conſequamur. *Placebit ſacrificium hoc Deo, ſuper vitulum nouellum, cornua producentem, & vngulas*, Pſal. 68. *Videant pauperes, & lætentur.* Iuſſum eſt Hebræis, vt ſanguine Agni, tingerent domorum ſuperliminaria, vt in ſanguine illo virtus ſanguinis Chriſti, cuius typus erat, adumbraretur. Exod. 12. dicitur, *Erit autem ſanguis vobis, in ſignum in ædibus, in quibus eritis, & videbo ſanguinem, & tranſibo vos, nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero terram Ægypti*, &c. Peccatores fuerant Ægyptij, peccatores etiam Hebræi. Illi puniuntur: hi liberantur. Quid ita? Erant Hebræi ſanguine agni protecti. Quòd ſi ſanguinem agni tanti fecit Deus, quanti faciet Chriſti ſanguinem? Potens eſt hic ſanguis, ad retundendum diuinæ iuſtitiæ mucronem; & Dei iram mitigandam. *Acceſſiſtis*, ait Paulus, Hebr. 12. *ad Teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem, melius loquentem, quàm Abel.* D. Anſelm. hæc verba enarrans, ait: *Melius loquitur ſanguis Chriſti, quàm ſanguis Abel, quia ſanguis Abel mortem fraterecidæ petit: ſanguis autem Chriſti vitam perſequentibus impetrauit. Sanguis Abel expetit vindictam, ſanguis Chriſti miſericordiam. Ille vni nocuit; hic multis profuit. Et idcirco loquitur melius.* Hæc Anſel. An opus eſt plura perſequi? cœcus eſt, cuius in tanta luce caligant oculi. Quid non fecit Filius Dei, vt nos redimeret, & mundaret ſibi populum acceptabilem.

Exod. 12.

Sāguis Chriſti placet Patrem.

Hebr. 12.

Anſelm. Sāguis Chriſti meliùs clamat quàm sāguis Abel.

VERS. 14. Sectatorem bonorum operum.

De imitatione amoris, & paſſionis Chriſti.

ANNOTATIO V.

Sermo de imitatione, & cōpaſſione Chriſti, &c.

I. HVnc ſcopum, dum Chriſti pro nobis patientis amorem conſideramus, ob oculos proponere, æquum eſt, vt illius ſimus imitatores, quem ille ſibi propoſuit, nimirum populum habere ſectatorem bonorum operum, vt Paulus ait: *Quos enim præſciuit Deus & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui.* Quem locum enarrans Anſelmus ſuper epiſtolam ad Romanos, *Quos*, inquit, *præſciuit cōformes fieri imaginis Filij ſui, imitatores futuros Chriſti, etiam prædeſtinauit illos, hoc fore.* Vbi Anſelmus, ſecutus D. Auguſtinum, intelligit conformitatem, ad quam prædeſtinantur electi, ſecundùm mores accipiendam eſſe; videlicet, vt ſic viuant, qualiter ille vixit. Ille, non diuitias, non magiſtratus quæſiuit; ſed opprobria, cruciatus, & mortem acerbiſſimam. Imitari profectò decet, quæ ille amplexus eſt, iuxta illud 1. Petr. 2. *In hoc vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Paulò antè commen

Anſel. Rom 8.

Prædeſtinati Chriſto conformes eſſe debent in vita. 1. Petr 2.

commendauerat patientiam;quam tunc maximè, cùm nobis iniuriæ inferuntur,conseruare debemus:idcircò addit, *In hoc vocati estis*:hoc est,ad passionem, & crucem,Christi exemplo vocamini,optat habere populum sectatorem,siue, imitatorem vitæ suæ. Quid,quòd Apostolus, si vim Græci vocabuli expendas, non quamcũque imitationem significat, sed studiosam & diligentem:Propterea ζηλωτὴν, aliqui vertunt,*æmulatorem*. Quæ versio placuit Ambrosio, Hieron. & Aug. Græci igitur, vocis Græcanicæ emphasim obseruantes annotant, non simpliciter à nobis opera bona exigi ad imitationem Christi;sed cum zelo, id est,magna cum animi promptitudine,& alacritate,vt in capessenda virtute,ardor quidam nobis adsit omnino laudabilis. Quidni? *Charitas Christi* (inquit Paulus 2.Cor.5.) *vrget nos,æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus; vt, &, qui viuunt non iam sibi viuant,sed ei,qui pro ipsis mortuus est,& resurrexit,&c.* Apoc.10.liber oblatus Ioanni,dulcis erat in ore,in stomacho amarus. Continebat ille vitæ,& passionis Christi mysteria. Hæc narrata dulcescunt:quando verò à nobis exigunt imitationem,amaricari incipiũt. Dulce illud est,*Christus pro omnibus mortuus est*. At cùm subiicitur,*Vt qui viuunt,non iam sibi viuant,sed ei,qui pro ipsis mortuus est*; aliquid fellis vita nostra experitur. Deuorandus est tamen hic liber. Vtinam multi, vel ipsum sanguinem Domini sui, quo redempti fuerunt, sanguinem meditantes largiantur. Fiet enim exercitus Ecclesiæ his militibus,diabolo formidabilis. Vnum vel alterum,interdum non timet aduersarius,iuxta illud Iob. 41.*Non est super terram potestas,quæ comparetur ei.* Singulare,etiam si Golias apponatur,non horret certamen. Multitudinem timet,ieiuniis & flagellis se macerantium. Hac enim Ecclesia stipata,Cant.5.dicitur,*Terribilis,vt castrorum acies ordinata. Sodalitia* vocat Cant.6.diuinus sponsus,*choros. Quid videbis*(inquit) *in Sunamitide, nisi choros castrorum?* Ac si dicat:vbi videris cœtum aliquem hominum,qui vel hymnis,vel flagellationibus, aut Sacramentorum vsu mihi addictus est,cogita paratos contra Luciferum exercitus. Ad hos cœtus instituẽdos, inquit Paulus, *charitas Christi vrget nos.* Vocat Christi passionem, charitatem; quia opus fuit eximij erga homines amoris. *Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati,vt de peccato damnaret peccatum.* In quo similis videtur Dei Filius virgæ Moysis;quæ propterea proiecta in terram, versa est in horribilem serpentem,vt Magorum colubros deuoraret. Quod in Mosis virga Dei omnipotentia fecit,hoc amor diuinus in Christo operatus est,de quo Psal.109.*Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion.* Eum cœci Hebræi, ac si serpens esset, detestati sunt. Ille tamen eo contemptu factus potens;peccata omnia,quæ dæmones in mundum sparserant,hausit,& consumpsit.

Ambros. Hieron. Augusti. Imitatio Christi qualis esse debet. 1.Cor.5. Apoc.10. Liber oblatus D. Ioanni dulcis in ore & amarus in ventre quid significet. Iob 41. Timet diabolus multitudinem se flagellãtium. Cant. 5. Cant. 6. Ecclesiæ cœtus pij,vt sodalitia; sunt exercitus dæmoniis formidabiles. Rom.8. Paulus vocat Christi passionem nomine charitatis. Amor diuinus potens est. Psal.109. Christi passio medicina est sanandis peccatis plagis.

II. Insignitur insuper charitatis nomine Christi passio,qui medicina est, vel inimicis Dei sanandis;quàm aptissima. Vulnera sua dictamo capreæ & cerui curant;Aper,hedera:vrsus,formicis:talpę,ruta:colubri,funiculo:hirundines celidonia: ciconiæ,origano:columbæ,lauro. Quid anima? Solo Christi sanguine sanatur,Isa.53. *Cuius liuore sanati sumus*: Et Hebr.5. *Factus est omnibus obtemperantibus, sibi causa salutis æternæ.* Hæc autem medicina,licèt fellis & aceti audias vocabula, Ecclesiæ ita dulcis videtur, vt quæ illic amara fuerunt, ipsi dulcescant. *Dulce*,inquit,*lignum,dulces clauos,dulce pondus sustinet*. An non vides huiusmodi dulcedinẽ amoris effectum esse:In vascula cerea vndique bene ob-

Animalibus medicamenta à natura exhibita. Anima Christi sanguine sanatur. Isa.53. Hebr.5. Ecclesiæ dulcescunt Christi claui,&c.

Psal.68. Quæ amara sint in passione, amot dulcia reddit.

serata, & in profundum mare demersa, quicquid aquæ introit, dulce fit. Passio Christi mare est amarum, Psal.68. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me* (inquit Dominus) idem cor suum cereum meditatur Psal.21. dicens, *Factum est cor meum tanquam cera liquescens*; Ac si dicat, licèt omnia amara sint in passione clavi, lancea, spinæ; Amor tamen ita cor meum attemperavit, vt prorsus cereum illud reddiderit; quod aquæ passionis amaræ, dulces effectæ sunt. Patriarchæ Iacobi Gen.29. *videbantur dies pauci præ amoris magnitudine*. Quid Christo passionis, vel longissimæ cruciatus? Audi Apostolum, *Caritas* (inquit) *Christi urget nos*: Ad quid vrget? *vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est*. Conciliata nimirum amicitia per Christi sanguinem; vna debet esse vita in nobis, nempe Christus ipse.

Genes.29. Christi amor vrget nos ad meliorem vitam.

Panis symbolum. Pythagoras. Alex. ab Alex.

III. Panis symbolum est pacis. Vnde apud Pythagoram, *Panem ne frangito*, significat amicitiam non esse violandam. Huc pertinet, quod Alex. ab Alex. lib.2. cap.31. scribit nempe Syllani dominatus tempore multis aliquando in mensa appositis panibus, stupendo prodigio, vbi frangi cœperunt, exiliisse innumeras sanguinis guttas; quæ pacem ciuilem turbatum iri portendebant. Si ergo sanguis disiungitur odio & sanguine, amore sociatur; Illi gratitudinem Christo ostendent, qui dum eum pro nobis cruentum contemplantur; sanguinem flagris eliciunt, vt coram illo astent cruentati; aut saltem id agunt, quo eum videantur imitari. Habet imitatio Christi clamorem, quo Deum nobis conciliat; vt enim dicitur Psal.144. *Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum*. Nam, qui mundi fastum sequuntur, licèt sanguinem lanceolis è venis eliciant, vt olim prophetæ Baal; nihil obtinebunt; Clamores illorum non exaudientur. Irrisit Elias inuocantes Baal, qui idolum erat, 3.Reg.18. *Clamate voce maiori, forte est in diuersorio, aut in itinere, forte dormit, &c.* Quid de Deo vero Rex propheta: Psal.120. *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel*. Scopus igitur eius, quem de vita in sceleribus acta pœnitet, is sit, vt placere ei studeat, qui pro ipso passus est; non verò ad aucupium inanis gloriæ, aut ieiunet, aut flagris corpus cruentet. Lagenæ militum Gedeonis, & aërem continebant, & flammam; si extincta flamma fractis lagenis; aër tantùm foras erumperet, nihil fieret. Lucernæ, vel solæ ex fractione emicantes victoriam illis attulerunt. Aëris instar sunt opera pietatis: licèt flagra sint, aut ieiunia, si nihil aliud spectes, nisi humanam gloriam, flammæ sunt dæmonum victrices, cum vasis fictilibus nostri corporis, in quibus est anima, maceratione confractis, in Dei laudem cedunt. Sic enim viuere dicuntur ei, qui pro ipsis mortuus est. *Richar.Brix.* tom.2. litera sanguis, ab antiquis antidotum refert adhiberi solitum omnibus morbis, sanguinem à dextra ala columbæ ictu lanceolæ expressum. Fuerit id superstitio; continet tamen eruditionem, qua discimus, innocentiam sine felle malitiæ colere, columba significatam; & bona opera, quæ instar sanguinis sunt, ad dexteram rectæ intentionis, quod viri sancti faciunt dirigere. Atque, vt in pœnitentiæ actibus constantes simus, & meritum habeamus, *Recogitate* (inquit Apostolus Hebr.10.) *eum, qui talem à peccatoribus sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis vestris, &c.* Moris fuit apud Hebræos audita blasphemia, vestimenta scindere. Ad quem morem refert Theophyl. Matth.27. quod scriptum est, *Velum templi scissum est in duas partes*. Ac si diuinus Pater ea re voluerit indicare dolorem cœceptum ex blasphemia, & plagis impositis Filio suo. Erat illud

Sanguis ex ala columbæ olim medicina.

Hebr.10. Hebræi audita blasphemia scindebant tunicam. Theoph. Matth.27.

velum

velum instat vestimenti, quo sancta Sanctorum occultabantur. Quid nos? *Scindite* (inquit Ioel. 2.) *corda vestra, & non vestimenta vestra.* Corpus interdum cilicio & flagris scindendum est, ne dum cor, si eum aspicimus: *Qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo,* Apoc. 1. Iungantur pœnæ, quas pro peccatis suscipimus, pœnis Christi; & sanguis quem flagris exprimimus, illius sanguini, sic enim vt Zach. 13. ait: *Erit fons patens domui Dauid, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ,* &c.

Corda scindi debent dolore. Ioel. 2. Apoc. 1. Zach. 13.

IV. Abimelech, Iud. 9. num. 48. cùm vellet hostium succendere præsidiariam arcem, arrepta securi præscindit arboris ramum impositúmque humeris ferens, sociis ait: *Quod me vidistis facere, citò facite.* Sic Christus mundi præsidiarias opes incendere cùm moliretur, humeris suis crucem imposuit, dicens, Matth. 16. *Si quis vult,* &c. Et apud Lucam, *Tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Nullum diem abire permisit, sine crucis gestatione; Nam & ipse quotidie aliquid in corde, vel in corpore, passus est. Hinc Bernard. explicans, quæ sint illa Christi vestigia, ad quæ nos Petrus exhortatur, ait: *Omnes vie Christi secundùm carnem sunt, spontanea paupertas, cumulata vilitas, tam assumpta, quàm illata pœnalitas. Ad hæc igitur vestigia, ad hanc crucem quotidie sequendam nos inuitat Dominus, qui nec in illa quidem hora, qua transfiguratus apparuit, carere cruce aliqua voluit. Legimus enim etiam tunc, de excessu, & passione eum locutum fuisse cum Moyse, & Helia. Nos reiecta cruce, ad voluptates quotidie, si occasio datur, conuolamus.* Et quidem non ad suam, sed nostram, nos Christus ad crucem vocat: *Tollat,* inquit, *crucem suam.* Et tamen nostram etiam leuem abiicimus. Vnde Augustinus lib. de confl. vit. & vit. cap. 9. *Christus,* inquit, *opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucémque sustinuit: & nos miseri ad nostram confusionem, vno sermone fatigamur, vno verbo deijcimur.* Hæc ille. Sanè, erubescere æquum est eum, qui considerat Christo, sub grauissimo crucis pondere, ad terram cadente, homines erecto collo, & capite, nec tantillum commoueri. Non decent delicata membra, spinosum caput.

Iudic. 9. Christus præit nos, & vocat, ferens crucem. Matth. 16. Crux nobis quotidie præsto sit. Bernard.

Christi vestigia sunt cruciatus & dolores, quibus nec in hora transfigurationis caruit. August. in lib. de 83. dict. virt. & vitiorum.

V. Laudatur Vrias 2. Reg. 21. num. 11. quia noluit domum suam ingredi, vt fatigatum corpus ab itinere tantisper recrearet: *Arca Dei* (inquit ille Regi Dauidi, causam, cur domum non iret, scisitanti) *Arca, inquam, Dei Israël, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, & comedam & bibam?* &c. Quid agis anime, considerans in cruce positam Arcam, hoc est, Christi humanam naturam, in qua sunt omnes thesauri sapientiæ Dei absconditi? Christus Rex, & Dominus tuus, in cruce pendet vulneratus, & tu delitiis circumfluere desideras? Dum fugeret Dauid 2. Reg. 15. à facie Absalon, ait Dauid ad Ethai Gethæum: *Cur venis nobiscum? Reuertere, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. Respondit Ethai: Viuit Dominus, & viuit Dominus meus Rex, quoniam in quocunque loco fueris Domine, mi Rex, siue in morte, siue in vita, vbi erit seruus tuus.* O fidelem seruum! Hunc imitemur, qui deliciis domesticis repudiatis regem sequitur in periculis. Vbicunque fuerit Rex noster Christus, siue in monte Thabor, siue in cruce, illuc properemus. Vidit mundus creaturas sensu carentes sequi Christum, & veluti suas cruces, sibi ad imitationem sui Regis imponentes, luctu, tremore, caligine, & aliis modis dolentes, illi compati. Quid mirum, si nos compatiamur: sed heu! clamat Hieron. *Omnis creatura compatitur*

2. Reg. 21. Vrias exemplum boni militis sequentis ducem, & cũ eo patientis.

2. Reg. 15. Ethai patientem Dauid deserere non vult.

Omnis creatura cõpatitur Christo morienti. Quid homo?

Hieron.

Christo morienti, sol obscuratur, &c. Solus miser homo non compatitur, pro quo solo Christus patitur.

Psal. 7. Augusti. Christi humilitas retundit superbiam.

VI. Olim Dauid, Psal. 7. sic orabat: *Exurge Domine in præcepto quod mandasti, & Synagoga populorum circundabit te.* Hoc est, vt Augustinus exponit: *Quia humilitatem præcepisti, humilis appare, vt exemplo tuo, vincentes homines superbiam, non possideantur à diabolo.* Hæc August. Fieri non posse credidit sanctissimus Dauid, quin Deum humilem, homines non imitarentur. Et quidem multi Christum sequuntur, sed plures imitatores tantæ humilitatis optat Dauid. Quid illi Christo respondebunt in iudicio, qui tam insigne humilitatis exemplum imitari noluerunt? *Factus sum*, dicet, *pro vobis obediens vsque ad mortem*; vos autem, me neglecto, voluptates amplexati estis. In libro, qui inscribitur, De

Philipp. 2.

Philo Iud.

mercede meretricis non inferenda in sacratium, Philo Iudæus fingit, virtutem & voluptatem, veluti duas vxores, æmulatione quadam corrixantes, de animo hominis ad sui amorem alliciendo. Voluptas blanditiis, & læto lasciuóque vultu agit: virtus contrà seueritate, & vultu minimè lenocinante. Plures, proh dolor! ad se trahit voluptas. Qui sapientes sunt, repudiato lenocinio, virtutem sequuntur, quam in Christi cruce expressam cùm videamus; quæ *malum*, socordia nos, ab illius imitatione retardat. *Voluptas est*, inquit Cyprianus, *vicisse voluptatem.*

Voluptas, & virtus certât animum hominis ad se trahere. Cyprianus.

Theodor.

VII. Theodoretus super cap. 3. epist. 2. ad Timoth. duo fingit excitari simulacra; à virtute vnum; alterum à voluptate. Huius caput est, amor sui, cuius & lingua, & manus capiti congruunt. Illius caput est, amor Dei, cuius omnia membra, cum capite consentiunt. Si Christum sequimur, fabricari oportet, virtutis imaginem; quam nobis ille patientia, humilitate, & rerum humanarum contemptu in passione sua ostendit. Rectè à D. Thoma Apostolo dictum est, timentibus condiscipulis ire in Hierusalem: *Eamus, & nos, & moriamur cum illo.*

Simulacra duo, virtutis vnũ, alterum voluptatis; illud sequendum; hoc deiiciendum.

Milites, Abimelech imitantur. Iudic. 9.

Milites Abimelech, Iud. 9. vbi viderunt ducem suum præcidentem ramum, & super humeros gestantem; certatim ramos præcidentes, ducem sequuti, præsidium succenderunt. Quid nos facere oportet, Christum ducem nostrum videntes crucem humeris gestantem, vt mundi voluptates perimat? Videte Paulum ad Col. 6. ad imitationem Christi se totum efformantem: *Ego*, inquit, *stigmata Domini mei in corpore meo porto. Stigmata*, vocat voluptatum expulsionem, & carnis macerationem, exemplo Christi susceptam.

Exemplum Christi præcuntis nos. Coloss. 6. Stigmata Christi vocat Paulus carnis macerationem.

Hoc si fecerimus, à ligno crucis, summa aderit nobis, amaritudine aquarum vitæ huius satiatis, dulcedo. Inuenerunt Hebræi aquas in solitudine amaras, quid remedij ad sitim sedandam? ostendit Deus lignum Moysi, quo ille in aquas, quas Marà ob amaritudinem bibentes vocabant, coniecto, amaritudo omnis conuersa est in dulcedinem. Quomodo potuit lignum, aquæ amaræ conferre dulcedinem? Etenim, vt August. annotauit, si fauum mellis, quis in amaram vndam iecerit, nónne potiùs fauus amarus, quàm vnda sapida erit? Respondet huic quæstioni à D. August. proposita in lib. de mirabilibus sacræ Scripturæ, cap. 22. Gregor. Nyssenus in lib. de vita Moysis, potuisse quidem Deum solo verbo aquam potabilem facere, sed ligno voluisse vti, vt typum salutiferæ crucis insinuaret. Et Tertull. in lib. contra Iudæos: *Lignum*, inquit, *crucis tunc in Sacramento erat, quando Moyses aquam amaram, dulcem reddidit.*

August. Similitudo.

Greg. Nyss.

Tertull.

Non

Non ergo lignum crucis horrori nobis sit; ineſt enim illi, ſi Chriſtum pendentem conſideremus, ſua dulcedo; quam experta Dei Eccleſia canit, dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Nec mirum; Apparuit enim gratia Dei, & Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei; qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Crux dulcescit ſequenti Chriſtum. Eccleſia.

CAPVT SECVNDVM.

SECTIO VII.

VERS. 15. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

Græcè; Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς· μηδείς σε περιφρονείτω.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. HORTATVR Titum ad ſtudium frequentandi conciones, ſimúlque modum præſcribit; in quo licèt imperij meminerit, non iubet eum eſſe imperioſum. Alienum enim eſt ab eo qui humilitatem Chriſti imitari ſemper debet, etiam cùm oportet in rebelles imperio vti, agere imperiosè. Solùm ergo vult præcepta hactenus tradita, executioni diligenter mandari atque ſeriò iniungi populo. Non vult Paulus Epiſcopum imperioſum.

II. Pro, *Nemo te contemnat*, Græcè eſt, μηδείς σε περιφρονείτω. D. Hieron. aduertit, non vti hîc Apoſtolum eodem verbo, quo vſus eſt ſcribens ad Timotheum, dum ait: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* Illic nánque eſt καταφρονείτω, hoc eſt, deſpiciat, parui faciat; id enim propriè ſignificat καταφρονῶν. At περιφρονῶν, qui faſtu quodam ſibi videtur alio melior, ac ſapientior. Citátque quod eſt apud Ariſtophanem in Nebulis, vbi Socrates ſic loquitur, ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, hoc eſt, *ſcando per aërem, & pluris me noui eſſe, quàm ſolem.* Vult igitur Paulus, Titum ita viuere, vt nemo ſit, qui ſibi melior illo videri poſſit. Quaſi dicat, ita viue, vt nullus in Republ. ſit, qui virtutis ſtudioſior videri poſſit, quàm ipſe ſis. Sic enim fiet, vt poteſtas, & imperium tibi à Deo commiſſum, à nemine deſpiciatur. Nihilominus Theophyl. & ferè Græca ſcholia, & ex Latinis Brixian. idem ſignificari hîc, & in epiſtola ad Timotheum, putant, vt ſenſus ſit: Ita te geras, vt nemo te contemnere audeat. Quod non ſolùm ad inculpatam vitam pertinet: Verùm etiam ad id, vt ſeruato decoro, & cum autoritate faciat omnia; ſicut ſcriptum eſt: *Erat enim tanquam autoritatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum, & Phariſæi.* Tria itaque hîc adhibuit, Hieron. Ariſtophanes in Nebulis. Vitæ probitas, autoritatem cõciliat. Theophyl. Brixianus. Matth. 7.

buit, quorum primum ad doctrinam ſpectat: *Hæc*, Deum ſcilicet apparuiſſe iam per gratiam, & venturum cum gloria. Deinde, *loquere*, iis nimirum qui neſciunt, quæ fides docet. Tertiò, *exhortare* eos, qui iam didicerunt, vt in virtute proficiant, ſéque dignos ſecundo teddant aduentu. In his tribus modum exigit, qui tenendus eſt conſiderata Cretenſium natura: *Argue*, inquit, *cum omni imperio*. Eſt enim Paulus prorſus decori amans. Eſt vbi parcè loquendo infirmitatem propriam conſideret, vt 1. Corinth. 9. *Omnium*, inquit, *me ſeruum feci*. Et 2. Corinth. 4. *Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum*. Eſt vbi imperioſè agat, autoritate Apoſtolica conſiderata. 2. Corinth. 13. *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* Quod ille præſtitit, hoc Tito mãdat: *Exhortare, argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.*

1. Cor. 9.
2. Cor. 4.
2. Cor. 13.

VERS. 15. Hæc loquere, & exhortare, & argue.

Qualis debeat eſſe ſermo, & exhortatio ad populum habita.

ANNOTATIO I.

Concionatoris munus eſt docere, & flectere auditores ad pietatem.

III. MVnus Eccleſiaſtici Doctoris eſt; loqui docendo; & exhortari mouendo. Et vnum quidém ad doctrinam pertinet: Alterum, ad affectum, qui oſtenditur, cùm vis adhibetur exhortationi, & motus auditori. Vult autem Apoſtolus, vt ſi quis ſe ſacræ & ſanæ doctrinæ oppoſuerit, perrexeritque temerè, quæ velit, dicere; ille demum quæ nolit, audiat. Inſtar enim ſunt diuini verbi præcones medicis, qui leues morbos mitiori pharmaco; graues verò acerbiori ſanant, & prudentes agricolæ ſtirpes inutiles, alias ferro, alias igni inſectantur; ſic enim expurgato agro vberes expectant fructus. Duo hîc maximè notanda ſunt ex Chryſoſt. hom. 5. Primum eſt, Timotheo præcepiſſe Apoſtolũ, vt argueret, obſecraret, & increparet Epheſinos; quia nimirum magis erant iam in fide inſtructi, quàm Cretenſes: atque adeò nunc arguendo, nunc obſecrando, iam increpando cum illis agere, æquum erat: *Argue*, inquit, *obſecra, increpa*, 2. Timoth. 4. *At verò Tito præcipit, vt ſermone, & exhortatione vtatur; quia nimirum his duabus partibus, id obtinebit, quod neceſſe eſt, ad fidei dogmata infidelibus, quales erant magna ex parte Cretenſes, perſuadenda, & ſanam doctrinam rudis populi animis inſerendam. Addit tamen, eos, qui obſtiterint veritati, pijs exhortationibus, iam multis perſuaſæ, arguendos eſſe cum omni imperio.*

Chryſoſt. Aliter agendum cum Epheſinis, aliter cum Cretenſibus. 2. Tim. 4.

Cretenſes tépore Pauli erant ferè infideles. Chryſoſt.

IV. Deinde aduertit Chryſoſt. appoſuiſſe Paulum hîc, *argue cum omni imperio*, quod in epiſtola ad Timotheum prætermiſit; quia Cretenſium ingenium pigrius erat, idcirco oportuit admoneri Titum, vt feuerius & acriùs cum illis ageret. Præterea ſunt peccata quædam, quæ etiam adhibitis imperiis arcere neceſſe eſt. Modeſtia, manſuetudo, & ſimiles virtutes, ſola verborum admonitione indigent. At verò adulterum, auarum, ſcortatorem, auguria obſeruantem, conſulentem diuinaculos, cæteráque id genus tractantem, non ſolùm cum imperio, ſed cum omni imperio, compeſcere opus eſt. Cùm autem huiuſmodi ſcelera licentiùs graſſarentur apud Cretenſes, oportuit admoneri Epiſcopatum de remedio, quo frenari poſſunt, & ne latiùs funderentur, impediri. Idcirco addidit: *Nemo te contemnat.* Quæ verba explicans Theodor.

Cum imperio agendum cum obſtinatis & famoſis peccatoribus.

Theod.

air

ait: *Oportet, eum, qui est in diuinis literis eruditus, non ignanè ac remissè, nec cum illa timiditate hoc facere, sed cum libertate docere, & increpare, vbi opus est, &c.* D.Thom. hoc loco annotauit, admonitum fuisse Titum à Paulo, vt cum imperio arguat, quia natura fuit mitis; Qua admonitione non indigebat Timotheus, quia natura erat fernidior. Prudentis autem magistri est, se ad captum accommodare discipulorum. Non omittam verba, quibus Primasius explicat illam particulam: *Nemo te contemnat*, sic enim ait: *Talem te exhibe, qui contemni non possis: auctoritatem enim doctrinæ vitæ facit, &c.* Quare ille sermo vtilis erit populo, qui cum vita concionatoris consentiet. Is persuadebit sanam doctrinam auditoribus; atque vt vitam, ac mores ad pietatem conformet, efficiet. Tantùm valet conciliata sermoni ex virtute autoritas.

D.Thom.

Primas. Autoritatem doctrinæ vita facit.

V. Roget ergo probus doctor, & prudens minister verbi Dei diuinam Christi clementiam, vt dignetur ei dare os, & sapientiam ad exhortandum, & vbi opus fuerit arguendum, cui non possint resistere omnes aduersarij nostri. Vnde Apostoli, qui ad hoc munus Euangelicum destinatos se esse cognoscebant, dicebant, Act. 6. *Nos verò orationi & ministerio verbi instantes erimus.* Nec enim nisi prius orarent, rectè se munere suo fungi posse existimabant, Paulus ipse, qui nunc Titum ad prædicandum Euangelium instituit Ephes. 6. rogat, *vt detur sibi sermo in apertione oris.* Et ad Colos. 4. *orat, vt aperiatur sibi ostium sermonis.* Solet nánque Deus interdum ob culpam doctoris, interdum propter peccata auditorum subtrahere verbum suum. Id quod Paulus insinuat sibi contigisse, Act. 16. in Asia & Bithymia. Et prophetæ Ezech. dicitur cap. 3. *Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgãs, quia domus exasperans est.* Rogandus est igitur Deus, vt gratia ipsius & concionatori adsit, dum populum ad pietatem hortatur; & auditoribus, dum auscultant; sic enim fiet, vt pietas nostris animis accedat. Nec enim cum fructu audiri potest concio sine præsenti gratiæ auxilio. Hoc præsente Act. 16. dicitur, *Deus aperuisse aures Lydiæ purpurariæ, vt intenderet ijs, quæ à Paulo dicebantur.*

Act. 6. Ephes. 6. Colos. 4. Act. 16. Ezech. 3. Gratia Dei aperit cor audientium. Act. 16.

VI. Illud obiter annotauerim; dum Apostolus ait, *Hæc loquere & exhortare*; admonuisse nos, ne in concionibus alia inseramus, quæ non sunt in sacris literis, aut in sacra doctrina. Licèt enim interdum fas sit aliquid ex philosophorum dictis, & ex humanioribus disciplinis vsurpare; id parcè agendum est, & obiter, vt cùm quis audierit quempiam concionantem, acceptam à Paulo admonitionem intelligat, non obiurgandi licentiam. *Hæc loquere, & exhortare, &c.* Exoterica sunt, & à sacris concionibus abhorrentia, quæ in sacra pagina, aut in sacrorum interpretum libris non inueniuntur. Hæc contemptibilem reddunt sermonem, imò & concionatorem. Quod ne accidat, *Hæc*, inquit Paulus, *loquere, & exhortare*: nimirum, quæ à Christo, & ab Apostolis accepi, & tibi tradidi; omissis fabulis, genealogiis interminatis, & quæstionibus inutilibus.

Parcè ex philosophis & humanis artibus inferenda est doctrina concionibus. Exoterica sũt quę aliũde petuntur, quàm à sacra doctrina.

VERS. 15. Exhortare,& argue eum omni imperio. Nemo te contemnat.

Tribus rebus perfici visitationis officium in Tito Episcopis commendatum; exhortatione, imperio,& autoritate.

ANNOTATIO II.

Lustratio ouium prælatis cõmendatur.

I. ASsiduitatem inuisendi oues Christi,lustrandique prouinciam, Tito à se demandatam,& quid in ea agendum esset;hactenus Apostolus accuratè & sigillatim commendauit:vt non solùm ipse intelligeret,sed etiam omnes Apostolorum successores,hoc est,Episcopi,non minùs difficilem,quàm Ecclesiæ Christi vtilem prouinciam, sibi esse impositam. Et quidem eo difficiliorem Tito prouincia, promotione ad Episcopatum imposita apparet, quo illi iurisdictio latior,& ad plures populos,interiecto mari dissitos,extensior, concessa

Baron.tom. 1.Annal.58.

est.Vt enim Baronius ex aliis refert,Titus non solùm Cretensis Episcopus ordinatus est; sed & aliarum eiusdem maris, adiacentium insularum, cura illi tanquam Primati ab Apostolo fuit demandata. Quod si ita est,certè humanis humeris pondus officij, tam latè patentem inuisendi prouinciam, eo modo,

Titus Primas erat.

quo Apostolus præscribit, absq; peculiari Dei gratia, sustinere haudquaquam potuit. Traiiciendum erat passim mare;depugnandum cum turbato Æolo, atque irato Neptuno, somnus necessarius, & cibus interdum naturæ denegandus;exhortandi erant hi ad virtutem;illi à vitiis,minis & supplicio deterrendi.

Tit.1. Visitãdi munus necessarium est ad correctionẽ. Tit.2.

Expende quæ cap.1.recolat Apostolus,Titum officij sui admonens: *Huius*(inquit) *rei gratia reliqui te Creta, vt ea,quæ desunt,corrigas;& constituas per ciuitates presbyteros,sicut & ego disposui tibi.* Examen deinde eligendorum ad Ecclesiasticos gradus, quale futurum sit, virtutum & vitiorum catalogo proposito, docet. Capite verò secundo Episcopum instituit, quem in concionibus modum; pro tribunali sedens, inire debeat,vt senibus, adolescentibus, seruis,omnique hominum generi,vtilis sit.

II. Quia verò functio hæc tam necessaria est,vt ea prætermissa,deesse suo muneri Episcopus,censendus sit;tribus eam perfici rebus,ad finem huius capitis insinuat; ne quis impossibilitatem obiiciat,aut ignorantiam. Continentur verò hæ res,illis verbis: *Exhortare,& argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.* Prudenter admonet Episcopum sui muneris.Partes nánque illius sunt hortari, arguere,præcipere.Quia verò in iis,si assiduus sit, periculum est ne de autori-

Exhortatio, & reprehensio vbi opus est adhibenda.

tate iacturam faciat; *Nemo te contemnat*, inquit, hoc est, tuere autoritatem tuam. Hanc tuetur prælatus licèt frequenter lustret diœcesim , tum concionum vtili frequentia,tum morum integritate.Quas partes,& in duobus ad Timotheum epistolis,& in hac,ab exordio ad Epilogum vsque, qui sine oscitantia, eas legerit, facilè inueniet,impensè inculcatas. Videbatur hoc loco operæ pretium esse aliquid commentari de obligatione prælatos astringente ad residentiam, sine qua nec hortari possunt subditos ad virtutem, nec arguere de-

1.Tim.1.

linquentes:Id tamen prætermittendum duximus, quia ea de re cap.1.epist.ad Timotheum , super illa verba : (*Vt remanerem Ephesi*)quantum satis est, dictum existimo.Solùm de obligatione lustrandi prouinciam, & oues proprias agnoscendi,pauca in hunc locum conferam.

VERS.

VERS. 15. Exhortare,& argue cum omni imperio,&c.

Multis nominibus visitationis officium,quod hic ab Apostolo præscribitur, Episcopis conuenire.

ANNOTATIO III.

I. PRæstari ab Episcopo non posse, quæ à Paulo in hac epistola præcipiuntur nisi suis adsit subditis; & oues suas tanquam bonus pastor frequenter inuisat, nemo non videt. Quare commendari à Patribus solet quàm maximè hæc muneris Pontificij pars: quippe quæ difficilior est, & longè cæteris onerosior. Vnde nostro seculo vidimus,cum admiratione multorum, virum omni laude clarissimum D. Bartholomæum à Martyribus, Bracarensi Archiepiscopatui,quem summa vigilantia in Lusitania viginti,aut amplius annis lustrauerat,properera renuntiasse; quòd senectutis incommodis implicitus, huic Pontificij muneris obligationi,se satisfacere posse diffidit. Persuasum erat nimirum viro sanctissimo id,quod res habet,prælatos duces esse à Deo populis præpositos,qui nisi vigilantes sint, & strenui, magnum afferent Reipubl. detrimentum. *Dormitauerunt omnes,qui ascenderunt equos*,ait Regius vates,Psalm.75. Ac si dicat, qui in dignitatis fastigio sunt, instar equitum Domini exercituum, & plebi imperant (quod sine lacrymis dici non potest) cùm in puluerem descendere,& solem deberent,vmbratilem vitam,& otiosam secuti sunt. Petrum Ecclesiæ præsidem futurum, reprehendit Dominus,Matth.26.dicens,*Simon dormis? sic non potuisti vna hora vigilare mecum?* Quantùm noceat hic somnus,docet Augustinus lib.de pastoribus:*Omnis* (inquit) *qui in conspectu eorum, quibus præpositus est,malè viuit,quantùm in ipso est,omnes occidit,&c.* Non solùm virtutum ornamenta ad hanc functionem necessaria sunt, sed vires etiam animi & corporis; ne pusilli, qui prætermissi muneris causas ignorant,deesse sibi prælati sui præsentiam querantur. Illi nánque, qui per vicarios rem hanc perpetuò gerunt,similes mihi videntur, mulierculis, quæ fœtus suos in lucem editos,vt à lactandi & nutriendi labore liberæ sint,statim exponunt.

Episcopus, non potest satisfacere suo muneri, nisi subditos visitet.

Exemplum Archiepiscopi lustrantis prouinciam accuratè.

Psalm.75.

Sõnus Episcopis interdicitur. Matth.26.

Augustin. Prælatus,qui malè viuit, subditos occidit.

Qui per vicarios visitant,notãtur. Ioan.10.

II. Age verò,vt iam id attingam,vnde rei huius apparent momenta,quis nescit multis titulis visitationis assiduam vigilantiam Episcopis conuenire? Enim verò: si pastores sunt, vt sunt, animo attendant opus est,ad pastorum munus; quibus præcipitur, vt diligenter vultum sui pecoris agnoscant. Ait enim pastorum omnium princeps Christus, Ioan.10. *Bonus pastor proprias oues vocat nominatim.* Quibus verbis,non qualemcunque sed distinctam,& apertam significare voluit cognitionem: vt intelligat Episcopus, ita prospiciendum esse omnibus,quasi singulis; & ita singulis,quasi omnibus: atque omnia quæ deducendis ad æternæ satietatis pabula animabus attinent, in conspectu habenda,& veluti in numerato posita,obseruanda. Hinc enim plurimæ in Rempubl. manare solent vtilitates. Instaurantur templa;examinãtur mores;odia restringuntur, componuntur dissidia; ludi legibus vetiti impediuntur; adulteria & concubinatus, infamia notantur; laudatur in concionibus probitas; arguitur, & damnatur improbitas; scelera publica relegantur: occulta paterno affectu corriguntur. Monentur sanæ oues, vt ægri gregis aspectus consuetudinemque defugiant,

Cognitio ouium debet esse aperta,& distincta.

Vtilitates ex visitatione Episcoporũ prouenientes.

Virg. Ecl. 1. *Ne mala vicini pecoris contagia lædant.*

Rex est animata in terris Dei imago. Hieroglyphicum Deo & Episcopo conueniens. Ecnephus.

III. Quòd si Episcopi vices Dei in terris gerunt; nónne illis conuenit diuinæ prouidentiæ quædam imitatio? vir quidam sapiens, *Regem* affirmauit esse *animatam in terris Dei imaginem*; qui, vt opinor, Episcopum æquiori iure diuinum hominem sempiterni numinis personam in Republ. sustinentem, appellaret. Et quidem certè, quam antiquo hieroglyphico, prisci homines Deo imaginem tribuebant eam Episcopo aptari posse, nemo diffitebitur. Visitur in tabula picta Ecnephus Deus, ore ad maiestatem composito, capite & pluma eminenti insignito; corpore cærulea toga ornato, manibus quoque ad liberalitatis significationem extensis; zona denique stellatis imaginibus zodiaci speciem referente. Quis est, qui oris maiestatem, ingenij acumen; scientiam rerum cælestium solicitam largiédi curam, virtutumque omnium chorum, quasi signiferi circuli possessionem, in Episcopo non requirat? Iam verò si Deus oculus mundi vocatur, vt solem D. Ambrosius appellauit; quem alium oculum in Republ. Christiana, qui diuinum referat aspectum, Ecclesia Dei habet?

Episcopus oculus Reipubl. est. Naris typus est Reipubl.

IV. Quòd si nauis gubernatore ad puppim cum clauo sedente, hanc mundi vniuersitatem, quam diuina mens regit, & gubernat, exprimit; cur diœcesim, nauim; Episcopum gubernatorem non vocabimus; vt vna & eadem pictura Deus, & Episcopus intelligantur? At quomodo se Deus cum ouibus suis gerit? Audi apud Ezech. 34. Deum ipsum: *Ecce* (inquit) *ego requiram oues meas, & visitabo eas; sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, &c.* Quid enim pastor agit? imò quid non agit? Numerat capita: leuat humeris fessas oues; dispersas reducit in caulas, nihil non molitur, vt gregi suo vtilis sit & salutaris. Hæc omnia munera pastor animarum nostrarum Deus cumulatè præstat. Hæc Episcopis in vtriusque instrumenti sacra pagina præstanda, ita tradit, vt nomina ouium se exacturum prædixerit fœneratoria propè acerbitate. Immemores verò huius muneris grauiter Deus apud Zachariam his verbis increpat: *Sume tibi vasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit; dispersum non quæret, contritum non sanabit; carnes tantùm pinguium comedet, & vngulas eorum diuidet.* Hoccine ferendum est; vt pastori vtiles sint oues, ipse verò ouibus inutilis? *Gladius super humerum eius, & super oculum dexterum eius:* scilicet, vt operandi, & intelligendi vi orbatus, instar globi in præcipitia deuoluti, in vitia & dedecus feratur. Tanta est hæc flagitij immanitas, vt plerique omnes interpretes, non alium pastorem, quàm Antichristum indicari à propheta comminiscantur. O nunquam satis vituperatam pastorum, qui oues suas nunquam inuisunt, negligentiam! At inuisunt (inquit) per alios. Sanè; sed quæ vtilitas? Multa passim in visitationibus occurrunt, quæ non cuiuslibet, quantuncunque docti ministri, sed ipsius Episcopi autoritatem, opesque, & præsentiam requirunt, quibus deesse is sine scelere non potest, cui Ecclesia reditus & amplitudinem ideirco contulit, vt in ouile Christi eosdem reditus eandemque refundat honoris amplitudinem. Diœcesani quippe scelerum nocte turbati, in vmbra mortis habitant, cùm verò Episcopi eos præsentia sua, tanquam solis luce afflant; populus, qui erat in tenebris, videt lucem magnam, illudque Homericum vicini splendoris gaudio gestientes, cantillant,

Zachar. 11. Vasa pastoris stulti & dedecus. Magnũ flagitium est prælato, non agnoscere ouas.

Lætitia populi Christiani est præsentia Episcopi. Homer. Iliad. 8.

Hoc

Ἡὼς μὲν κερδίστη, σὺ δὲ πάντα τὰ πάντων ἐπ' ἄμεινον.

V. At nimius labor est (inquis) singulorum discutere causas, & conscientias. Fateor; sed laboriosior cura est in exquirendis quotidie prouentuũ expensis; nec eam tamen alteri committis. Quod aduertit D. Bern. lib. 4. de consid. ad Eugenium: *Quotidianas expensas, quotidiano reciprocamus scrutinio, & innumera Dominici gregis detrimenta nescimus? de pretio escarum, & numero panum cum ministris quotidiana discussio est: rara admodum celebratur collatio cum presbyteris de peccatis populorum. Cadit asina, & est qui subleuet eam; perit anima, & nemo est qui reputet: sic optimi æstimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam, vel nullam de maximis curam gerunt*, &c. Bernard. Solicitudo Episcopi in expensis domesticis minima vitupe-ratur, præsertim, si negligens sit in suo munere obeundo.

VI. Conuenit denique hæc Episcopis prouincia, quia prædicatores sunt: quorum Deus bone! quàm sunt speciosi pedes! officia verò quàm multis inculcantur tropis! in sacro enim eloquio, modò per nubes, modò per fluuios, modò per quadrigas, & sacra illa animalia, quæ in spiritu vidit Ezechiel insinuantur. Igitur si nubes sunt gratiæ rore madentes, quocunque gubernantis Dei eas arbitrium circunduxerit, debent, vt in pluuiam salutarem resoluantur, haud cunctanter conuolare. Si fluuij sunt, ab Ecclesiæ communis parentis paradiso enascentes, debent in varias terrarum oras excurrere, vt almo fluctu perfusa vitæ beatæ semina, fructum procreent ad sexagesimam vsque, & centesimam vsuram respondentem. Denique si animalia sunt, quadriiugam Euangelij rhedam trahentia, opus est, vt non vno in loco veluti boues in opimis pascuis, consistant, sed diœceseos suæ ad opes cœlestes cum populo Christiano cómunicandas, oppida singula perlustrent. Prouincia hæc visendi subditos imposita est, quia conciliatores sunt, &c. Ezech. 1. Nubes sunt Episcopi cœlestes. Rheda Euangelij quadriiuga est, ob Euangelistas.

VII. Quid ego nunc Gregorios, Athanasios, Basilios, Chrysostomos, aliáque in perlustranda prouincia, sibi à Deo demandata Reipubl. Christianæ sidera commemorem? Nota sunt hæc exempla, & in medio posita. Vnus Martinus Turonensis Episcopus, instar multorum esse potest. Non enim solùm suis ouibus bonus pastor vtilis fuit, populum inuisendi assiduitate nunquam intermissa; sed aliis etiam gentibus, quæ cognita viri sanctimonia, eius opem implorabant. Vtinam hoc ætatis nostræ seculo in Gallia, Germania, atque, vt melius optem, in toto terrarum orbe multos concederet Deus Ecclesiæ suæ Martino similes. Tales enim si parentum nostrorum memoria, Europa habuisset, non rueret florentissimus Angliæ status; non lugeret Germania; conseruaret Gallia proauitam religionem. Non audiremus, æreas campanas de sacris turribus deiici: cælata argento & auro altaria, frontalia, atque abacos, cum candelabris, & calicibus in profanos vsus conflari. Diuorum argento vel auro inclusa capita ad hastam in foro vænalia proponi; comburi sacrorum canonum, & conciliorum volumina; complanari templa; parthenones militum prædæ relinqui; risui haberi Cœnobiarchas; Ecclesiæ attributos olim prouentus, in vanissimas res conuerti, ex sexcenta alia sacrilegia, quæ, vt fœdum est audire, ita horret animus meminisse. Hæc quia iam acta sunt, meminisse propterea opus est, ne in posterum nostra incuria aliquid simile contingat. Adsit semper templis vestra præsentia, ó Ecclesiarum præsides; adsit vestra dignitas, adsint opes, exhortamini ad pietatem, in fide vacillantes; arguite honestarum actionum oppugnatores; iussis & interdictis agite. Est enim pusilli animi, & abiecti, vbi diuina gloria in pulueren nos & solem vocat, Martini Turonensis in visitandis ouibus cura. Religionis turbatio vbi vigilantes Episcopi nõ sunt. Exhortatio ad Episcopos.

velle in vmbra latitare, principum gratiam ambire, & Dei, quod pluſquam parricidiale crimen cenſeri debet, honorem negligere. Hæc nimirum illa eſt inſania, quam in Glauco Iuſtinianus, in proœmio Pandectarum, ex Homero animaduertit, permutante

Iuſtinianus Imp. Homerus.

χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων.

Habes in ſanctionibus Apoſtolicis per Iouerium collectis, claſſe 2. formulam viſitandi, quæ quàm laborioſa ſit, ex iis, quæ à Synodo Colonienſi præſcribuntur, conſtabit.

Iouerius. Claſſ. 2.

VERS. 15. Argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

Epiſcoporum eſt, fidelium litigÿs cum imperio, corúmque ſedare controuerſias.

ANNOTATIO IV.

I. CVm ea, quæ à Deo ſunt, ordinata ſint; politicum principatum, ſacerdotali eſſe ſubiectum, nemo, qui diuini humaníque iuris peritus ſit, dubitare poteſt. Vnde Gregor. Nazianz. in orat. ad ciu. Nazianz. pro concione: *An me* (inquit) *libere loquentem æquo animo feretis? Nam vos quoque poteſtati meæ, meiſque ſubſellijs, lex Chriſti ſubijcit. Imperium enim quoque nos ipſi gerimus, adeò etiam, præſtantius, & perfectius: niſi verò aquum eſt ſpiritum carnis faſcibus ſubmittere; & cœleſtia terrenis cedere,* &c. Quare cùm multæ inter Chriſtianos controuerſiæ oriantur, vt felici exitu concludi poſſint, hortatur Apoſtolus Titum, vt ex imperio agat cum diſcordibus. Niſi enim quaſi poteſtatem habens, quædam iubeat, alia interdicat, nihil efficiet. Agnoſcat igitur, ne patiatur ſe contemni, probéque omnia & laudabiliter conficiat, quàm excedens ſit poteſtas qua præditus eſt. Eam explicat Ambroſ. de dign. ſacerd. cap. 2. *Honor* (inquit) *& ſublimitas Epiſcopalis, nullis poterit comparationibus adæquari: ſi Regum fulgori compares, & principum diademati, longè hæc erunt inferiora: tanquam ſi plumbi metallũ, ad auri fulgorem compares. An non vides Regum colla ac principum ſubmitti genibus ſacerdotum? Imperatores ipſi ſacerdotum exoſculatis dextris, orationibus eorum, ſe credunt communiri,* &c.

Politicæ principatus Eccleſiaſtico inferior eſt. Greg. Naz. Imperium Eccleſiaſticum præſtat ſeculari.

Ambroſ.

Reges ſubiiciuntur ſacerdotibus.

II. Sacræ profanæque poteſtatis diſcrimen expendens D. Chryſoſt. in verba Iſai. hom. 4. & 5. *Regi* (inquit) *quæ hîc, commiſſa ſunt: mihi cœleſtia. Regi corpora commiſſa ſunt: ſacerdoti animæ. Maior hîc principatus: propterea Rex caput ſubmittit, manus ſacerdotis,* &c. Sic videmus, Fabianum Papam in Philippum Imperatorem; Ambroſium, in Theodoſium; Symmachum, in Anaſtaſium; & pleroſque alios ſacerdotes in alios principes animo intrepido inſurgentes; factas ab iis Deo, aut Eccleſiaſticæ diſciplinæ iniurias vltos eſſe; ſed id tamen, non niſi neceſſitate quadam aſtricti fecere, omne remedium priùs experientes, quàm Apoſtolicæ authoritatis gladium diſtringerent. Hoc illud eſt, iuxta interpretationem Auguſtini, quod dicitur in Pſal. 149. de poteſtate hac ſacra, omni alia præſtantiori; *Ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in*

Chryſoſt.

Pontificum in retinenda dignitate cõſtantia aduersùs Eccleſiaſtici iuris violatores.

Auguſtinus. Pſal. 149.

eis iudicium conſcriptum. Tales enim compedes (inquit Auguſtinus) *conſolidat vobis Epiſcopi manus*, &c.

III. Atque hæc, non ſolùm apud Chriſtianos diuinæ Scripturæ, Patrúmque conſenſione firma fixáque ſunt; ſed & apud barbaras gentes, quę ſimul atque aliquod diuinum numen animo concepêre, omnes æquè ſuis ſacerdotibus obedire decreuerunt, etiam in iis quæ ad politicum attinerent imperium. Et quidem Meroë, quæ eſt ciuitas Metropolis regni Æthiopiæ, ſumma poteſtas fuit penes ſacerdotes, tantáque autoritas, vt nonnunquam, miſſo nuntio mortem Regi imperarent, & ei alium ſufficerent, vt autor eſt Strabo, Geogr. lib. 17. Ioſephus antiq. lib. 14. cap. 16. Apud Athenienſes, in iudicio illo celeberrimo, quod Areopagus dicebatur, ſacerdotes itidem iudices erãt, ſummúſq; omnium ſacerdos; ſingulorum rogans ſententiam, colligebat ſuffragia. Sacerdotes apud Ægyptios, ius habuerunt aliquando ſummum, etiam in Reges. Strabo. Ioſephus.

IV. Nemini porrò mirũ videri debet, quod dicimus, exercuiſſe nimirum olim Epiſcopos, quam Apoſtolus apud Corinthios, conſtituit iudiciariam poteſtatem; vt & litigantium Chriſtianorum cauſas audirent, & definirent auditas. Gregorium Thaumaturgum his negotiis cognoſcendarum cauſarum fuiſſe implicitum Greg. Nyſſen. in orat. quam de illius vita ſcribit, dilucidè ſignificat: *Omnis quæſtio* (inquit) *diſceptatioque & omnis intricatus, difficiliſq; negotiorum nexus, illius conſiliis & admonitionibus reſoluebatur, & dirimebatur. Vnde ſingulis, illius beneficio tam æquitas, rectáque iuris conſtitutio, quàm pax erat*, &c. Mox ſubiungit: Litis mentionem, inter germanos fratres, de hæreditatis diuiſione, obortæ, eiuſdémque arbitrio definitæ. Quid Ambroſium referam? illum teſtatur Aug. confeſſ. lib. 6. c. 3. cognitione cauſarum ita fuiſſe implicatum, vt toto tempore, quo ipſe Mediolani commoratus eſt, nunquam inuenerit Ambroſium ab his liberum; vt quod diu optauerat, mentis ſuæ cogitationem tricas, longiori ſermone apud illum exponeret, ſicque conſcientiam pacaret. Sacerdotes pręfuerunt Areopagitarum iudicio. Epiſcopi exercuerunt iudiciariam poteſtatem in cauſis Chriſtianorum. Greg. Nyſſ. Greg. Thaumaturgus litigantes cõponebat. Ambroſ.

V. Profectò Apoſtolus, non ſolùm hoc loco inſinuat iudiciariam poteſtatem ad Epiſcopum pertinere, dum omnem hominum ætatem; & ſexum Titi prudentiæ committit regendum; ſed ad ſimem etiam cap. 5. epiſt. 1. ad Timoth. ad iudicium Epiſcopi pertinet, quod ait: *Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, pręcedentia ad iudicium*, &c. Et in 1. epiſtola ad Corinth. cap. 7. leges proponuntur ad diiudicandas coniugij controuerſias quàm aptiſſimæ. Porrò cum hoc imperio iudiciario hortari, & arguere, atque cenſuris agere, id duplici ex cauſa euenìebat; vna eſt, cùm à diſſentientibus inter ſe partibus arbitri eſſent electi Epiſcopi. Altera, cùm malè à ſecularibus iudicibus iudicata reſcindere expediebat. Extat apud D. Ambroſium epiſtola ad Marcellum, tom. 5. Romanæ edit. epiſt. 49. vtriuſque rei exemplum. Nam de controuerſia, conſenſu partium ad ſe delata, præmittens autoritatem Apoſtoli, 1. Cor. 6. ſic ſcribit: *Cùm ipſe arguerem, quòd adhuc inter vos maneret veternoſum iurgium, cognoſcendi mihi neceſſitatem partes impoſuerunt, &c. Neceſſitatem* vocat præceptum Apoſtoli, quo cognoſcere eam cauſam aſtringebatur. Vnde manifeſtum eſt, licuiſſe Chriſtianis cauſas Epiſcopo, quas vellent, committere definiendas. De cognitione verò, & retractatione ſententiæ malè, in profano foro latæ, agit idem Ambr. de off. lib. 2. cap. 29. vbi teſtatur, non ſolùm magiſtratuum praua iudicia ſe irritaſſe; ſed ſcita etiam, quæ iniuſto Imperatorum eſſent firmata reſcripto. Accedit Aug. qui in Pſal. 118. conc. 74. *Maligni* (inquit) *homines efflagitant, aut certè infirmos premunt,* Ambroſ. 1. Cor. 6. Olim Chriſtiani Epiſcopis committebant cauſas quas vellent, definiẽdas. Ambroſ. Auguſt. Pſal. 118.

munt, vt causas suas ad nos deferre compellant. Quibus dicere non audemus: Dic homo; quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos? constitutus enim talibus causis, Ecclesiasticos Apostolus cognitores, &c. Idem epist. 147. in qua agit de vnitate, & concordia Ecclesiæ procuranda; sic ait: *Et homines quidem causas suas seculares apud nos finire cupientes, quando eis necessarij fuerimus; sic nos sanctos, & Dei seruos appellant, vt negotia terræ sua peragant: aliquando agamus & nos negotia salutis nostræ, & salutis ipsorum; non de auro, non de argento, non de pecoribus, pro quibus rebus quotidie submisso capite salutamur, sed vt dissensiones hominum terminemus.* Hæc Aug.

In causis omnibus Episcopi olim erãt iudices arbitri.

Causas componere inter dissentientes, Episcopi est. Auguſt.

VI. Conqueritur sæpe Augustinus de hac iudicandi imposita sibi necessitate; queruntur & alij viri sancti; eam tamen à se deprecari non potuerũt; cùm sæpe vtilis fuerit; & interdum, ne Ecclesiæ detrimentum paterentur, omnino necessaria; vt quando Synesius, qui ex philosopho Gentili, factus est Christianus; ac deinde, licèt inuitus, cõsecratus Episcopus Ptolomaidis Cyrensis Pentopolitanæ prouinciæ in Ægypto. Videns nánque vir sanctissimus, edictum contra sacerdotes, se inconsulto, pro foribus Ecclesiæ affixum: tum cõtra Andronicum Pentopolitanæ prouinciæ præfectum, tum contra Tonantem, in eadem ciuitate magistratum gerentem, excommunicationis sententiam tulit in hæc verba conceptam:

Synesius ex philosopho gẽtili Christianus factus.

Excõmunicatio lata cõtra profanos magistratus pro libertate Eccl. Baron. to. 1. Anno 57.

Ptolomaidis Ecclesia, ad omnes vbique terrarum sorores suas, hac demandat: Andronico, & suis: Tonanti, & suis nullum templum Dei aperiatur. Omnis sacer cœtus, omne sacrum templum concluſum sit. Non est diabolo portio in paradiſo, &c. Hæc ipse Synesius epist. 57. qui floruit tempore Theodosij senioris. Vide Baronij Annal. tom. 1. Anno Christi 57. Hodie, quæ temporum est malignitas, vix, qui litigant, Episcopum suarum controuersiarum arbitrum eligunt: Ad seculares fori accurrunt tribunalia: dúmque auaritia stimulante, fraudes texunt, vix litigiis finem imponunt. Quare de solis causis religionis, penes Episcopos est cognitio. Quia tamen eorum magna est autoritas, si ipsi per se suas lustrent prouincias, omnia ferè componere possunt diſſidia: nunc hortando, nunc arguendo: iam bene omnibus faciendo, vt experientia comprobatum est. Nec verò Reges, & alij laici magistratus ægrè ferent, id curari ab Episcopis, vt litibus ad recti iudicij normam, sublatis, clientes ipsorum laudabiliter viuant, cùm hic sit scopus, quem sibi boni principes proponunt. Fruendæ nánque iustitiæ causa reperies olim bene moratos reges constitutos: *Hæc origo fuit regum. Rex* (inquit Arist. lib. 3. polit. cap. 10.) *debet esse custos, vt nec opulenti iniustum aliquid patiantur, nec plebs contumeliam accipiat.* Si ergo huiusmodi est, num succenſere potest ei à quo iuuatur? Gratias profectò, nisi desipiat, Episcopo aget, amicitiam, & pacem inter ciues, ex fidei præscripto componenti.

Nunc litigãtes ad seculares fori accurrunt tribunalia.

Cic. off. 2. Arist. lib. 5.

* * *

EPISTO

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM

CAPITIS TERTII

PERIOCHA.

Principibus parendum esse statuit, conglobatque generalia quædam documenta ad rectam vitæ institutionem pertinentia. Inter cætera autem mansuetudinem commendat, cuius virtutis nobis Christus singulare præbuit exemplum. Apparuit nanque illius in nos ab impietate conuersos, admirabilis cum humanitate benignitas. Tandem contentiosas disciplinas, & hæreticorum præcipiens vitare congressum, Titum ad se auersit.

CAPVT TERTIVM.

SECTIO I.

VERS. 1. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, 2. dicto obedire, & ad omne opus bonum paratos esse: Neminem blasphemare: non litigiosos esse; sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

Græcè; ὑπομίμνησκε αὐτοὺς, ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι; μηδένα βλασφημεῖν; ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. PRIMVM monendos esse præscribit omnes homines ad subiectionem, & reuerentiam maioribus præstandam, ac si dicat, Ne opineris commissum tibi populum, tibi tantùm subiici debere, non etiam mundi huius principibus, & laicis magistratibus. Sciant ciues tui, cui debeant parere. Admone illos, siue serui sint siue ingenui, vt obediant principibus, Græcè est, ἀρχαῖς, id est, principatibus, tum maioribus, vt sunt reges, tum minoribus, quales sunt duces, consules, tribuni. Soluant vectigalia, & census; subditi sint, & dicto obedientes, ne oporteat eos violentia constringi. Episcopo tũ subditi, subiiciuntur etiam laicis magistratibus.

Ambrof. Hieron.

ſtringi. Ambroſius, & Hieronym. *dicto* omiſſo, ſimpliciter vertit, *obedire*. Apud Græcos, πειθαρχεῖν, quod hîc ponitur, propriè eſt, *magiſtratibus parere*. Pro, *non litigioſos*, Græcè eſt, ἀμάχους, hoc eſt, *non pugnaces*, ſicu, quod idem eſt, non iurgij, ſiue contentionis amatores. Vult ſcilicet, vt etiam cum iis qui pacem oderunt, pacem habeamus, Pſalm. 119. Paulus igitur poſt peculiaria præcepta, ſingulis hominum gradibus tradita; communem iam omnibus ſubiungit doctrinam: Imprimiſque vult, vt ſe morigeros, & obſequentes præbeant, fideles omnibus Reipubl. magiſtratibus, ſiue principes illi ſint, neminem ſuperiorem agnoſcentes, quales ferè ſunt Reges, ſiue minorem gerant in adminiſtratione ſui muneris poteſtatem. Arbitrantur aliqui propterea hæc præſcribi ab Apoſtolo, quòd ea ætate, quidam docerent, Chriſtianos non contineri Gentilium principum imperio. Oportuit autem eam opinionem, vt perniciоſam, & conuerſioni infidelium dominorum obſtantem damnari. D. Hieronym. putat hæc dicta, propter Iudæ Galilæi dogma, de quo agitur cap. 5. Act. Accidit autem illius dogmatis promulgatio, vt ex Chronicis diſcimus, anno ſecundo poſt Chriſtum natum. Mirandum tamen eſt, eam ſectam vſque ad Pauli tempora, ſuos habuiſſe patronos. Porrò, ne res ipſa ignoretur, dogma hoc plurimos habuit ſectatores; ob eam cauſam, quia inter cætera hoc quaſi probabile præferebat ex lege, neminem debere Dominum, niſi ſolùm Deum, vocare; eoſque Cæſari tributa non ſoluturos, qui decimas ad templum deferrent. Hæc tam præpoſtera libertatis ſpecies, exitium attulit Iudæorum nationi, & nomini. Iudas enim prædictus, licentiæ magis, quàm libertatis amore flagrans, ſic ſolum Deum, Dominum habendum eſſe credidit, vt faciliùs quamlibet exquiſita pœnarum genera cum ſuis perferret, quàm mortalem aliquem appellaret Dominum. Declarauit hoc Eleazarus (vt ſcribit Ioſephus Antiq. lib. 18. cap. 2. & de bello Iudaic. lib. 7. cap. 28. & 29.) trium, Hieroſolymæ obſeſſæ, tyrannorum, longè ſeditioſiſſimus, in poſtrema ad reliquias Iudæorum, qui obſeſſi à Romanis erant, concione: ſibi videlicet, & ſuis decretum; nec Romanis, nec alij cuiquam ſeruire, niſi ſoli Deo, qui verus ſit, & iuſtus hominum Dominus; ſic vt ſe potiùs cum coniugibus, liberis, famulis & familiis interficerent, ſi ad eas redigerentur angustias, quàm quicquam contra hocamini decretum facerent. Hinc, multi Hieroſolymis, Alexandriam, & Thebas profugi, nullo tormentorum genere à Romanis victoribus, in eos priùs exercito, occidi cum pueris maluerunt, quàm vocare Cæſarem Dominum. Similis fuit, in diſſimili cauſa, non multis ab hinc annis Atrebatenſium obſtinatio. Ferunt enim, quoſdam malè feriatos Belgas, odio Francorum, depictis per muros publicè, & parietes, furcis, appenſiſque Gallorum inſignibus, vt Regem, qui id ætatis erat, Ludouicus XI. Francoſque ſuſpendi dignos ſignificarent; ita obſtinato animo fuiſſe, vt cùm ob perfidiam capite damnati, ſecùrim cernici diſtrictam, vel vnico verbo euadere poſſent, mori maluerint, quàm dicere, *Viuat Rex*. Ita Gaguinus lib. 10. quem refert Claudius Spenſæus digreſſ. 10. in epiſt. ad Titum. Cæterùm, non propter ſolum dogma Iudæ Galilæi, perniciоſum præcipit Apoſtolus, vt admoneantur omnes in vniuerſum fideles, obediendum eſſe principibus, & minoribus magiſtratibus; ſed ob alias etiam cauſas, nimirum, vt pax conſeruetur, qua fides propagari ſolet, & efflorеſcere; & Euangelij præcones, liberè poſſint ſuo defungi officio. Peculiariter, & ſcitè D. Chryſoſt. præ

Pſal. 119.

Falſum dogma eſt, quod aſſerit Chriſtianos non contineri Laicorum principum imperio. Hieron. Act. 5.

Iudæ Galilæi dogma pernicioſum.

Ioſephus. Eleazari obſtinatus animus nõ obediendi Romanis, neq; aliis principibus, niſi ſoli Deo.

Decretum ſequentium Iudam Galilæum contumax non vocandi Cæſarem Dominum.

Atrebatenſium furor contra Francos. Gaguinus. Claud. Spenſæus.

Cedit in fidei bonum, ſubiici principibus. Chryſoſt.

præcedenti cap. rationem attulit, cur oporteat, seruos fideles, dominis suis infidelibus obedire; & ab Apostolo eam obedientiam commendari; nempe, vt principes, & magistratus fidelium seruorum obsequio, & virtute capti; ad Christi fidem, quæ seruorum genus, alioqui impurum, & intractabile, ad modestiam conformaret; libenter accederent.

VERS. 1. Admone illos, principibus & potestatibus subditos esse.

Cur præceperit Apostolus fidelibus, vt se morigeros, & obedientes præstent magistratibus.

ANNOTATIO I.

II. COncinit hæc doctrina Pauli, cum illa Petr. 1. cap. 2. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum; siue Regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam à Deo missis.* Huius doctrinæ tradendæ, triplicem causam assignat hic D. Thom. Prima est, vt confutetur Iudæorum error, qui dictitant, non esse obediendum mandatis hominum. Secunda, vt pax sit & concordia in Ecclesiæ filiis, quæ fouetur humilitate, & obsequio, cuius nobis Christus Dominus egregium reliquit exemplum: maluit enim aliis ministrare, quam alios, vt sibi ministrarent, inducere. Tertia, vt sciant omnes deberi obedientiam maioribus, etiamsi infideles sint. Ad Hebr. vltimo dicitur, *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, &c.* Vbi Apostolus, quia victimarum meminerat, quibus olim obiectabatur Deus, obedientiæ meminisse, æquum esse putauit, quam loco victimarum in Ecclesia Dei Filius reliquit; imò quam Dominus semper victimis prætulit; vt habes, 1. Reg. 15. *Nunquid vult Dominus holocausta, & victimas; & non potius, vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quam victimæ, & auscultare, id est, obedire, magis quam offerre, &c.*

1. Petr. 2. Deum. Hebr. vlt. Obedientia præstanda iis, qui præsunt. 1. Reg. 15.

III. Quòd ait Apostolus, *obedire & subiacere*, obedientiam humilem, & reuerentem significat, quam suis præpositis subditi omnes debent exhibere. Theoph. enarrans verbum *subiacere*, intensam hîc vult significari per verbum, ὑπείκειν, obedientiam; vt subditi non detrectent etiam in operibus difficilioribus obsequi maioribus; subdit Theophyl. *Præpositis, id est, vestris omnibus prælatis obedite.* Deinde addit: *Quidcumque sint: etiam si prauus, & sceleratus fuerit? Quomodo dicis malum? Si circa fidem, fuge eum, etiamsi Angelus de cælo fuerit. Si autem in moribus malus sit, & vitæ peruersus, obtempera ei. Omnia quæcunque dixerint vobis, vt faciatis, facite; secundum autem opera eorum, nolite facere*; Matth. 23. Nam malè agens, haud aliis consulet, vt malè viuant. Nam & ipse talia perpetrans, rubore suffunditur, & pudet eum suorum scelerum. Quod vel inde liquet, quia conatur omni ratione occultare, quod perpetrat. Qui verò in se perueršus fuerit; populo etiam suam opinionem, & virus promulgare & enuntiare *cupiuerit*. Hæc Theophyl.

Theophyl. Prælatis etiã si praui sint si fidem retinent parendum est. Matth. 23.

IV. Vult Paulus exactam præstari magistratibus obedientiam, *dicto obedire*, hoc est, ad solum verbum præsidis 2. Thess. 3. *Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate.* Quia tamen non solùm necessaria est promptitudo, sed etiam discretio: additur, *Ad omne opus bonum paratos esse*; Non enim subditi maioribus suis obedire debent, nisi in opere bono, seu, vt Theologi lo-

2. Thess. 3.

Act. 4. quuntur, in licitis & honestis. Vnde Act. 4. dixerunt Apostoli Phari sæis impedientibus Euangelij prædicationem: *Si iustum est, in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, iudicate.* Hinc etiam cõstat, non teneri, vt D. Thom. hic annotauit milites in bello, quod iniustum est, principibus obedire. *Nam principa*, vt dicitur Rom. 13. *non sunt timori boni operis, sed mali.* Est igitur parendum Regibus, & magistratibus; quicunque illi sint, in omnibus, quæ pietati contraria non sunt. Ita Hierem. cap. 17. Iudæis suasit, vt se sua ipsorte submitterent Regi Chaldæo. Placet Deo hæc obedientiã, tum, vt per huiusmodi magistratus scelera nostra puniantur; tum vt hac ratione principes infideles, vt dictum est, cõsiderata tam eximia Christianorum vitæ puritate, ad Christi conuolent vexillũ.

D. Thom.

Rom. 13. Milites in bello non tenentur obedire duci iniustã præcipienti.

Hierem. 17.

Debetur prælatis obedientia, cùm ob alias causas, tum propter prouidẽtiam & vigilantiam.

Hebr. 13. Ribera in epist. Hebr. Chrysost. D. Thom. 2. Tim. 2. Chrysost. Difficultas regẽdi alios. Miror si potest, saluari aliquis rectorum. Chrysost. Aaron compulsus est accipere pręlaturam & tamen in periculo fuit.

V. Vnam, ex potissimis rationibus, cur parendum sit principibus, siue illi sacri sint, siue profani, reddit Paulus Hebr. 13. Postquam enim dixit: *Obedite præpositis vestris, &c.* agens præsertim de prælatis Ecclesiæ; subiunxit: *Ipsi enim pernigilant, tanquam rationem pro animabus vestris reddituri.* Hoc est, vt Ribera interpretatur, ipsi pernigilare debent. Verba enim sæpe in Scriptura non tam actum significant, quàm debitum. In quo sensu hæc verba intellexerunt Chrysost. & D. Thom. super 2. epist. ad Tim. c. 2. & quidem D. Chrysost. hom. 2. sic ait: *Considera, quantum periculi sit per singulos subditorum discuti, rationemque pro omnibus reddere. Quantumuis præposito honoris impendas, quantumuis obsequij deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam etsi animam ponas, ipse hoc pro te iugiter facit. Et si id minus facit, quia persecutionis non adsit tempus, tam tamen periculo æternæ mortis exponit.* Et super epist. ad Hebr. hom. 34. *Quid* dicemus infelicibus illis, & miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant, & se in tantorum suppliciorum abyssum iactant? Omnium, quos regis, mulierum, puerorum, virorum, tu rationem redditurus es: tanto igni tuum subiicis caput. Miror si potest saluari aliquis Rectorum. Post tantam enim comminationem, quam negligentiæ videmus illatam, video aliquos, etiam concurrere, ac præcipitare semetipsos tantæ moli, ac tantæ difficultati regiminis. Si enim, qui necessitate compelluntur, nullum poterunt habere refugium, nec excusationem reperient, quando res malè tractauerint, & quando negligenter administrationem gesserint suam. [Nam & Aaron necessitate compulsus est, & tamen in periculum venit: sed & Moyses periculã sæpe sustinuit, qui regimen illud sæpe recusauerat: & Saul postquam recusauit principatum in periculã incidit) quantò ergo amplius, qui cum studio, & ambitione petunt principatus, & semetipsos præcipitant, securiùs puniuntur? &c.] Vide D. Thom. loco citato: *Hoc est*, inquit, *maximum periculum, de facilis alterius rationem reddere, qui non sufficit de sui.* 3. Reg. 10. dicitur: *Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua, pro anima illius.* Reddent enim prælati in die iudicij rationem de subditis sibi commissis, quando fiet eis illa quæstio Hierem. 13. *Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?* Hæc enim vox est Chaldæorum insultantium Hierusalem, & vnicuique principi Iuda, Quasi dicat: Vbi est populus ille inclytus, & numerosus, de quo tantopere gloriabaris? quomodo ciues tui, non propugnant te? Vel saltem venientes ab Aquilone alloquitur propheta, & inuitat, vt extremam & miserandam Hierusalem denastationem considerent. Quos, & loquentes introducit, & scisitantes, vbi nam sit populus, & inclyti illi ciues,

D. Thom.

3. Reg. 10.

Hierem. 13. Exactè pecenda ratio vitæ subditorum à prælatis.

qui

qui olim Hierusalem incolebant, eámque sua frequentia nobilem efficiebant.

VI. Hinc fit, vt non possint non genere boni prælati sub tanto onere depressi, cùm videant plerosque inobedientes, de quorum culpis nihilominus sunt rationem reddituri: vnde Apostolus ad Hebr. loco indicato; *Obedite*, ait, *præpositis vestris*, &c. Deinde addit: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hebr. 13.

Anselm. explicans hæc ipsa verba: *Agricola*, inquit, *tunc cum gaudio laborat; quando attendit arborem, & fructum videt: segetem, & ubertatem. Videt enim, quia non sine causa laboravit. Sic est, de spiritualibus agricolis, id est, de præpositis.* Hæc Anselm. super eadem verba D. Thom. hunc adhibet commentarium: *Bonus prælatus multum gaudet, quando videt subditos bene operantes; quia tunc labor suus non est inanis.* Sic Paulus vbique, quos videbat sanctè ambulare, vocabat *gaudium meum, & corona mea.* Contrà verò bonus prælatus gemit in rebellione subditorum. Ad Gal. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Et Hierem. *Plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.* Sic 1. Reg. 15. & cap. 16. gemebat Samuel super reprobationem Saulis. Addit Apostolus eodem capite vltimo ad Hebr. *Hoc enim non expedit vobis*, videlicet, vt *prælati gementes pernigilent pro animabus vestris.* Si enim gementes pernigilauerint, timentes vestram inobedientiam, non id præcipient, quod vobis esset vtilius; sed quod vobis magis arridebit: atque adeò non tam vos præpositis vestris, quàm ipsi vobis obedient, teste Bernard. in serm. de tribus ordinibus Eccles. ad patres in capitulo. At qui non expedit, sine proposito viuere (inquit Chrysost.) Nam quod chorus sine phonasco, phalanx militum sine duce, nauis sine gubernatore, grex sine pastore, id docet Paulus nos esse sine præposito. Hæc Chrys. post quem Theophyl. in verbum illud, *gementes*, annotauit, prælati, etsi inobedientes subditos vlcisci non debeant, vt nec medici ægrotos, à quibus contemnuntur, sed gemitibus potiùs, & lacrymis eos frenare, vt hoc loco insinuat Paulus: at sæpe imbecillitate humana id suadente, & interdum id postulante prudentia, venient ex lenibus verbis ad aspera verbera, id autem, inquit Paulus, *non expedit vobis*, necessitate nimirum, non voluntate subiectos esse. Prætereà, *non expedit vobis*, quia gemitus prælati ob inobedientiam subditi, inuocat Dominum; qui seuerius vlciscatur: *Papæ! quantum periculum*, inquit Chrysostomus, & D. Thom. eandem rationem inculcans ait: *Nun expediet vobis. Deus enim vindicabit pro ipsis.* Psalm. 105. *Irritauerunt Moysen in castris Aaron sanctum Domini: aperta est terra, & deglutiuit Dathan*, &c.

Præpositi lætantur fructu subditorum, vt agricolæ segetibus. D. Thom. Galat. 4. Hierem. 9. 1. Reg. 15. Hebr. vlt. Gemit prælati cùm subditi nō obediunt. Bernard. Chrysost. Theophyl. Gemitus prælati, inuocat Dei vltionē. Chrysost. D. Thom. Psal. 105.

VII. Grauiter imprimis in eandem sententiam loquitur Theophyl. *Si cesseris*, inquit, *& morem gesseris prælato tuo, onus, quod ex cura tui, ille gerit, ei leue reddis, ac facile, vt qui gaudeat propter obedientiam tuam. Sin impudens fis, & inobediens, ipse quidem etiam sic vigilabit pro anima tua; veruntamen, nisi correxeris inobedientiam tuam, ingemiscet aduersum te ad Deum (neque enim aliter ei vindictam permittit Paulus, quàm per gemitum) quod maiorem pœnæ, ac supplicij pyram accendat, acriùs vindicem, ac punitorem Deum permanens.* Cæterùm quod Theophyl. ait, non licere prælatis Ecclesiasticis aliter quàm per gemitum vlcisci inobedientes subditos, intelligendus est, de prælatis, qui solam habent spiritualem iurisdictionem in Sacramento pœnitentiæ; aut de his, qui vires non habent ad puniendos subditos rebelles. Talibus namque Paulus vindictam non permittit, nisi per gemitum, ob tribulationem, quæ in Republ. orisi potest ex pœ-

Theoph.

Prælato non permittit Paulus vindictam, nisi cum gemitu.

Non solùm censura, sed igne etiam contra inobedientes Apostatas agere fas est. Ephes. 6.

na potentibus subditis inflicta. Quanuis autem aliqui Patres ætate D. Augustini dubitauerint, liceret ne hæreticos, & alios facinorosos igni & ferro per sententiam Ecclesiæ tradere; hodie nemo Catholicus de ea re dubitat.

VIII. Ex dictis non obscurè constat cui Apostolus morigeros & obedientes esse velit omnes Christianos magistratibus, etiam infidelibus, & laicis. Nam ad Ephes. 6. sic ait: *Obedite dominis carnalibus*, &c. *sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate seruientes, sicut Domino, & non hominibus.* Et hoc loco: *Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire ad omne opus bonum paratos esse*, &c. Optat nanque Apostolus, vt confutata iudeorum opinione, qua dictitant, Deo, & non hominibus esse obtemperandum, pectoribus nostris inseratur studium imitandi Christum, qui factus est pro nobis obediens, non solùm Patri æterno, sed etiam magistratibus, vsque ad mortem.

VERS. 2. Neminem blasphemare; non litigiosos esse.

Interdicitur subditis maledicendi & litigandi abusus.

ANNOTATIO II.

I. DVæ hìc quæstiones occurrunt. Prima est, cur prohibeat Apostolus, agés de obsequio magistratibus & dominis præstando, Cretenses, atq; adeò omnes fideles, blasphemare: cùm hoc verbum proprie Dei iniuriam respiciat. Secunda est, cur vetet, ne sint litigiosi, cùm litigia vitari difficile inter homines queant.

X. Ad primam diximus, sermonem hìc restringi ad eos tantùm principes, qui magistratus gerunt. Nam cùm tales, siue sacri sint, siue profani, locum Dei teneant, & sacræ literæ eos appellent deos, præceptum peculiare est, vt huiusmodi homines non blasphement, vel maledicant. Nam, βλασφημεῖν, proprie est *maledicere*; eámque significationem habet hoc loco blasphemandi verbum. Nam Exod. 22. scriptum est: *Principi populi tui non maledices.* Imò licèt, iuxta frequentiorem loquendi modum sacræ Scripturæ, & Theologorum, pro iniuria Deo, vel Sanctis, verbo illata, blasphemiæ nomen accipiatur, cùm Deus suam potestatem viris principibus, & magistratibus, & diuini nominis analogiam, communicauerit, recte vocatur blasphemia omnis maledicentia, qua illorum honor & fama læditur: Altiùs hìc rimatus est Apostoli doctrinam D. Hieronymus, in eo quod simpliciter dictum est: *Neminem blasphemare*, verat nanque iuxta illius interpretationem Apostolus, coniicere maledicta in quempiam, siue homo sit, siue Angelus, siue creatura alia. Omnia quippe à Deo facta sunt valde bona, Gen. 1. Si enim, vt scribitur in epistola Iudæ canonica: *Michael Archangelus cum diabolo disputans de Mosis corpore, non est ausus ei, maledictionem licèt dignissimo, iudicium inferre blasphemiæ; sed dixit: Imperet tibi Deus; quantò magis nos, ab omni maledicto puros esse debemus?* Merebatur quidem certè diabolus, maledicto notari, sed per Archangeli os maledictum exire non decuit. Huic Hieronymi expositioni simile est, quod Iosephus Antiq. libr. 4. cap.

Exod. 22. Blasphemia etiam in homines iactatur.

Hieron. Abstinendũ à blasphemia. Gen. 1. Iudæ epist. Angeli non inferunt, nec diabolo qui dem iudiciũ blasphemiæ. Iosephus.

cap. vltimo citat, velut, à Moyse scriptum, & sancitum, diis alienis nemo malè loquatur; siue, nemo blasphemet deos, quos aliæ ciuitates colunt. Et libr. 2. contra Appionem: *Noster*, ait, *mos est propria custodire, non alienæ accusare; & vt neque videre, neque blasphemare debeamus eos, qui apud alios putantur dij, apertè nobis legislator interdixit propter ipsam appellationem*, &c. Ego, id vbi dictum sit, non video apud Moysen. Nam illud Exodi 22. *Dijs non detrahes*. Hebraicè est, *Elohim*, quam vocem post Onkeli shargum, veteres, & noui interpretes, non tantùm verterunt, sed etiam exposuerunt, *Iudicibus*: Quam versionem, & expositionem, id reddit idoneam, quod statim sequitur: *Principi populi tui non maledices*. tum quod paulò ante præcessit, quando suspicio est, de aliquo, quòd furto depositum sustulerit; ait enim lex, *applicabitur ad deos*. Quis non videt, *Deos* hic vocari *iudices*? Quin & magistratus *Dij* vocantur Psalm. 81. *Deus stetit in Synagoga deorum, in medio autem Deos dijudicat*. Quod autem quis causari potest, Deos non maledicendos, quia nec nominandi sunt, verum dicet. Scribitur enim Exod. 23. *Non audietur nomen externorum deorum ex ore vestro*. Et confirmatur, non faciendam talium deorum mentionem ex Oseæ 2. & Zach. 13. Doctrina igitur D. Hieronymi sumpta ex Paulo est, non licere Christi discipulis, alicui creaturæ maledicere. Omnium verò minimè, Regibus, principibus, & magistratibus. De quo Canon Apostolicus 83. *Quisquis Regem, aut magistratuum contumelia affecerit, supplicium luito. Et quidem, si clericus, deponitor; si laicus, à communione remouetor*. Vbi Zonaras admonet, etsi lædere magistratus dicto, vel facto non liceat: fas tamen esse, eosdem cùm aliquid perperam agût, sine contumelia etiam acriter reprehendere. Quod præstiterunt aliqui Patres, nempe Fabianus PP. Babilas, Athanasius, Ambrosius, Chrysostomus, Gregor. PP. Bern. & alij: Extat in C. Theodosij lib. 9. tit. 4. Et Iustiniani lib. 9. tit. 7. lex vnica: *Siquis* (inquit) *malè Regis mentionem fecerit, pœnæ non subiacet. Nam si per lenitatem excessit, contemnendus: si per insaniam, miseratione dignus: si per iniuriam lacessens, id est, per gratiam condonandum*. Sed quæ de illo sunt, principi significari oportet. Hanc legem tulere Imperatores Theodosius, Arcadius, Honorius, sub his verbis: *Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda: aut temulentia turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit: eum pœnæ nolumus subiungari, neque durum aliquid, nec asperum volumus sustinere. Quoniam si id ex leuitate processerit, contemnendum est. Si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum. Vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur, vt ex personis, hominum dicta pensemus: & virum prætermitti, an exquiri debeant censeamus*, &c. Vides quantum absint à Christiana pietate, qui principibus maledicunt. Quod etiam ex eo fit manifestum, quod annotauimus, 1. Tim. 2. vbi Apostolus nos iubet, *orare pro dynastis, etiam infidelibus, & immitibus*. Nec eis parendum solùm suadet D. Petrus 1. c. 2. Addit insuper: *Regem honorificate*, &c.

Non detrahendum maioribus.

Exod. 22. Onkelus.

Magistratus dij vocantur.

Psal. 81.

Exod. 23.

Oseæ 2.

Zach. 13.

Hieron.

Canon. 83.

Supplicium proponitur contumelia afficienti prælatum. Zonaras.

C. Theodosij, & Iustiniani.

Quomodo puniendi, qui Regi sunt iniurij.

Maledictum leue non est curandum.

1. Tim. 2.

1. Petr. 2.

XI. Cæterùm D. Paulus hanc admonitionem necessariam esse putauit, quoniam Magistratuum vita maximè exposita est calumniæ, & improborum hominum maledicentiæ. Dum enim quosdam præmio augent; alios suppliciis premunt, quasi signum ad sagittam positi, detrimenta famæ experiuntur. Egregium nobis dedit D. Paulus exemplum non maledicendi principibus, Act. 23. Cùm enim colapho percussus iussu Ananiæ esset, & coram multis dixisset:

Act. 23.

dixisset: *Percutiet te Deus paries dealbate.* Audiuit eum, à quo percuti iustus fuerat principem esse sacerdotum: *Summum* (inquiunt astantes) *sacerdotum Dei maledicis?* Audita ille hac voce, *Nescebam*, inquit, *fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices.* Quod testimonium sumptum est ex cap. 22. Exodi, vbi sic legitur: *Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices.* Venerabilis Beda, expendit dictum Pauli. Sic enim ait: *Dicit se nescire principem, quia sacerdotium Iudæorum iam reprobatum est.* Etsi hunc verè nouerat, in nouo Testamento principem non esse sacerdotum; tamen eruditès alios modestiùs se habere ergà eos, quorum sunt in potestate, tèperatè respondet. Erasmus, quem citat Gagnæus, ita correxisse se ait Paulum, vt alios doceret, deberi reuerentiam iis, in quorum potestate sumus.

Paulus dolet quòd sacerdoti maledixerit; cùm tamen ille, iam non sacerdos, sed vmbra esset. Exod. 22. Beda. Erasmus. Gagnæus.

XIII. Poteramus hìc digredi ad notandam effrenatam quorundam litigandi licentiam, atque importunam, de his qui præsunt, admurmurandi & detrahendi consuetudinem; sed id præclarè factum est à D. Bern. monastici instituti, & moris scientissimo ser. 24. in Cant. vbi præter alia, sodales, siue adolescentulæ, quasi consolantes sponsam dolentem de admurmuratione aliquarum de numero ipsarum, quæ non idem saperent, dixerunt ei: *Recti diligunt te.* Sic enim ait: *Propter murmurantes & blasphemantes dicitur ab his, quæ bona, quæ simplices, quæ humiles, & mansuetæ sunt, sponsæ consolandi gratia. Recti diligũ te. Non sit tibi*, inquiunt, *cura, de iniqua reprehensione blasphemantium harum, cum constet, quia* Recti diligunt te. *Bona profectò consolatio, cùm blasphemamur à malis, benefacientes, si recti diligant nos. Omnino sufficit aduersus eos loquentium iniqua, opinio bonorum cum testimonio conscientiæ.* Psal. 33. *In Domino laudabitur anima mea; audiant mansuetì, & lætentur. Ergo in hoc sensu puto appositum,* Recti diligunt te. *Nec absurdè. Cùm vbique penè in choro adolescentularum tales inueniam, quæ actæ sponsæ curiosè obseruent, deroganda, non imitanda causa* &c.

Non est detrahendum de prælatis. Bernard. Cant. 1.

Bona consolatio cùm blasphemamur à malis. Bern. Psal. 33.

XIV. Quod ad secundam attinet difficultatem, ea facilè soluitur, si quis consideret, nulla re magis turbari hominum societatem, quàm litigiis, siue illa pro tribunali audiantur, siue in foro, aut domo aliqua priuata. Sunt aliqui pugnaces, & ad iurgia proclines; Qui huiusmodi sunt, si sui similes inueniant, si sub atroram rixari incipiant,

Sunt aliqui naturâ rixosi.

Virgil. *Antè diem clauso componet vesper olympo;*

quàm à pugna verborum, & interdum à pugnis, & mutuis sibi temperent iniuriis. In fœminis rixandi *inter suos*, maior ferè, quàm in viris libido est. Vnde apud Ausonium eleganter, *de infausto* matrimonio, queritur Grammaticus hoc epigrammate,

Ausonius.

Arma virumque docens, atque arma, virumq; peritus:
Non duxi vxorem, sed magis arma, domum.
Nàmque dies totos, totásque ex ordine noctes,
Litibus oppugnat méque meúmque larem.
Atque vt perpetuis dotata à Marte duellis,
Arma in me tollit, nec datur vlla quies.
Iámque repugnanti dedam me, vt denique victum:
Iurget ob hoc solum iurgia quòd fugiam.

Tria

Tria hîc distinguit D.Thom. hominum genera: quorum alij nullis verbis contristentur; sed omnibus assentiantur; vnde meritò assentatores dicuntur; Alij qui loquentium verbis omnibus resistant, & contradicant. Hi sunt litigiosi, quos hic, & aliis in locis, toties improbat Apostolus. Medium obtinent, qui verbis eorum, quibuscum agunt quandoque tristantur, quandoque delectantur; quod prudentis est. Huius varietatis exemplum nobis est Apostolus 2. Corinth. 2. super eodem homine modo peccante, tristatus; modò pœnitente, lætatus. D.Thom.

XV. Prælati quoque hîc monendi sunt, ne litigiosis hominibus ita dent aures, vt in ea occupatione toti sint. Orationi & concioni suæ tribuendæ sint vices: alioqui litigiosorum studiis velificari videbuntur; cùm præcipuæ partes Ecclesiastici præsidis, sint orare, docere populos, ædificare Ecclesias, meditari in lege, vt in lib. 1. de considerat. ad Eugenium scribit Bernard. Vbi admonet delegandas esse causas litigantium ministris ferè, imò remittendas, si omnino seculares sint, seculi magistratibus; quî secundùm leges Iustiniani ius dicunt. Nobis est, *Lex Domini immaculata, conuertens animas*, Psal. 118. illæ non tam leges, quàm lites: hæc pacis est, & concordiæ nutrix. *Tu ergo* (inquit Bernard. alloquens Eugenium) *pastor, & Episcopus animarum, quæ mente obscero sustines coram te, semper hanc fleres, garrire illa? Et quid vis me facere? (inquis) vt tibi ab his occupationibus parcas. Impossibile fortasse respondebis; facilius cathedrâ valedicere posse. Rectè hoc, si vumpere, & non magis interrumpere ista hortaver. Audi Apostolum, quid de huiusmodi sentiat; Sic non est inter vos sapiens, qui iudicet inter fratrem, & fratrem? & infert, ad ignominiam vobis dico: contemptibiliores, qui sunt in Ecclesia, hos constituite, ad iudicandum. Itaque secundùm Apostolum indigné tibi vsurpas tu Apostolicus officium vile, gradum contemptibilem. Vnde dicebat Episcopus, Episcopum instruens, Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus*, 2. Tim. 2. 2.Cor.2. Prælati orationi & concioni vacét, & nō semper litigiis. Bernard. Psalm.118. 1.Cor.6. 2.Tim.2.

XVI. Inuehitur deinde in quosdam, qui cùm illorum munus præcipuum sit docere; in seculi negotiis destinentur. *Habent hæc*, inquit, *infima, & terrena iudices suos, Reges, & terræ principes, quid fines alienos inuaditis? Quid falcem vestram in alienam messem extenditis? Non hæc dico, quia indigni vos, sed indignum vobis talibus insistere, vt potè potioribus occupatis.* Denique vbi necessitas exigit, audi quid censet, non ego, sed Apostolus, *Audet aliquis vestrûm habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos & non apud sanctos? An nescitis, quod sancti de hoc mundo iudicabunt? si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Angelos iudicabimus, quanto magis secularia?* 1.Cor.6. *sed aliud est incidenter in ista excurrere, causa vrgente; aliud vltrò istis incumbere, tanquam magnis, dignisque tali & talium intentione rebus.* Hæc Bern. Procul ergo sint litigiosi; & qui nolunt in suis controuersiis summum ius persequi Christianis suadendum est, ne sint litigiosi. Difficilè quidem est litigia extingui omnia; frænari tamen homines possunt, litigiorum artifices, iurgiosi, & pugnaces, ne ciuium turbent pacificationem rixis; & ne litem ex lite serant: quale multorum est ingenium. Reprehendendi sunt, qui cùm docere alios debeant, negotiis destinentur. 1.Cor.6. Litigiosis modus constituendus est.

VERS. 2. Non litigiosos esse.

Exprimitur à D. Bernard. serm. 24. in Cant. detrahentium consuetudo.

ANNOTATIO III.

Bernard. I. QVantùm noceat admurmurandi, & detrahendi consuetudo, & qualiter se gerunt, qui huiusmodi labe infecti sunt, satis expressit D. Bernard. cuius verba subiiciam, vt intelligatur, quàm vtiliter D. Paulus admoneat Titum, ne patiatur Christianos blasphemiæ aut maledicentiæ vitio inquinari; & in principes siue ille seculares sint, siue Ecclesiastici procacis linguæ iaculis vulnera infamiæ meditari. [*Torquentur*, inquit, in bonis, seniorum suorum, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, conuenire sibi, & sedere pariter; moxque laxare procaces linguas in detestandum susurrium. Vna vni coniungitur, nec spiraculum incedit in eis; tanta est libido detrahendi, audiendive detrahentem. Ineunt familiaritatem ad malè dicendum; concordes ad discordiam. Conciliât inter se inimicissimas amicitias, & celebratur odiosa collatio. Haud secus egère quondam Herodes, & Pilatus, de quibus narrat Euangelium Luc. 23. quia facti sunt amici in illa die, hoc est, in die Dominicæ passionis. Conuenientibus sic in vnum, non est dominicam cœnam manducare, 1. Corinth. 11. sed magis propinare, & bibere calicem dæmoniorum; dum aliorum perditionis virus, aliorum aures excipiunt. Sic quippe iuxta prophetam Hierem. 9. intrat mors per fenestras, cùm lethale poculum detractionis inuicem nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea in concilium detrahentium: quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo, Rom. 1. Detractatores Deo odibiles. Quam sententiam Deus ipse Psal. 100. affirmat: Detrahentem, inquit, secretò proximo suo, hunc persequebar. Nec mirum, cùm id vitium præcipuè charitatem, quæ Deus, est persequi cognoscatur. Deinde addit: Omnis, qui detrahit; primùm quidem se ipsum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendò intendit, nisi vt is, cui detrahit, veniat in odium, & contemptum ipsis, apud quos detrahit? Ferit ergo charitatem in omnibus, qui se audiunt, lingua maledica, & quantum in se est funditus necat, & extinguit.] De talibus Psalm. 13. propheta ait: *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Vtique tam veloces, quàm velociter currit sermo. Vnus est, qui loquitur, & vnum tantùm verbum profert, & tamen illud vnum verbum, vno in momento, multitudinis audientium, dum aures inficit, animas interficit. Cor siquidem felle liuoris amarum, per linguæ instrumentum, spargere, nisi amara non potest. *Ex abundantia cordis*, inquit Dominus Luc. 6. *os loquitur.*

Detrahentiũ mores.

Luc. 23.

1. Cor. 11. Lethale poculum bibit, & propinat detractor. Hierem. Rom. 1. Psal. 100.

Psalm. 13. Detractio ferit audientium charitatem.

Luc. 6.

VERS. 2. Non blasphemare, non litigiosos esse.

Detrahentium duæ species proponuntur à D. Bern. maximè notandæ.

ANNOTATIO IV.

Duæ species detractionis, vna aperta; alia fœbdola. II. SVnt species, inquit, pestis huius; dum alij quidem nudè, atque irreuerenter, vti in buccam venerit, virus euomunt detractionis. Alij autem quodam

dam simulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas præmitti alta suspiria, sicque quadam cum grauitate, & tarditate, vultu *incesto*, demissis superciliis, & voce plangenti egredi maledictionem; & quidem tanto persuasibiliorem, quantò creditur ab iis, qui audiunt corde inuito, & magis condolentis affectu, quàm malitiosè proferri. *Doleo*, inquit, *vehementer, pro eo, quòd diligo eum satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum.* Et alius; *Mihi quidem bene compertum fuerat de illo illud, sed per me nunquam innotuisset: At quoniam per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum; Dolens dico; re vera ita est. Et addit grande damnum. Nam alias quidem, in pluribus valet; caterum in hac parte (vt verum fateamur) excusari non potest.* Hæc Bernard.

Hæc Bern.

III. Illud non est prætermittendum, quod hic annotauit D. Thom. Monuisse nimirum Paulum fideles de verbis, quia in primitiua Ecclesia pauci peccabant factis. Verbis autem aliquem peccare, ait, Primò contra personam alterius, si ei improperia inferat; Vnde blasphemare prohibemur, hoc est, maledicentia quacunque vti, siue manifesta, siue occulta, 2. Petr. 2. sectas non metuunt introducere, blasphemantes. Deinde contra proximum, propter res exteriores. Ideoque dictum est, *Non litigiosos esse.* Sunt autem litigiosi, qui omni verbo resistunt, cùm 2. Tim. 2. scriptum sit, *Seruum autem Domini non oportet litigare*, siue, vt Græca sonant, *verbis pugnare, sed mansuetum esse ad omnes.*

D. Thom.

2. Petr. 2.

2. Tim. 2.

IV. Hinc facilè satisfacies secundæ quæstioni annot. 2. proposita. Cur videlicet vetet Paulus, ne fideles litigiosi sint; Est enim doctrina hæc omnibus vtilis, & necessaria. Quanuis re probè considerata, peculiariter præcipere videtur, ne cum magistratu exigente vectigal, pugnas ineant verborum, quod Græcè dictum est, ἀμάχους εἶναι, id est, *Non litigiosos*, vt vertit noster interpres, siue, *non pugnaces* esse. Non enim prohibetur, qui detrimentum patitur in bonis suis, litem intendere, & ius suum persequi. Tantùm vult Apostolus, vt modesti & temperati simus, cùm aliquid durius præcipitur. Vel certè loquitur de verborum litigiis, quibus Cretenses se mutuò carpebant. Vnde Bernard. in serm. de triplici custodia: *Leuis res*, inquit, *sermo, quia leuiter volat, & grauiter vulnerat: leuiter transit, sed grauiter vrit: leuiter penetrat animum, sed non leuiter erit; profertur leuiter, sed non leuiter reuocatur:*

Bernard. Verbum leuiter volat & grauiter vulnerat.

Nam semel emissum volat irreuocabile verbum;

Horat.

Vt Horatius, 1. epistolæ ait. Discant ergo fideles, non blasphemare; non litigiosos esse. Sic enim charitas inter illos elucebit.

VERS. 2. Sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

De modestia, & mansuetudine; quæ fidelibus ornamento sunt.

ANNOTATIO V.

I. NOn solùm maledicentiæ, & litigio aduersatur doctrina Pauli; sed etiam omnibus actibus à modestia, & mansuetudine, quæ hominem Christianum decet, abhorrentibus. Commendat autem duas virtutes vel maximè:

D.Thom. Modestia quid sit. Philipp.4. Ephræm. Descriptio viri modesti.

modestiam nimirum, & manſuetudinem. *Modeſtia*, vt hic definit D.Thom. *eſt virtus, per quam aliquis in actibus exterioribus, modum tenet, vt non offendat cuiuſquam aſpectum.* Eam Philippenſibus cap.4. Apoſtolus optat, dum ait, *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Latè funditur hæc virtus: *Temperans*, inquit B.Ephræm fol.39. *modeſtiæ frano linguam, temperat à conuitijs, & execrationibus abſtinet, non delectatur vanilocuijs. Vnum, in alterum calumniando & obtrectando non commouet: ſecreta celat, & ſilentio aliena contegit. Temperans in auditu, dicitur, qui aures rebus inanibus & maledicis non accommodat. In oculis, qui non paſſim, quæ oblectare poſſunt, aut quæ nefas eſt videre, reſpicit. Animo temperans eſt, qui ſic eum regit, vt non efferatur iracundia, nec cito exacerbatur. In gloria, modeſtia cernitur, quando quis ita mentem moderatur, vt nec honoribus, nec dignitatibus, nec laudibus aucupandis vincatur. In cogitationibus, cùm quis timore Dei, blandas, ardentesque cogitationes, reprimit. In cibis, quando nec delicationibus quis delectatur, nec extra præſinitum edendi tempus cibum appetit horamque anticipat; nec dapium varietatem, & pulchritudinem auidè requirit. In potu, quando non immodicè, non ſolum vino, ſed ne aquæ quidem potu fruitur.* Hæc ille.

In omnibus actibus qualis moderatio adhibenda.

II. In voluptatibus autem temperantes dicuntur, qui ſenſibus imperant; neque oblectantur iis, quorum poſtea odium capiunt, ac nauſeam. Ex hac doctrina, & omnium Patrum; qui verè continens eſt, & modeſtus, concupiſcentiam omnem carnis perſequitur, & ſuperat. Celebratur illa D. Baſilij ſententia: *Et mulierem* (inquit) *ignoro, & virgo non ſum.* Intellexit nimirum in corruptionem carnis; non tam in mulieris eſſe abſtinentia, quàm in integritate cordis, quæ timore Dei conſeruatur. Hanc D.Baſilij, ſententiam refert Caſſianus lib.6.cap.19. Vide, quæ in laudem continentiæ habet D.Baſil. in Regulis fuſiùs diſputatis in Reſponſ. ad interrog. 16.& 17. Et Caſſ. Collat. 12. per totum. Vide etiam Ephræm.tit. de intemperantia, & incontinentia. Vbi docet hominem intemperantem à quouis alio vitio facilè ſuperari. *Is*, inquit, *in mente ſua, rerum turpium velut picturam exprimit, atque effingit. In animo ſuo voluptatem, tanquam Scripturam aliquam depingit, & in illa cogitatione fixus hæret, immoraturque. Adeò, vt ſi videat Scripturam aliquam de temperantia recitari, mœrere incipiat. Si grauem ſeniorum de rebus vtilibus, ac bonis diſſerentium conuentum viderit, ab illo ſe ſubtrahat. Si verba de ieiunio audiat, turbetur. Tempore quietis, atque ſilentij, triſtis & infirmus eſt.* Hæc ille.

Baſil.

Caſſian.

Ephræm.

Intemperans à quouis vitio facilè ſuperatur.

III. De commendatione modeſtiæ, & vitio intemperantiæ, extat oratio D.Baſil. de temperantia; cuius initium eſt: *Alexander ille Rex Macedonum, cùm filias Darij in ſuam poteſtatem redegiſſet, &c.* Idem legendus eſt in Regul.breu. in reſponſione ad interrog.140. Gregor.Nazian.tom.2.aduersùs mulieres ambitioſè ſe ornantes. D.Chryſoſt. hom.22.54. & 55. ad Popul.Ant. & in ſerm. de carnis concupiſcentiis non ſectandis, qui incipit, *Excitatus à ſomno, ipſum ſe induc: indutus morigerum corpus redde, &c.* tom.5.& in ſerm.contra gulam, & cæteras corporis voluptates. Ambroſ.lib.1. de Caim, & Abel cap.5.tom.1. & lib. 1.de Abraham cap.6.tom.4.lib.1.de fuga ſeculi tom.1.lib.2.de apologia Dauid tom.4.Aug.lib. contra Iulianum tom.7. de ciu.lib.22.cap.22.tom.5. vbi multa inuenies in vituperationem incontinentiæ.

Nazian. Chryſoſt. Ambroſ. Auguſt.

IV. Quòd verò, nec hoc vitium, nec quodcunque aliud ſit leue putandum, ac propterea negligendum, docet Ephræm loco indicato: *Ea illis*, inquit, *qui*

Ephræm.

qui minimis, leuissimisq; de causis confundentur, nempe coram Christo iudice. Quod tibi lucrum ex tam leuibus, atque caducis istis esse poterit; At quæ difficultas ista vitare? Hac ille. Idem docet Greg. Naz. in suis præceptis ad Virgines, vbi hoc elegan- Greg Naz.
ti vtitur metro:

Nec verò in vitijs quicquam paruiq; leuisque
Ponderis esse putes. Qui paruis obnius sibit,
Is nunquam præceps scelera in grauiora feretur.

V. Alteram hîc virtutem fidelibus Apostolus commendat, mansuetudi- Mansuetudinis commẽdatio.
nem videlicet, qua iram, & insanos animi motus compescimus. *Omnem*, inquit, *mansuetudinem ostendentes ad omnes homines.* Huius se Christus virtutis magistrum exhibuit, Matth. 11. *Discite*, inquit, *à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et Iacob. 1. *In mansuetudine suscipite insitum verbũ, quod potest saluare animas vestras.* Beatus Ephræm de hac virtute agens, fol. 32. Beatum, ac felicem vocat virum, qui mansuetus est, citans illud Christi, Matth. 5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Intelligit namque nomine terræ, non hanc quam calcamus pedibus, sed illam ad quam spe non dubia, anhelantes, suspiramus. Deinde, *Vir mansuetus*; inquit, *omnibus operibus bonis decoratur. Quamuis afficiatur iniuria, lætatur; quamuis rebus aduersis prematur, tolerat; Deo gratias agit: In charitate iracundes placat: in pugna, tranquillus est, & sub imperio alterius, lætus viuit: Non pungitur stimulis superbiæ: in depressionibus lætatur. Ad omne opus bonum promptus est: A dolo, & inuidia alienissimus est; auersatur maledicentiam, & detractiones fugit.* Hęc ille. Eluxit mansuetudo cum modestia copulata in Onia summo Iudæorum pontifice, de quo agitur, 2. Mach. 4. Eius etiam defuncti modestiam recordatus fleuit Antiochus. *Erat vir hic benignus, verecundus visu, modestis moribus, eloquio decorus, &c.* Quid est, *omnem ostendentes mansuetudinem?* intelligo, summã; vt non solùm corde mites simus, sed & foris in incessu, in verbis, & in omni opere: Lyra intelligendam esse mansuetudinem ait secundùm dictamen prudentiæ; Nam quæ huiusmodi non est, animi pusilli nota est; quod etiam hic obseruat Theodoretus: *Non enim*, inquit, *aduersatur mansuetudini, qua doctrina traditur, si Episcopus peccantes arguat.* Portò hæc virtus, & auditoribus cõmendatur, Psal. 33. *Audiant mansueti & lætentur*; & præceptoribus, 1. Tim. 6. *Sectare mansuetudinem.* Denique omnibus, Eccl. 3. *In mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris.* Certè D. Augustinus, serm. 41. de Sanctis, peccatum esse censet, si quis pauperem etiam importunè petentem exasperet. Et Eccl. 4. dicitur, *Responde pauperi pacifice in mansuetudine.* At quibus exhiberi debet mansuetudo? *Ad omnes homines*, (inquit) *tum bonos, vt proficiant; tum malos, vt resipiscant.* Vide pulchrum sermonem D. Chrysost. tom. 5. in postrema editione Parisiensi, De mansuetudine, eiúsque laudibus. Vbi est eiusdẽ sermo, vt benedicamus maledicentibus, Christi, & Sanctorum exemplo. Vide etiam Basil. in Psal. 33. vbi enarrans versiculum illum, *Audiant mansueti, & lætentur*; Maximam omnium virtutum mãsuetudinem appellat; explicatque quis verè mansuetus sit. Idem videndus est in constitutionibus monasticis, cap. 14. Vide etiam carmen Greg. Naz. vbi varia exempla sacrorum virorum nobis proponuntur, qui mansuetudinis gloria excellentes fuerunt.

Matth. 11. Iacob. 1. Ephræm. Matth. 5. 2. Mach. 4. Lyranus. Theodor. Psal. 33. 1. Tim. 6. Eccl. 3. August. Eccl 4. Chrysost. Basil. Psal. 33. Greg. Naz.

VI. De iracundia, quæ contraria est mansuetudini, agit Ephræm, fol. 32. Ephræm.

Iræ damna.

vbi inter alia: *Iracundus*, inquit, *animam suam occidit. Semper in perturbationibus viuit. Semper corpus illius contabescit, animus angitur, caro marcescit, oboritur pallor. Sensus debilitatur: omnibus innisus, iracundus redditur. Ad mansuetudinem infirmus est, & ad improbitatem strenuus. Apud Deum & homines abominabilis est.*

Basil. Cassian.

Vide Bas. lib. de institut. Monachorum, cap. 83. Cass. lib. 8. per totum. Extat oratio D. Basilij in detestationem huius vitij, quæ inscribitur de ira, & inimicitiis; & incipit: *Maxima reprehensione dignus est homo Christianus, quòd ad vindictam procliuis sit.* Extat eiusdem sermo contra iracentes. Lege etiam carmen Iambicum, Greg. Naz. quod incipit,

Greg. Naz.

Iracor iræ, dæmoni intus condito, &c.

Chrysost.

Sermones etiam quosdã inuenies apud Chrysost. ad pop. Ant. tom. 5. De pœnis, quibus mulctandi sunt iracundi, agit Sanctus Pachomius in Reg. 85. Alia inuenies in lib. de ira apud Senecam.

Ex ira oritur maledicentia, & litigium. Hieron.

Ex hoc vitio oritur maledicentia, & litigium à quibus abstinere debent Christiani, iuxta Pauli doctrinam; quos decet: *Neminem blasphemare, non litigiosos esse; sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.* Et quidem D. Hieron. putat (vt diximus) præcipi in particula, *non blasphemare*, ne blasphemia proferatur absolutè: ne scilicet aliquis arbitretur licere sibi, Angelũ, aut aliam creaturam Dei blasphemare: Et paulò infrà; *Relege*, inquit, *veteres libros, & vide*, Deut. 27. *quæ tribus in monte Garizin constitutæ sint, vt benedicerent populo; & quæ in monte altero, vt maledicerent Ruben, qui maculauerat thorum parentis; & Zabulon nouissimus filius Liæ, & ancillarum liberi in monte Ebal ponuntur, vt maledicent eis, qui maledictione sunt digni.*

Deut. 27.

Hæc ille, statuens alienã esse à Christi schola omnem blasphemiæ, aut maledicentiæ consuetudinem.

***

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

SECTIO II.

VERS. 3. Eramus enim aliquando,& nos insipientes,increduli , errantes , seruientes desideriis , & voluptatibus variis , in malitia, & inuidia agentes, odibiles,odientes inuicem.

Græcè ; ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις , καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις , ἐν κακίᾳ , καὶ φθόνῳ διάγοντες , στυγητοί , μισοῦντες ἀλλήλους.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. PARTICVLA causalis,efficit,vt ad præcedentem sententiam recurrendum sit. Non maledici(inquit) non contentiosi simus:sed è contrario modesti, mâsuetique,& quidem ad omnes. Num,dicet aliquis,etiam ad infideles , aut falsò fideles?quî hoc possumus? Considera,ait,te non tam qualis es, quàm qualis fueris. Profectò contra iram , aut proximi contemptionem, eximium remedium est consideratio propriæ imbecillitatis. Vndè Plato philosophiorum modestissimus,quoties in eos incidebat,qui facerent indecori quippiam,secum suas ducens rationes, aiebat : *Num ubi , & ego talis?* Quod vtiliter monet Plutarchus , *De vtilitate ab inimico capienda : & de cohibenda iracundia.* Ex aliorum enim dictis,& factis nostra æstimantes, facilimè quid deceat assequemur ; & alios miserabimur magis , quàm contemnemus. Considerare nos hortatur Apostolus præteritum & præsentem vitæ nostræ statum. Sensus ergo est:Non moueat animum , quòd magistratus Ethnicus sit,aut flagitiosus:Nam tales,& nos fuimus olim , nempe antequam benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei,mentibus nostris affulsit. Circa particulam,*nos*,variant commentarij.Hieron.interpretatur , *nos Apostoli*, cui suffragatur Theod.Sic enim exponit hunc locum:Priorem nostram conuersationem in memoriam reuocemus; consideremus quot malis eramus obnoxij; & quòd cùm tales essemus, vniuersorum Deus nos salute dignatus est. Feramus itaque nos etiam eorum,qui adhuc errant, improbitatem. Se autem vnâ cum eis connumerauit Apostolus,non quòd fuerit omnibus criminibus obnoxius, sed vt qui fuerit persecutor. Hæc Theodor. Docet nos,iuxta hanc interpretationem Apostolus,ne alios, quos peccatis alligatos videmus , contemnamus; scelerum vitæ nostræ præteritæ meminisse. Sic enim vicem illorum dolebimus , & nostram felicitatem Deo ascribemus , qui nos eripuit de potestate tenebrarum.

Recordatio propriæ imbecillitatis reddit nos humiles cùm alij peccant.

Plato.

Plutarchus.

Hieron.

Theodor.

Theodor.

II. D.Chrysost.& alij Patres aptiùs particulam , *nos* , referunt ad omnes fideles,siue credentes : *Insipientia*,hîc,& passim in Scriptura stultitiam significat cum impietate iunctam,quale est illud Psalm.33. *Dixit insipiens in corde suo,*

Chrysost.

Psal.33.

non

Hieron. Cyprian. *non est Deus*, ἀπειθεῖς, quod noster interpres vertit, *inobsequentes*; Hieron. *inobedientes*; Cyprian. *contumaces*. Nos Græca voce illos intelligimus significari, quibus veritas persuaderi non poterat; πλανώμενοι, sonat Latinè, *errantes*, illo scilicet vago errore, qui similis est cursui errantium stellarum, quæ propterea planetæ dicuntur: *Seruientes desideriis, & voluptatibus variis*, hoc est, cupiditatibus, & flagitiosis actibus toti addicti eramus, & quasi mancipati voluptatibus. *Odibiles*, hoc est, qui digni eramus, vt omnium in nos odium concitaretur: & Hieron. nos ipsi, mutuo nos odio prosequamur. Porrò D. Hieron. qui hanc sententiam ad Apostolos refert, ait etiam Paulum ante fidem à Christo sibi diuinitùs concessam, non valuisse æstuantem voluptatum flammam restinguere, cùm non esset Dei templum: in quo igni de cœlo misso gratum numini peragitur sacrificium.

VERS. 3. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, &c.

Duplex admonitio sumitur ex verbis Apostoli ad Dei timorem, cum animi demissione copulandam.

ANNOTATIO I.

Timoris Dei nos admonet consideratio culpæ præteritæ. 1. Cor. 10. Theophyl. III. PRima admonitio est, timorem Dei in nobis, & humilitatem conseruari iuxta Apostoli doctrinam: interdum futuris terroribus propositis: interdum præteritæ vitæ in flagitiis actæ recordatione. In epist. 1. ad Corinth. cap. 10. vt annotauit Theophyl. ab futuris terret, vt non leuiter homines aliorum facta iudicent: *Qui stare*, inquit, *se existimat, videat ne cadat*. Hic verò à præteritis factis temperatiores reddit, ac si dicat, Non conuitiemur aliis, néve vituperemus eos, quandoque & nos ipsi olim in similes, aut etiam detestabiliores culpas lapsi fuerimus. Hac consideratione Iatro vnus ad alterum latronem dicebat, Luc. 23. Theophyl. *Quoniam in eadem damnatione es*. Porrò *insipientiam*, huius his mentio fit, refert Theophyl. ad tempora ante Christum natum, & ad homines à quibus Apostoli, & Apostolorum successores progeniti sunt. Quomodo enim non dementia erat seruire, & sacra facere diis, quos non virtus, sed adulatio numinis loco habuit? vt interim fileam incestos Hymenæos, & impuritates, quas vel nominare, pudor est. Illusit profectò variè illi seculo diabolus.

Brixianus. IV. Secunda admonitio, eò spectat, vt quo nos diuina beneficia magis extollunt, & conspicuos reddunt, eo nos demissiùs geramus, repetentes hæc diuini Apostoli verba: *Eramus enim aliquando & nos*, &c. Vide, inquit Brixianus, in scholio, circumspectam modestiam, atque vt hominem Christianum non deceat quenquam probris afficere, quamuis sceleratum & impium: *Et nos*, inquit, *in eisdem tenebris adhuc versaremur, nisi benignitas, atque humanitas Saluatoris nostri Dei, apparuisset*.

D. Thom. V. D. Thomas putat assignari hic rationē prædictorum, quod nos etiam annotauimus, præcipuè tamen illius vltimi, quòd sint mansuefacti ad omnes.

Diceret

Diceret nanque aliquis quomodo erimus mansueti ad infideles? Quomodo ad malos? Non enim hoc possumus. Cui respondetur: Considera te: qualis fueris. Est enim contra iram optimum & singulare remedium propriæ fragilitatis cogitatio: Idcircò vitæ præteritæ ratio repetitur: & status melior, & perfectior, qui beneficio Christi nobis accidit, sine vllis nostris meritis ante oculos ponitur. Ratio vitæ præteritæ ignominiosa est, siue intellectum consideres, siue affectum. Non erat tunc sapientia, quæ per fidem, aut peculiare aliquod lumen in lege gratiæ concessa fuit. Increduli erant olim homines, & infideles. Vnde dictum est, Ezech. 2. *Increduli, & subuersores sunt tecum:* nec id solùm, sed *errantes*, id est, falsum pro vero amplectentes. Isa. 19. *Errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo.* Atque eiusmodi erat ante fidem Christi annuntiatam hominum mens: affectus verò corruptus omnino erat. Is enim tunc rectus dicitur, quando seruit rationi; & licitis vtitur honestisque delectationibus. Corrumpitur verò quando rationis luce neglecta ad proprij arbitrij desideria rapitur. Hanc corruptionem significant, illa verba, *seruientes desideriis, & voluptatibus variis. Voluptates*, inquit D. Thom. *respiciũt peccata delectationum carnalium, vt sunt luxuria & gula: Desideria verò, quælibet alia vitia, vt sunt ambitio, & auaritia, & huiusmodi.* Eccles. 18. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluptate tua auerte.* Nec solùm affectus corruptus interiùs significatur, sed etiam exteriùs. Eam corruptionem, quæ ad alios funditur, exprimunt illa verba, *in malitia & inuidia agentes.* Est autem malitia, vt D. Thom. declarat, voluntas nocendi alteri: à qua malitiosus nominatur, qui aliis machinatur fraudem. Iacob 1. *Propter quoa abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, &c.* Inuidia autem felicitatis alienæ conspectu intabescit, Prou. 14. *Putredo ossium inuidia.* Quia verò cum affectu corrupto facilè coniungitur odium; addit, *Odibiles, & odientes inuicem*; Odibiles videlicet, vel Deo, quia peccatis se inuoluunt: *Sunt enim odibiles Deo, siue odio sunt Deo impius & eius impietas*, Sap. 14. vel proximo, quando id faciunt, quo digni sunt hominum odio, quos flagitio suo offendunt. Vt tandem constet, statum illum, qui præcessit aduentum Filij Dei in mundum, à charitate abhorrentem fuisse. Addit, *Odientes inuicem*; Quasi dicat, nos etiam odio in alios incendebamur: quod peccatum instar homicidij est, cùm 1. Ioan. 3. scriptum sit, *Qui odit fratrem suum, homicida est.*

Ad omnes siue fideles siue infideles modesti & mansueti simus.

Ezech. 2.

Isa. 19.

D. Thom.

Eccles. 18.

D. Thom. Malitia quid sit.

Iacob. 1.

Prou. 14.

Sap. 14.

1. Ioan. 3.

VERS. 3. Seruientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia, & inuidia agentes; odibiles, odientes inuicem.

Quàm miserandus sit hominis status, qui peccato inquinatus est.

ANNOTATIO II.

Duplex status; vnus infidelitatis, alter priuationis gratiæ proponitur vt humiliemur. Ambros. Hieron.

SIngulari eloquentia ac prope diuina describit Apostolus, quales fuerimus antequam fide Christi & gratia illustraremur: simul fœditatem indicat, qua animus vitiatur facta per peccatum gratiæ iactura. Hæc enim cogitata tumorem elationis humanæ deprimunt, & Dei gratiam, qua à tenebris ignorantiæ & malitiæ in lucem sapientiæ, & veritatis vindicamur, insigniter commendant. Ratione primi status insipientes sumus, inconsulti, siue stulti, vt Ambros. & Hieron. legunt. Et quidem Hieronymus in regula monialium cap. 11.

(Si fortè ille autor est huius operis) summos philosophos, hoc est, Aristotelem & Platonem, quia in eo statu vixerunt, fatuorum sapientum, hoc est, insipientium principes vocauit, iuxta illud ad Ephes. 1. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* An non est insipientia hominibus sceleratissimis, Ioui & Mercurio, imò mutis simulacris, è ligno, aut saxo dedolatis honorem detulisse, aut vt illis honor deferretur permisisse? Minùs insipientes fuerunt Persæ (licèt alioqui stulti, quòd solem, & ignem adorauerint.) Hi enim statuas erigere hominibus vita functis, & Deos putare homines, quod Græcis mos fuit, insaniæ tribuebant. Vnde Cambyses Cyri filius, de quo Herodotus lib. 1. 2. 3. viso Apis eiusque sacrificulis: *O capita*, inquit, *nequam: huiusmodi scilicet Dij existunt carne, atque sanguine prædili, ferrum sentientes? Dignus nimirum Ægyptijs Deus.* Sic locutus, sacerdotes flagris cædi; Ægyptios, vt quisque fetiari inueniretur, occidi iussit; ita festum vanis cultoribus infestum, & solutum. Apis semore in templo saucius, extabuit, & clam Rege tumulatus est. Vulcani simulacrum multo risu cauillatus est, &c. Impletum est illud Isa. 19. *Stulti facti sunt principes Taneos, &c.*

Ephes. 1.

Persæ hominibus vita functis statuas nõ erigebant.

Herodotus.

Isa. 19.

De cœcitate, in qua Ethnici, & qui sectis seruiunt, versantur, adulteria, odia, tumultus, furta, parricidia, & huiusmodi innumeræ labes, quibus ille status contubarus fuit, & quodammodo obbrutescere visus est, exempla recitare superuacaneũ erit. Non potuit non esse summa turbatio & confusio, vbi summa erat veritatis ignoratio. Erant homines, non diuinæ legi seruientes, sed desiderijs & voluptatibus variis in malitia & inuidia agentes.

II. At ille alius status, quem in his quoque verbis inuolui diximus, nostra etiam respicit tempora, & crimina. Audi diuinum vatem, post agnitionem gratiæ, quæ lux est vitæ peccato deperditæ, ingemiscentem, Psal. 37. *Miser* (inquit) *factus sum, & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar.* Peccatum, quo se miserum, & curuatum esse ait, quid est? Ego vulnus animæ intelligo, quauis luculenta corporis plaga atrocius; nónne à D. Thom. & à Theologis grauioribus peccatum primigenium vulnus vocatur, quo Adam se, & totam iugulauit posteritatem? Peccatoris typum nobis proposuit Christus Luc. 10. in homine, qui descendens à Hierusalem in Hiericho incidit in latrones, à quibus plagis impositis spoliatus fuit. Animæ liuorem esse, & plagam indicant verba Lamech, Gen. 4. *Audite me vxores Lamech, quoniam occidi virum in liuorem meum, & adolescentulum in vulnus meum.* Sunt qui putent excusari à Lamech peccati sui atrocitatem! Ac si dicat, *Non existimetis, ô Ada, & Sella, me ob mortem Cain ab aliquo vltore, occisum iri; quia si de Cain septies vltio dabitur*; id est, si septies, qui eum occiderit, punietur; iuxta Domini sententiam, cùm ille fratricida fuerit: *De Lamech, septuagies septies*, id est, multò magis: *quippe cum eum, non de industria, sed ex ignorantia percusserim. Quare quis audebit mihi manum inferre?* Suffragatur huic expositioni Paraphrasis Chaldæa, quæ sic habet: *Audite vocem meam vxores Lamech: auscultate sermonem meum, quoniam non occidi virum vt propter eum ego portem peccatum; Neque adolescentulum disperdidi, vt propter eum confundatur semen meum, &c.* Lyranus secutus Hebræos, ait, Lamech, diu viuendo, caliginem oculorum contraxisse; cumque, præeunte puero, qui dux viæ ei erat in venatione, cui propter animalium pelles vacabat, sagittam, quo ductor direxit, intorsisset; eoque iactu Cain, qui inter fruteta latitabat, interemisset, indoluit Lamech; sciens pœnam propositam ei, qui Cain occideret; Et in puerum

Peccator in mala incidit, quę non prę uiderat.

Psalm. 37.

D. Thom.

Luc. 10.

Gen. 4.

Parap. Chal.

Lyranus.

rum (qui tamen Cain feram esse putauerat) stomachatus, multiplicatis illum ictibus trucidauit. Vxores Lamech timebant, ne ab aliquo filiorum Cain, in vindictam, maritus earum occideretur. Quibus ille: Etiamsi occiderim virum, & adolescentulum ductorem meum, nihil mali mihi eueniet, quia si de Cain, qui primus homicida fuit, septies vltio dabitur, de me, cuius peccatum minus graue fuit, maior vltio dabitur? Ego sic explico hæc verba; occidi in vulnus meum, & liuorem meum, hoc est occidi vulnerando animam meam, quia duplex occisio peccatum fuit. Fauet huic expositioni, quæ ad rem facit, versio 70. Interp. quæ sic habet: Quoniam occidi virum in vulnus mihi, & adolescentem in liuorem mihi, subaudi inflictum; Ac si dicat, Cain & puer mortui sunt; Ego verò superstes sum vulnere lethali in anima percussus. De hoc vulnere Isa. 1. *Vulnus*, inquit, *& liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo*; Vbi iuxta expositionem D. Hieronymi, & Lyrani, *vulneris*, *liuoris*, & *plagæ* nomine, peccata intelliguntur illius populi.

Rabbinorū interpretatio, de Cain morte & pœna Lamech.

70. Interp.

Isa. 1.

Hieron.

Lyran.

III. Est peccatum animæ venenum, quod ne mortem afferat, antidoto indiget pœnitentiæ. Hierem. 8. dictum est: *An unguid non est resina in Galaad, aut medicus non est ibi?* Quo loco diuus Hieronym. per *resinam* intelligit pœnitentiam. Paulus Burgensin suis Additionibus loco *resinæ* ait in Hebræo poni *triacam*, quæ antidotum est contra venena & intoxicationes; vt nemo dubitet peccatum in anima toxicum esse, & venenum mortiferum. Sensus ergo verborum Hieremiæ est, Nunquid non sunt in Ecclesia medicamina contra peccati vulnera? quare ergo non est curata cicatrix filiæ populi mei? sanè clementiæ est extremæ nolle vti peccatorum remedio, quod præstò illi est ad sananda animæ vlcera; cui enim præstò non est pœnitentia.

Peccatum liuor est vulnus, & venenum.

Hierem. 8.

Burgens.

IV. Quid, quòd vulnus peccati inueteratum putorem affert, & fœtorem? Ambrosius explicans illa verba; *Corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ*. Est, inquit, sancto Dauid, spes, & remedium sanitatis, quia non vnguentum redolent, sed fœtorem suorum vulnere peccatorum, & quia affligitur his, atque curuatur, & non delectatur, &c. Qui diuturna in anima gerit vulnera, & nullum fœtorem percipit, quod diuiti epulonis accidit; is obstructas cœno nares habet. Est peccatum mentis corruptio, ex qua efflatur odor pessimus. Vnde propheta Psal. 31. Idololatras Hebræos notans, ait: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis*, hoc est, in iis, quæ summo studio procurant. Quid causæ esse putas, cur Deus præceperit in Exodo, vt semper in templo esset thymiama, & boni odores? An propter carnem, & sanguinem animalium, quæ in sacrificiis mactabantur ne illius nares offenderent? Credo id præcipuè institutum ob peccatorum fœtorem, pro quibus sacrificia illa fiebant. Hic enim maximè Deum offendit. Genes. 8. Exiens Noe ex arca, *Statim sacrificium de pecoribus, & volucribus mundis Deo obtulit, super altare*. Subditur: *Odoratus est Dominus odorem suauitatis*. Alia versio habet, *odorem quietis*; Ac si pectus diuinum ad vomitum propter carnium corruptionem prouocatum esset, quod tamen odor suauis illius sacrificij sisteret. Fœtor autem ille, non tam à carnibus (hæ nánque etiam hic erãt in immolatione) quàm à peccatis hominum, qui carnis voluptates sequebantur, nauseam commouebat, quæ suffimento deuotionis Noe tempereretur. Hunc fœtorẽ sæpe peccatores non percipiunt; quibus Autor incognitus super Psal. 115. accommodat versiculum illum, *Nares habent, &*

Putor peccati.

Ambros.

Peccata spẽ afferunt veniæ, quæ non redolent vnguentum, sed fœtorem.

Psalm. 31.

Cur odores in templo? certè ob fœtorem peccati pro quo offerebantur victimæ.

Gen. 8.

Autor incognitus.

Psalm. 115.

non odorabunt. Mali, inquit, *odorem virtutum non recipiunt: sed magis æstimant esse fœtorem: & fœtorem vitiorum æstimãt esse odorem.* Qui fœtidam exprant animam,
Luc.18. alios, quibuscũ agunt, inficiunt, ipsi nihil sentiunt. Bene sibi olebat Pharisæus, Luc.18. Qui dicebat; *Gratias tibi ago, Domine, quia nõ sum sicut ceteri homines, &c.* Publicanus verò malè sibi olebat, peccatorum suorum percipiens fœtorem. Id-circo pœnitentiæ antidotũ adhibuit; quod Pharisæus, quia nõ applicuit, Deum, & Angelos offendit. Fœtorem scelerum suorum percipiens Magdalena, non
Luc.7. est ausa sine vnguentis odoriferis ad Domini pedes accedere, timens videlicet, ne Christi nares offenderet, idcirco condonata illi sunt peccata, Luc.7.

V. Vt fœtorem peccati percipiant impij, & conuertantur à via iniustitiæ, Deus in illis interdum excitat olfaciendi vim, vt horrore concepto tesipiscant,
Amos 4. Peccati malus odor. Lyranus. Amos 4. *Misi in vos mortem in via Ægypti: percussi in gladio iuuenes vestros, vsque ad captiuitatem equorum vestrorum. Et ascendere feci putredinem castrorum vestrorum ad nares vestras, &c.* Sensus literalis est (vt inquit Lyranus) misisse filios Israel iuuenes electos ad effligatandum ab Ægyptiis auxilium contra Syriam: qui ab Assyriis intercepti, & cæsi sunt: cadauera occisorum insepulta fœtorem exhalarunt, qui ad mittentium nares peruenerit, iuxta vaticinium Amos. D.
Hieron. Hieron. altiùs hunc locum rimatus, nobis cum facit: Ambulantibus, inquit, in via Ægypti, id est, per mala mundi, quotidie immittit Dominus quidquid de superbum, & peruersum est, in iuuentute, & percutit, ne vsque ad senectutem perueniat; & tradit equos captiuitati, vt per præcipitia labantur in infernum: & facit fœtorem ascendere, vt cognoscant peccata sua. Sed valde miror quod sequitur: *Et non rediistis ad me*, dicit Dominus. Admirationem tamen adimit, quod oculis cernimus plerosque nimirum in cœno peccatorum anno integro
Ezech.32. Hugo. volutari, & in libidinis luto computrescentes vitam finire. Per Ezechiel 32. minatur Deus Pharaoni, dicens; *Irrigabo terram fœtore sanguinis tui.* Vbi Hugo: *Hoc fit*, inquit, *in bono, quando homini incipit fœtere peccatum suum, & cum lacrymis recolit fœtorem peccati sui. Quando enim peccatum fœtet in memoria, sæpe fructificat*
Psalm.37. *terra liberi arbitrij.* Sanè fuit principium iustificationis Dauid, quòd peccata veluti sanioſa vlcera ei fœtebant. Hinc illud: *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.* Glossa: Corruptio vulnerum alios per malum exemplum infecit, & eorum fœtor per totam vrbem diffusus est, quia inde occasionem sumpserunt peccandi contra Dominum, dicentes, Deum iniustè
Glossa. Fœtorem agnouit Dauid peccati sui. egisse reprobando Saulem, & eligẽdo Dauidem, qui satis peiora fecerat, quàm
2.Reg.12. ille; Quod dictum illi est à Nathan. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti nomen Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Aliqui Hebræi blasphemiam hanc non ad ciues, sed ad alienigenas, hoc est, ad
Ammonitæ Deum suum in gladio insculptum gestabant. Ammonitas, referunt, qui Vriam Ethæum occiderunt, Deo suo victoriam tribuentes. Solebãt enim si fortè quempiam Hebræum occidissent, Deum suum, quem in gladio insculptum gestabant, exoscular, dicentes: *Viuat Deus Ammonitarum*, quod cedebat in contumeliam Dei Israël. Hoc accidisse dicunt do-
2.Reg.12. ctores Hebræi in occisione Vriæ; ac propterea dictum à Nathan propheta 2. Reg.12. *Vriam Ethæum percussisti gladio, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon.* Non semel tantùm, sed his ait, illum interfectum, vt culpam aggrauaret, quam excepit blasphemia.

En propositum habes duplicem statum, infidelitatis vnum; alterum priua-tionis

donis gratiæ per culpam deperditæ; ab vtroque, vel ab altero liberatus cùm sis, modestè, & manſuetè agendum est, cum omnibus hominibus etiam infidelibus. An contemnendi ſunt inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis, & voluptatibus variis? minimè, inquit Apoſtolus. Fuimus, & nos aliquando tales; nec verò noſtris meritis in meliori ſtatu ſumus, ſed ſola benignitate, & miſericordia Dei, qui ſaluos fecit nos, per lauacrum regenerationis: potéſtque, quos nunc peccatis contaminatos videmus, eripere de potoſtate tenebrarum in ſortem filiorum Dei. Tantùm de ſtatu antiquæ legis. Sequitur ſtatus ſalutis per Chriſtum nobis allatæ.

CAPVT TERTIVM.

SECTIO III.

VERS. 4. Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus
5. nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fe-
6. cit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè, per IESVM
7. Chriſtum Saluatorem noſtrũ: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

Græcè: Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα, κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I.  Ic ſermo eclipticus eſt, poſtulárque vt aliquid ſuppleatur, videlicet, homines mutatos fuiſſe, & in meliorem ſtatum veniſſe, imò & nouos quodammodo factos: ex quo Deus illorum iniquam eſt miſeratus cõditionem, ſimul autem, ne quis ad Chriſti fidem vocatus inſoleſcat, videns multos in infidelitate, & aliis vitiis viuentes, non vocari: oſtendit Apoſtolus non hominum meritis, ſed diuinæ bonitati tribuendam eſſe vocationem, non ſolùm ad fidem, ſed etiam ad morum honeſtatem. Poterat in mentem venire homini Chriſtiano, ſe ante fidem Chriſti nunquam adulterium commiſiſſe, aut ſtuprum, cui flagitio obnoxium videt magiſtratum. Rurſus multa ſe virtutum opera exercuiſſe, ob

quorum excellentiam vocatus sit à Deo, permanentibus in infidelitate aliis, atque adeò ipsis principibus, & Magistratibus, quibus iubetur parere. His respondet Paulus, neminem propter sua merita vocatum fuisse ad Christi gratiam, sed ob solam Dei misericordiam, & bonitatem.

Hieron. II. Multus est D. Hieron. in accommodandis Paulo vitiis quæ ipse annumerat, dum ait: *Eramus enim aliquando, & nos insipientes, &c.* Quasi ipse, dum in prima persona pluralis numeri loquitur, conferat suam vitam in Iudaismo actam, cū eadem Christi gratia, & beneficio vocationis reformata, & ad omnem honestatem composita. Ait enim, Iudæos, qui ante aduentum Saluatoris, & passionem eius, & resurrectionem, in lege versati sunt; licèt non plenam, attamen aliqua ex parte habuisse iustitiam; sicut Simeon, & Anna prophetissa in templo Dei seruientes sunt reperti. Postquam verò populus conclamauit: *Crucifige eum: Non habemus regem nisi Cæsarem; & Sanguis eius super nos, & super filios nostros: & ablatum est ab eis regnum Dei, & traditum genti facienti fructus eius:* Ex eo tempore, qui in Christum non credidit: fuit stultus, errabundus, incredulus, & seruiens variis voluptatibus. An non vobis Paulus videtur fuisse stultus, quando habebat zelum Dei, sed non secundùm scientiam, & persequebatur Ecclesiam, & lapidantium Stephanum vestimenta seruabat? Cùm in tantum odij contra Saluatorem instigatus exarserit: vt literas à Sacerdotibus acciperet, pergens Damascum ad eos, qui in Christum crediderant, vinciendos? Aut vllas poterat habere virtutes, sine virtute Dei Christo IESV? Deinde subdit: *Quis autem maior error, & inobedientia, & vecordia, quàm, postquam respirauit dies, & præterierunt vmbræ, legem abolitam velle seruare, & dicere: ne attrectaueris, ne contigeris, ne gustaueris, & apparente solido cibo, & virili, infantia lacte cupere potari?* Hæc ille: putans, vt suprà annotauimus, Paulum de se, & Apostolis loqui. Peculiariter verò ostendere voluit, ea vitia in Paulo præcessisse eiusdem conuersionem, quæ ille enumerat, vt nihil suis meritis, sed beneficio Dei deberi, in cōfesso sit; qui se & Apostolos ad iustitiam vocauerit, quæ est in Christo IESV, per lauacrum regenerationis; quasi dicat, Non est cur nobis aliquid boni arrogemus, nósque aliis præferamus; eramus enim aliquando illud; hoc verò sumus, cùm apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei.

Vitia Pauli ante conuersionem.

1. Cor. 1. III. Affirmat idem Hieron. à quibusdam ita intelligi hunc locum, vt non de Paulo, & Apostolis, sed sub Apostolorum persona, de aliis dictum putent. Vt quo pacto 1. Corinth. 1. sub persona sua, & Apollo & Cephæ, de dissensione & schismate, quod obiurgabat in Corinthiis, est locutus: ita etiam in præsenti loco, se, & Apostolos nominans, ostendat, omnes, qui in Christo crediderant, quales fuerint, ante lauacri vitalis regenerationem; simul autem excitat nos ad norandam mirabilem Pauli humilitatem, dum ait se sine Christo vitiis omnibus seruisse; vt intelligant omnes, qui cum Paulo ad gratiam vocati sunt, Christi merito, non suo, beneficium vocationis adscribendum esse.

VERS.

VERS. 4. Cùm autem benignitas,& humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei,&c.

Quid ſit benignitas, humanitas, & lauacrum regenerationis.

ANNOTATIO I.

DVæ voces hic ſunt valde notandæ; nimirum benignitas, & humanitas, pro quibus Græcus codex habet, ἡ χρηστότης, ἢ φιλανθρωπία. Primæ vocis emphaſis ſecundùm Stoicos eam virtutem inſinuat, quæ ad omnium vſus accommodata eſt,& parata, & quadam facilitate ingenij ad bene merendum de aliis, nos applicat,iuxta illud Menandri, χρηστὸν γὰρ ἀνὴρ, ἀγαθὸν κοινόν.

Hæc benignitas & lenitas in Chriſto maximè eluxit, qui omnibus hominibus tanquam commune bonum præſtò fuit, opémque attulit lapſis, vt reſipiſcerent. Hinc Eccleſia:

Se naſcens dedit ſocium:
Conueſcens in edulium:
Se moriens in pretium:
Se regnans dat in præmium.

Angeli in Natali Chriſti die,dum gloriam Deo in excelſis cecinerunt,in terra, pacem optarunt hominibus bonæ voluntatis,hoc eſt,benignis, & ad benefaciendum propenſis,vt refertur Luc.2. Luc.2.

I V. Secundæ vocis emphaſis, quæ Græcis eſt, φιλανθρωπία, & à Latino interprete dicitur,*humanitas*,à D. Hieronymo *Clementia*, non aliud ſignificat, quàm ſtudium, & amorem erga homines. Hunc amorem Deûs declarauit, præter beneficij alia nobis collata, in præparandis hominibus ad potiundam æternam felicitatem. Hinc φιλάνθρωπος, hoc eſt, *hominum amicus*, vocatur, ſicut,& diabolus, μισάνθρωπος, id eſt, *oſor hominum*, de quo Chriſtus, Ioan. 8. *Ille homicida fuit ab initio*: alludens ad tentationes, quibus Adamum, & illius poſteritatem,tanquam lethifero gladio iugulatos in mortem animæ impulit. Illud, *Saluatoris noſtri Dei*, qui humanitatem,cum D.Thom. ad Chriſti incarnationem referunt, etiam ad illius perſonam ſpectare credunt; ſed non rectè vtrunque agunt. Certum enim eſt, vtranque particulam ad Patrem referri, cùm mox ſequatur filij mentio. Vnde Hieron. *Diligentiùs*, inquit, *attendamus, & inueniemus in præſenti capitulo manifeſtiſſimam Trinitatem. Benignitas quippe, atque clementia Saluatoris noſtri Dei,non alterius, quàm Dei Patris, per lauacrum regenerationis,& renouationem Spiritus ſancti, quem effudit ſuper nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, viuificauit nos in vitam æternam. Salus credentium,myſterium Trinitatis*.&c. Hæc ille; cui conſentit Ambroſ. Porrò quod Theophyl. exponit de aſſumpta natura humana,non ita eſt accipiendum quaſi Pater eam aſſumpſerit; ſed quòd Pater ſic dilexit humanum genus, vt illius ſeruandi ſtudio,filium ſuum in terras miſerit, vt homo factus, à peccatis nos redimeret,& ad ſe traderet. Humanitas ſiue clementia Saluatoris. Hieron. Ioan.8. D.Thom. Hieron. Ambroſ. Theoph.

V. *Apparuit*,Græcè eſt,ἐπεφάνη, Hieron. vertit,*illuxit*,hoc eſt, palam facta eſt per Filium,naturam humanam diuinitati copulantem. Nec enim locum habet Hieron.

D.Thom. bet D.Thomæ distinctio, quam hîc inducit, si verba rectè considerentur, quia Græca vox, qua vsus est Apostolus, nihil aliud significare potest, quàm studium, & amorem, vt diximus, erga homines, cui contraria est μισανθρωπία. Iam quod Deum Saluatorem vocat, ad Patrem (vt dixi) referendum magis puto,

Ambrof. Hieron. cum Ambrof. & Hieron. quàm ad Filium.

VI. Quod ait: *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos*, id est, non ex merito operum; intellige apparitionem, siue aduentum Filij Dei in mundum non antecessisse vllum meritum, cùm omne meritum in Christo nitatur: *Sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit.* Hoc est, propter misericordiam suam. Præpositio nánque *secundùm*, significat hîc, *propter*. Quasi dicat, propter misericordiam suam primam iustificationis salutem siue gratiam nobis contulit. Non autem propter opera iustitiæ, hoc est, non propter opera legis Mosaicæ, de quibus multa scribit ad Romanos. Theologi de omnibus operibus hominum interpretentur. Hæc verba: *Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti*, periphrasim continent Baptismi. Per Baptismum nánque regeneramur, & efficimur noua creatura: idque virtute Spiritus sancti, quem dicit in nos *effusum*; Quod verbum *abundantiam* significat. Græcè est πλουσίως, quod

Hieron. Auguſt. Hieron. vertit *opulenter*; Auguſt. ad Valentinum, legit, *distissimè*; & in lib. de peccatorum meritis, ac remissione cap. 27. Notatur ergo tam in verbo, *effundendi*, quàm in aduerbio, *abundè*, Spiritus diuini larga & copiosa communicatio. Sic Actorum 2. & Ioel. 2. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Ipsum

Act 2. Ioel. 2. Virgil. Georg. 2. fundendi verbum apud Latinos, liberalem significat bonorum, quæ quis habet, cum aliis communicationem, vt apud Virg. lib. 2. Georg.

Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

Illud, *Et renouationis Spiritus sancti.* Si Græca spectes, sermonem continet anticipitem, quia διὰ, paternum casum postulat; legi nánque potest: *Et renouationis Spiritus sancti*, vt vulgata habet; Vel si repetatur præpositio, *per*, vt sit sensus: *& per renouationem Spiritus sancti.* Atque ita legit D. Hieronymus, adtexens hûc locum suis commentariis: neque aliter exponit Chrysost. ita Pauli verba repetens: Hoc est, inquit, quod ait: *per renouationem Spiritus sancti.* Vides quàm mirabili verborum significatu, & ornatu, exprimat Paulus, Patris diuini benignitatem, & erga ingratissimos homines clementiam?

Hieron. Chryſoſt.

VII. *Vt iustificati gratia ipsius.* Hoc est, non merito nostro, vel debito iustitiæ, à peccatis expurgati per gratiam, & charitatem ipsius, quæ diffunditur in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: *Heredes simus secundum spem vitæ æternæ*; hoc est, speremus vitam æternam fore nobis aliquãdo hæreditatem. Hæc autem spes non ita innititur Christi meritis, vt respuat bona opera; quod putant hæretici, sola fide delectati: imò vitæ probitatem, & legis obseruantiam magni facit, ne inani spe lactata mens cõfundatur, & cum impiis, & ex legibus damnetur. Tandem meminit Iesu Christi Domini nostri, per quem vocamur ad salutem, & iustificationis gratiam consequimur, atque in filios Dei adoptamur: vt intelligamus, per Iesum Christum Saluatorem nostrum, aditum nobis patere deuicta morte, non ad inchoatam solùm, sed ad consummatam etiam felicitatem.

Rom. 5.

VERS.

VERS. 4. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, &c.

Aduentu Filij Dei allatam fuisse mundo, ob flagitia omnibus supplicijs digno, gratiam & misericordiam.

ANNOTATIO II.

VIII. INgrati erimus singulari beneficio, quo sibi diuina nos bonitas astrinxit aduentu Filij Dei in mundum, si nihil ex Patribus, aut ex iis quæ affectus suppeditat, huc contulerimus. Verba Apostoli satis, ni fallor, explicata à nobis sunt. Ea Theodoretus, præmissa explicatione status, qui præcessit Christi in mundum aduentum, in paucâ sic confert: *Benignitate*, inquit, *& clementia ostus Dominus per vnigenitum nos à malis prioribus liberauit, per salutarem quidem Baptismum nobis concessa peccatorum remissione, & nobis denuo creatis, ac renouatis, & spiritus dono dignatis. Ostensa autem via iustitiæ iis, qui eo tum ducuntur, cælorum regnum est pollicitus.* Hæc ille; qui putat addi illa verba, *Fidelis sermo*, vt nemo dubitet, firmum fore quicquid Deus pollicitus est.

Remissio peccati per aduentum Christi facilis. Theodor.

Vt tamen paucis noſſe valeas, qualis fuerit ſtatus hominum ante Euangelium; Audi voces quorundam, qui, id ætatis, ſapientiores videbantur: Eò enim dementiæ venerant, vt Dei prouidentiam, aut ignorauerint, aut negauerint; ſic enim loquuntur Iob. 22. *Quid nouit Deus? Quasi per caliginem iudicat. Nubes illi obscurum eius, nec nostra cõsiderat, & circa cardines cæli perambulat*, &c. Et Malach. 3. *Vanus est*, inquiunt, *omnis qui seruit Deo*, &c. Quid ego hos? Ariſtotelem, qui vertex eſt, & princeps philoſophorum, ſenſibile, prouidentiam Dei, non pertinere ad ea, quæ ſunt infra lunam, affirmat Epiphan. in extremo opere ſuo, de hæreſibus, Baſil. in hexam. Ambroſ. lib. 1. de offic. cap. 16. Clem. Alex. in libris Strom. & Theodor. in lib. de curatione Græcarum affectionum. Iam Cicero, vt libertatem humani fuereturarbitrij, regi voluntatem à Deo, negauit: vt meritò dictum ſit ab Auguſt. lib. 5. de Ciuit. cap. 9. *Vt nos Cicero faceret liberos, facit sacrilegos.* Cùm ergo philoſophi, & fere omnes, quos vulgus hominum, vt morum, & doctrinæ animatos canones, cum admiratione ſuſpiciebat, in tanta fuerint ignoratione, quid ſperas futurum? Num veræ peterant, illo ſeculo, exiſtere virtutes? Num meru nùmiuis coleret qui ſpiam iuſtitiam? Quid de illis dicam, qui vnà cum corpore interire animum putantes, clamant, Iſa. cap. 22. *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur?* D. Chryſoſt. citans illud 1. Corinth. 6. *Nolite errare; neque fornicatores, neque idololatræ, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque maledici, neque ebriosi, regnum Dei possidebunt. Et hoc quidem erat.* Subiungit: *Videres, vt omnis nequitiæ species inundabat, in omnesque, & intra nebula cuncta possederat, iisque omne, & fas violabatur? Si enim bis, qui prophetia perfrui digni habiti sunt, & tam multa hostibus, sibique ipsis mala; tantisque cladibus contigisse cernebant, vitiorum suorum, ac scelerum cæca, nec sic tamen se continebant, sed quotidie augebant mala, quod alij fecisse puniendi sunt?* &c. Inſinuat Chryſoſt. peccata Danidis, Saulis, Salomonis, & aliorum, qui propheticæ ſpiritu aliquando donati ſunt. Poſtea deteſtanda peccata Gentilium commemorat, etiam eorum, qui ſapientes, & philoſophi erant. Vt Platonis, *qui communes thoros permittebat, fœminasque ad*

Status hominum qualis ante Euangelium. Iob. 22. De Deo peſſimæ opiniones olim. Malach. 3. Ariſt. Epiphan. Baſil. Ambroſ. Clem. Alex. Theodor. Cicero lib. 1. de diuin. Auguſt.

Iſa. 22. Chryſoſt. 1. Cor. 6. Ad omnia peccata proiecti homines ante aduentum Filij Dei.

Platonis opinio prana, & corrupta.

B. Chrysost. contra praua Platonis opinionem de thoro cõmuni.

bella armans, communes esse iubebat, vt meritò à Chrysost. ibidem dicatur, *Quo philosophorum fuit princeps, leno existit & perdutor deterrimus; Mulieres*, inquit, *natura domi sedere præcipit, uiro autem, tractare negotia publica. Tu autem caput in pedes conuertis, & pedes in caput. Mulieres armas, neque erubescis. Caterum ista cur dico? Introducunt apud eos mulieres, ac pueros, neque verentur, neque erubescunt; adeò scelestas huiusmodi fabulas in hominum aures inferre.* Hæc ille; qui laudat auditores suos, quòd dum hæc, vel cum detestatione audiebant, ferre mentionem non possent, quorum tamen opus philosophi non erubescebant.

IX. Subiungit deinde statum, qui hunc detestandũ consecutus est, ipsis D. Pauli verbis sine vlla amplificatione, aut explicatione, adhibitis; Et meritò: illa enim simpliciter posita, manifestam subiiciũt animi oculis, & lætabilem commutationem: *Cùm autem benignitas & humanitas apparuit, &c.* Quid planius? At quid attulit mũdo hæc benignitas? Vno verbo explicuit Paulus, ad Rom. 8. *De peccato*, inquit, *damnauit peccatum*, in quibus verbis, iuxta Orig. lib. 3. super epist. ad Rom. & D. Aug. lib. 2. de Conf. Euang. cap. 30. idem vocabulum, & propriè & figuratè ponitur. Peccatum enim priori loco positum, victimam pro peccato oblatã significat; in posteriori, ipsam culpam. Christus ergo, vt Paulus ait, obtulit se hostiam viuentem, & placentem Deo, pro peccatis nostris. Particula illa, *de peccato*, significat modum vel causam. Vt si diceres, Cæsarem, de milite Hispano vicisse milites alios, sensus esset, Cæsarem per milites Hispanos, alios milites vicisse. Sic Christus per victimam expiatricem peccati, hoc est per se ipsum, damnauit, siue extinxit, reatum concupiscentiæ, & omnem culpam, vt fit in Baptismo. Quid si particula *de peccato*, significet peccatum commissum in carnem, & vitam Christi corporalem à diabolo incitante Iudæos ad illius occisionem? Nonne Iudæorum peccato vsus est Deus ad delendum omnium hominũ peccatum: Illud *in carne* corporalem significat Christi mortem, & quicquid pro nobis in carne pertulit. Per hæc enim nexũ peccati, quo alligabamur, dissoluto, Deum nobis placatum, & propitium effecit. De hac benignitate D. Bernardus serm. 1. in die Natalis Domini, de fontibus Saluatoris: *Si quæris, inquit, quid attulit? non parum contulit nobis. Primò omnium attulit misericordiam, secundùm quam teste Apostolo saluos nos fecit; Neque enim ijs tantùm profuit, quos tunc præsens inuenit sed fons est, qui nunquam potuit exhauriri. Fons est nobis Christus Dominus, inde lauemur, sicut scriptum est, Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.*

Rom. 8. Origen. Augustin. Peccatum & culpa significat, & victimam pro peccato.

Bernard. Christus fons salutis est.

Apoc. 1.

VERS. 4. Cùm autem benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, &c.

De humanitate, & benignitate Saluatoris nostri Dei. Ex D. Bernardo.

ANNOTATIO III.

Bernard. Theoph. D. Thom.

I. PRæclarè D. Bernard. serm. 1. in Epiphania Domini, antè assecutus Theophylacti & D. Thomæ interpretationem, quæ pia est, & ad permouendos affectus idonea, excitat nos ad considerandam Dei in mundo nati, benignitatem, vt consolemur peregrinationis huius vitæ exilium, & molestias, & gratias illi agamus, qui tantæ consolationis author est. *Vos*, inquit, *qui non ignoratis exilium:*

exilium: audite, quia de cælo venit auxilium. Apparuit enim benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Priusquam appareret humanitas, latebat benignitas. Siquidem, & prius erat: Nam & misericordia Domini ab æterno est. Promittebatur, sed non sentiebatur: Vnde, & à multis non credebatur. Multifariè quippe, multisque modis loquebatur Dominus in prophetis, Hebr. 1. *Ego, inquiens, cogito cogitationes pacis, & non afflictionis,* Hierem. 29. *Sed quid respondebat homo affligitionem sentiens pacem nescienſ? Quousque dicitis pax, pax, & non est pax? propter hoc Angeli pacis amare flebant, dicentes, Domine quis credidit auditui nostro?* Isa. 3. *Sed nunc credant homines, vel visui suo; quia testimonia Dei credibilia facta sunt nimis; Vt enim nec iurbarum quidem oculum lateat, in sole posuit tabernaculum suum,* Psalm. 18. *Ecce pax non promissa, sed missa: non dilata, sed data: non prophetata, sed præsentata.*

Christi aduentus consolatur nos adducés benignitatem, quæ in Deo latebat. Hebr. 1. Hierem. 29. Isa. 3. Pax cum Christo non promissa, sed data nobis. Psalm. 18.

XI. Amplificat deinde magis manifestatam hanc benignitatem. [*Ecce*, inquit, quasi saccum plenum misericordia sua Deus Pater misit in terram: Saccum, inquam, in passione concidendum, vt effundatur, quod in eo latet pretium nostrum. Saccum vtique, et si parum, sed plenum. Paruulus siquidem datus est nobis: sed in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Venit in carne, vt, vel sic carnalibus exhiberetur: & apparente humanitate benignitas agnosceretur. Vbi enim Dei innotescit humanitas, iam benignitas latere non potest. In quo enim magis commendare poterat benignitatem suam, quàm in suscipiendo carnem meam? Meam, inquam, non carnem Adam, id est non qualem ille habuit ante culpam. Et post pauca: Quid ita pietate plenum, quàm quod Dei verbum propter nos factum est fœnum. Domine quid est homo, quia reputas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Hìc attendat homo quanta sit cura eius Deo? Hinc sciat, quid de eo cogitet aut quid sentiat. Non interroges, ô homo, quæ pateris, sed quæ passus est ille. Quanti te fecit, ex his, quæ pro te factus est, agnosce, vt appareat tibi benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. Quanto enim minorem se fecit in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: Et quanto pro me vilior, tanto mihi charior est. Apparuit, inquit Apostolus, benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Magna planè & manifesta benignitas, Dei humanitas, & magnum benignitatis indicium declarauit, qui humanitati addere nomen Dei curauit. Et paulò infra: Alioquin quid agerem audiens Dominum venientem? Nunquid non fugerem sicut Adam, qui à facie eius fugit, sed non effugit? Nónne desperatem audiens, quia venit ille, cuius legem sic prævaricatus sum, cuius patientia sic abusus sum, cuius beneficio tam ingratus inuentus sum?] Quæ verò maior consolatio poterat esse, quàm indulci vocabulo, in nomine* IESV *consolatorio? Propterea, & ipse dicit Ioan. 12.* [*Quia* non venit Filius, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Iam confidenter accedo. Quid enim timeam, quando Saluator venit in domum meam? Ei soli peccaui, donatum erit quidquid indulserit ille, &c. Nunc facilis ad indulgentiam est. Paruulus est; leniter placari potest. Possumus reconciliari pro minimo. Totum, quod dare possum, corpus istud est; illud si dedero, satis est. Si quominùs, addo, & corpus ipsius. Nam illud de meo est, & meum est. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Satisfactio parua, sed non parui pendenda. Sicut benignitas apparuit vltra omnem spem, similem expectare possumus iudicij districtionem. Noli ergo contemnere Dei misericordiam, si non vis sentire

Deus quanto pro me vilior, tanto charior.

Bernard. Adam fugit à facie Dei offensi, sed non effugit.

Ioan. 12.

Possumus reconciliari pro minimo.

iustitiam, ex magnitudine indulgentiæ, magnitudinem vltionis attende. Misericordia quidem priora sibi vendicat, vt si voluerimus districtio inueniri non possit, in quem sæuiat. Propter hoc enim benignitatem præroganit, vt per eam reconciliati, fecuritatem videamus fecuri, &c.

XII. Idem in sermone de diligẽdo Deo, facili discursu, & ingenioso Deum cogicantem inducit, quomodo hominẽ ad se traheret, nec alium inuenisse, ait, amore præstantiorem. *Volens*, inquit, *nobilẽ creaturam hominem recuperare, si inuitum coegero, sacrificium habeo; quoniam quidem, non libens veniet, vt possit dicere: Voluntarie sacrificabo tibi. Vt ergo habeam voluntariam, terrebo eum, si forte conuertatur, & viuat; & comminatus est acerbiora, quæ excogitari possunt, tenebras æternas, vermes immortales, ignem inextinguibilem. Cum autem nec sic homo reuocaretur, ait: Non solum timidus, sed etiã cupidus est: promittam ei, quod potissimum desiderabile videatur. Desiderant homines aurum, & argentum, & similia, & super hæc omnia vitam desiderant. Si*, inquit, *tantopere desiderant miseram hanc, laboriosam vitam, & momentaneam, quantum diligẽi vitam quietam, æternam, & beatam? Promisit itaq; vitam æternam, promisit, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Videns autem, quod nihil proficeret. Vnum*, inquit, *restat adhuc: Ineſt homini non solum timor, & cupiditas, sed & amor, nec quicquam in eo vehementius attrahendum. Venit igitur in carne, & tam amabilem se exhibuit, vt illam nobis impenderet charitatem, qua maiorem nemo habet, vt animam suam daret pro nobis? Quisquis sanè, nec ob hoc quidem conuerti voluerit, nonne merito audiat, Quid debui facere tibi & non feci?*

Psal. 50. Homo non est terroribus conuectus ad Deũ. Deus, vt nos saluos faceret, explorauit ingenium nostrum. Amore vult nos Deus ad vitam ducere.

XIII. In nulla re commendat sic Deus charitatem suam, vt in mysterio incarnationis, & passionis, vt hæc Apostoli verba indicant, *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei.* Nam potentia quidem occulta est, quoniam in infirmitate venit: vnde Abac. 3. *Abscondita est*, inquit, *fortitudo eius, haud dubium, quin in cruce, cuius cornua in manibus eius, sapientia quoque abscondita est, & incarnata. Placuit enim ei per stulticiam verbi saluos facere credentes. Itaque abscondita est fortitudo, maximeq; relata, & incarnata sapientia, sed benignitas non potuit amplius declarari.* Hæc placuit assumere ex Bernardo, quia dum benignitatem Dei per humanitatem declaratam fuisse ostendit, licèt ab ea sententia recedat, qua per humanitatem diximus intelligendum Dei amorem, iuxta Græci codicis energiã & vocabuli φιλανθρωπία; tamen à mysterio non solùm non recedit, sed etiam affectus legentium ad pietatem mouet, & ad amorem; quò, ne ingrati videamur Saluatori nostro, respondere necesse est. Quod aduertens hìc Ambr. *Hoc bonum*, inquit, *quod in Christianis florere videtur, de radice diuinæ pietatis oritur. Quamobrem omni deuotione, huic obsequi debemus, & præceptis eius parere; quia quidquid in nobis pulchrum est, spiritu alibus lineamentis ipse depingit.* Hæc ille.

Charitas Dei in mysterio incarnationis cõmendatur. Abacuc 3.

Bernard.

Ambros.

XIV. Huc etiam respexit Theoph. *O rem arduam*, inquiens, *& mirabilem! Adeò vitijs eramus immersi, vt nulla ratione purgari possemus, sed opus erat regeneratione.* Nam παλιγγενεσία, id est, iterata generatio, & renouatio, alteram natiuitatem, nouamque formationem significat; *Vt enim domum ruinosam, & planè veterem, non suffulcimus, verùm ad fundamenta vsque demolimur, nouamque reficimus; sic Deus non superstruxit nos sed saluos constituit, & reparauit; Quomodo? Ne quæras medium. Spiritus enim totũ transegit. Vnde hoc perspicuè? Ex eo, quòd effudit eũ abunde super nos. Postquam enim mundauit nos, tunc & de Spiritu suo sancto nos impleuit. Hoc est, quòd ait, effudit. In immundos enim, purus ille spiritus non ingreditur.* Hæc ille. Ex-

Theoph.

Similitudo. Immundos, purus spiritus non ingreditur.

pendit

pendit etiam bonitatē Dei hominis facti D. Aug. tom. 10. ser. 8. de verbis Apostoli, considerans genus humanū morbo peccati ægrotum, & Christum medicum. Sic enim ait: *Vocat Iesum, noli tibi sanus videri; cū ipse ægrotat, qui medicum suscepit: desperatē ægrotat, qui per insaniam medicū cadit. Qualis ergò eius insania, qui medicum occidit? quanta verò bonitas, & patientia medici, de sanguine suo insano interfectori suo medicamentum fecit? Neq; enim ille, qui venerat quatere, & saluare, quod perierat, pendens sine causa, dicebat: Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Insani sunt, medicus sum; sanabor, patienter fero. Cùm occiderint, tunc sanabo.* Augustinus considerat Christū medicum, & genus humanū ægrotum. Charitas Christi, qui instar medici, de sanguine suo medicamentum fecit.

VERS. 4. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam, &c.

Explicatur locus Zachariæ 9. & Matth. 21. in quo ostenditur benignitas, & humanitas Dei, &c. Zach. 9. Matth. 21.

ANNOTATIO IV.

XIV. QVanuis Filius Dei veniens in mundum placeat enim hunc sensum persequi, siquidem humanitas Patris in filij humanitate declarata est) summæ benignitatis argumenta plura ediderit: illud fuit insigne, quo de mundo, & de peccato triumphaturus, Hierosolymis sedens in humili iumento, Rex fuit acclamatus. Hanc acclamationem, & communem lætitiam, præsente Messia, & ascendente Hierusalem, futuram Zacharias cap. 9. vaticinatus est ad hunc modum: *Exulta satis filia Sion. Iubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator; ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ*, &c. Hic locus non nisi de Christo, etiam ipsis Hebræis consentientibus, explicari potest; Matthæus sanè cap. 21. adimpletum hoc vaticinium fuisse testatur, cùm Christus iumento insidens Hierosolymam ingressus est; quare temerarium erit secus opinari. Excitat ergo Sion ad lætitiæ vberem voluptatem capiendam aduentu Christi Regis sui, quippe qui Hierusalem, hoc est, Ecclesiæ filios à iugo peccati, cuius iniquissima & ignominiosissima est seruitus, liberabit. Illud, *ecce Rex tuus veniet tibi*, iuxta Hebræam veritatem legendum est, *venit*, & ita habent emendatiores codices. Euangelistæ habent: *Veniet*, sed parum refert. Nam & *venit*, verti potest, siquidem in illis, & in 70. est. ἔρχεται, quod præsentis, & futuri significationem habet, vt Matth. 11. *Tu es qui venturus es*; Græcè ὁ ἐρχόμενος, id est, *veniens*, aut *venturus*. Christus ingrediens Hierusalem Rex acclamatus est. Matth 21. Matth. 11.

XV. Quæres cur, cùm sæpe Christus venerit in Hierusalem, extremi tantùm aduentus meminerit Zachar. quo super pullum asinæ ingressus est? Mihi ea succurrit ratio, quia videlicet, quemadmodum capite sexto, cùm de quatuor quadrigis loquuntur, pro varia cuiusque regni expeditione; illius tantùm mentionem fecit, qua regnum prius destruebatur, & nouum condebatur; quod ibi num. 17. annotauit Ribera, sic modò de eo in Hierusalem loquitur aduentu, quo Dominus IESVS fortem armatum morte sua victurus erat, & suos ex illius tyrannide liberaturus. Hic enim fuit extremus illius è Galilæa aduentus in Iudæam; eóque animo venit vt ipse testatur Matth. 20. vt moreretur, sicenim ait: *Ecce ascendimus Hierosolymam*. Illud præterea difficultatem continet non vulgarem, cur in tanta paupertate & humilitate veniente Christum, Ribera in Zachar. Matth. 20.

ſtum, Zacharias Regem vocet. Num regnum aliquod, aut terræ prouinciam Chriſtus ius dicens obtinuit? Ipſe recuſare videtur Regis, & iudicis nomen, apud Ioannem: *Non miſit*, inquit, *Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Rurſus vtrunque apud eundem Ioan. videtur admittere, dum ait: *Nunc iudicium eſt mundi.*

Matth.2.

Matth.20.

XVI. Cæterùm Chriſtum etiam quatenus homo erat, Regem fuiſſe, nemini fas eſt dubitare. Nam Magi illum Regem eſſe teſtificati ſunt, Matth.2. dicentes: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* Turbæ etiam ei acclamarunt ingredienti Hieruſalem: *Benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Iſraël.* Aduertimus tamen in hac rerum vniuerſitate, ſicut duplex eſt pars intellectualis creaturæ. Vna quæ dicitur ſpiritus; Altera quæ vocatur corpus (loquimur autem de rebus dumtaxat animo & corpore præditis) ita duplex eſſe regnum; vnum corpori; alterum ſpiritui idoneum. Huius autem mundi Reges, etſi potentiſſimi ſint, poteſtatem & dominium in corpus tantùm exercent: Animas

Matth.10.

verò ligare, aut ſoluere nequeunt, Matth.10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt.* Chriſto autem homini, ita Pater affectus fuit, vt ei regnum ſpirituum, & corporum patiter attribuerit, atque adeò voluerit, vt tam latè ipſius regnum pateret, quàm Dei; nihilque ſubiectum Deo ſit, quod illi non ſubiiciatur, vt Paulus ait, Philipp.2. *In nomine Ieſu omne genu*

Philipp.2.

flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.

Regnũ Chriſti ſpirituale in primo aduentu conſtituitum.

XVII. Porrò licèt in ipſo incarnationis articulo, his duobus regnis ſit à Deo decoratus; non vno tamen eodémque tempore; ſed alio atque alio, vtriuſque hæreditatem adire ſtatuit, duplici ipſius in mundum aduentu ſpectato. Et quidem primo aduentu regnum illud ſpirituale obtinuit, éique ius dixit, & leges ſanxit, quibus in tam præclaro regno vtens, ſoluere animas, ligare, &, ſi velit, occidere poſſit: ea poteſtate cum Petro & Petri ſucceſſoribus communicata, Matth.18. promittens ſuis in terra vicariis claues regni cœlorum, vt quodcunque ligauerint, ligatum ſit; & quod ſoluerint, ſolutum. Hoc eſt regnum Eccleſiæ, quod obtinet ſummus Pontifex, Chriſti vices gerens. Quòd ſi hanc tantùm delegationem, ſiue vicariam Chriſti functionem, ſpectemus, ad regna mundi huius, & ad profanos Magiſtratus, (niſi finis ſupernaturalis ratio aliud ſuadeat,) minimè extenditur; cùm nec Petrus, nèc Chriſtus ipſe tale regnum, aut iuriſdictionem exercuerint. Hominum itaque corpora in primo aduentu adeo in Chriſti poteſtatem redacta non ſunt, vt corpus eius in hominum poteſtatem traditum, & in crucem hominum iudicio actum fuerit. Vt iam facilè intelligatur illud Ioan.20. Quod Pilato, rogatus an Rex eſſet, reſpõdit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo. Nam ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis*; Quaſi dicat, regnũ meum non eſt ſimile illorum regno, qui ſatellitibus ad corpus defendendum ſtipantur. Non eſt regnum meum corporale ſed ſpirituale. Certè carni, & corpori dediti homines, nondum in Chriſti ſunt poteſtatem redacti. An non multi multa contra illum moliuntur? An non illi repugnant ipſo in præſens tacente? Propter hos dictum eſt, Ioan.3. *Non miſit Deus Filium ſuum, vt iudicet mundum.* Horum tamen animi, vinculis peccatorum conſtricti, ita Chriſto ſubiecti ſunt, vt à nemine, niſi eo annuente, & volente abſolui poſſint. Et hoc eſt iudicium mundi quod nunc ipſe apud Ioanneni cap.7. futurum eſſe prædicit.

Summus Põtifex regnũ Eccleſiæ obtinet loco Chriſti.

Ioan.20. Regnũ Chriſti non dependitur ſatellitibus, idcirco non eſt de hoc mundo.

Ioan 3. Iudicũ exercetur in Eccleſia.

Ioan.7.

Iudi

Iudicium, inquam, quo animaduertit in reos, & criminibus alligatos. Definit insuper, quinam sint, diabolo in pœnam tradendi sempiternam; vel in libertatem asserendi filiorum Dei. Quod iudicium totum ad spiritualem iurisdictionem tantùm spectat.

XVIII. Noluisse autem Christum administrare regnum vllum temporarium in hoc sæculo, indicio est, quod cùm turbæ eum Regem acclamare voluissent, se abscondit, Ioannis 6. In eo tamen responso, quod Pilato dedisse diximus: *Nunc regnum meum non est hinc*; particula, *nunc*, energiam habet; quasi dicat, nunc non esse sibi administrationem secularis regni; postea tamen fore omnino perfectam omnium regnorum, in secundo nimirum aduentu; quando nemo resistere audebit, aut repugnare illius voluntati. Nam, & amici liberè ei, & nemine obsistente, seruient, & inimici carceri mancipabuntur sempiterno. Hoc ille regnum intelligebat, quando accusatus apud Caiphan, Matth. 26. dixit: *Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli*, &c. Tunc non vnius, aut alterius prouinciæ Rex, & Iudex ostenditur, qui mòdò iudicatur, sed totius orbis terrarum. Illius se voluntati Angeli, & homines volentes, nolentes submittent; Hoc regnum significauit, 1. Corinth. 15. Paulus dicens: *Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo, & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum & potestatem, & virtutem. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.* Cum hac explicatione congruit, quod post verba, in quibus apud Zachariam vocatur Christus Rex, sequitur in Matth. 1. *Venit tibi mansuetus*, id est, non formidabilis, & ad inimicos suos confringendos paratus, vt in secundo aduentu: sed ita facilis & humanus adest, vt asino sedens veniat: *Non clamabit* (inquit Isai. primum aduentum describens cap. 42.) *neque accipiet personam, neque audietur vox eius foris; calamum quassatum non confringet, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium.* Addit Zacharias: *Veniet tibi*, id est, ad tuam vtilitatem, & commodum, non, vt sceleratos iugulet, aut in crucem agat, sed, vt totus tuus sit: (*Veniet tibi iustus, & saluator.*) Priùsquam eum mansuetum appellet, iustũ vocat. Optabile enim est Reip. ad pacem constituendam, vt Rex iustus sit; Christus autem iustus dicitur futurus, quia etiam hominibus iniustis, & à Deo alienatis, iustitiam, nisi ipsi repugnent, tribuet, & in Dei gratiam restituet, vt non solùm ipsi se nexu liberare, sed etiam Deum ipsum possint constituere quodammodo debitorem. Hæc est illa iustitia, de qua Dauid: *Iustitia de cœlo prospexit*; Et Isai. 53. *In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit*, &c. Et quia nomina nostra expungendo, & iustitiam conferendo, nos saluos fecit, & ex potestate dæmonis eripuit, Saluator dicitur. Vatablus, hunc locum ita reddit: *Et saluabit sese.* Quasi dictum sit, Christus iustus, & innocens erit, licèt nocens & iniustus videatur actus in crucem; *Seruabit tamen sese*, hoc est, à morte, quam iniquissimè illatam patienter tulit, se suscitabit. Melius 70. vertunt ex Hebræo ἐῶσει αὐτὸν, id est, *seruans eos, nempe homines.* Subiungitur particula: *Pauper*, hoc est, omnibus humanis copiis destitutus, voluit enim diuitias suas cum paupertate nostra copulare, vt nos copiis diuinis augeret; 2. Corinth. 8. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est cùm esset illius inopia, vos diuites essetis.* In Hebræo est עני *hani.* Hieron. vertit, pauper. 70. mansuetus, quo pacto legunt Euangelistæ. Nomen autem Hebræum

Christus ne Rex fieret ab hominibus, se abscondit. Ioan. 6.

Christo in secundo aduentu homines plenè subiecti erũt. Matth. 26.

1. Cor 15. In iudicij magni die omnia subiicietur Christo.

Matth. 21.

Isai. 42. Christus sine strepitu Rex.

Isai. 53.

Vatab. Christus saluauit se in resurrectione.

70. Interp.

2. Cor. 8. Hieron. 70. Interp.

Hebræum vtrunque significare poteſt, ſi, vltimum, cum quo pauperem ſonat, in, 1, vertatur. Sunt enim hæ literæ, valde ſimiles, tantùm magnitudine, & breuitate differentes.

Chriſtus neminem terrere voluit in primo aduentu. Chriſtus paupertatem miſcuit triumpho.

XIX. Illud commendat Chriſti benignitatem, & manſuetudinem, quod ſequitur: *Et aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.* Quaſi dicat, illius paupertas, & manſuetudo, vel ex eo innoteſcit, quòd non curru, aut equo, ſed aſina, & illius pullo vectus apparebit. Omnia, quæ à Chriſto geſta ſunt comitatis plena ſunt, & humanitatis; neminem terret; ſimò omnes ad ſe allicit; Mirum eſt quanta Deus paupertatem fecit, etiam in hoc mundo, qui eam, vt hoſtem iuratiſſimum deteſtatur. Quis vnquam curru quadrigarum inuectus, militum corona ſtipatus, vinctos ducens hoſtium principes, præeunte magna vi auri, atque argenti, maiori plauſu, populíque gratulatione, Romæ vnquam fuit exceptus, quàm Chriſtus, vili aſina ſedens, egenis diſcipulis circumdatus? Profectò triumphat cum Chriſto benignitas, & humanitas. Triumphat, & paupertas. Cedat ſuperbia humilitati Chriſtianæ, & diuitiarum copia voluntariæ paupertati: Imperatori Romano obuiam populus prodibat, admiratus magis rerum apparatum, & copiam, quàm illius virtutes. At in hoc Chriſti triumpho nihil nouum, nihil inuſitatum; ſolus ipſe Chriſtus eximia virtute oculos allicichat. Hæc eſt vera gloria: qui enim mediocres & glorioſos ſe iactant ob rerum abundantiam (ij diuitias magis, & potentiam eo ſpectaculo, quàm ſeipſos commendant. Solus ille eſt verè admirandus, & laudandus, qui ſuis virtutibus ad concionem & ſpectaculum vocat orbem terrarum. Ex quo fit, vt rectè Paul. 2. Corinth. 11. dixerit: *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor*, hoc eſt, quòd omnium hominũ fuerim, & opum auxilio priuatus: quòd tot plagas acceperim: quòd in tot carceres fuerim conie-

Triumphat cum Chriſto paupertas, & humanitas.

2. Cor. 11.

ctus. Eſt nanque vera Apoſtoli gloria, quòd tantùm laudem, non aliorum hominum ſubſidio fuerit, ſed ſua duntaxat virtute aſſecutus. Rectè etiam Iacob ait cap. 1. *Glorietur humilis in exaltatione ſua.* Vera nanque gloria, & laus hominis Chriſtiani, non aliunde, quàm ab humilitate, & ſummiſſione naſcitur, quam nobis ingrediens Hieruſalem pauper Chriſtus exhibuit triumphantem. Quid quòd mundus ipſe, velit, nolit, paupertatis & humilitatis laudibus ſtupeſcens inſtrigatur. Adde quòd dum Chriſtus huiuſmodi apparatu Hieroſolymam ingreſſus eſt, idque præſtitit, quod Zacharias prædixit, alterius, vt Chryſoſt. ait ſuper Matth. dedit vaticinij initium. Nam cum vicißim ſuper aſina & pullo ſedere ſua enim intelligit, quod ſcriptum eſt, eum ſcilicet ſuper aſinam & pullum aſcendiſſe, ſignificauit, & populum Iudæorum, & Gentium in ſuam redactum ditionem poteſtatem: *Aſina*, quoniam domita erat, Synagogam, & Iudæorum gentem ſignificabat; quæ legis iugo à Deo impoſito aſſueuerat cernicem ſubmittere: *Pullus*, quoniam nondum domitus, & vt aiunt 70. nouus erat, populum ſignificabat Gentilium, qui naturæ tantùm legibus aſtringebatur, ab aliiſque ſolutus, nec hanc quidem naturæ legem perferebat, donec Chriſtum habuit ſeſſorem. Hinc Epheſ. 2. *Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos qui aliquando eratis longè, factiſ eſtis prope in ſanguine Chriſti, &c.*

Chryſoſt. Vterque populus Chriſto obrem peraturus in duobus tumentes ſignificatur, ve interpr.

Epheſ. 2.

XX. Tandem, vt doceat Zach. nullo humano præſidio, Chriſtum res admirabiles geſturum, neque vi armorum ſubacturum hoſtes; vt Ioſue, ſubiungit: *Et diſperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Hieruſalem, & diſſipabitur*

Zach. 9.

bitur arcus belli. Hæc si Iudæi peruicaces perspicerent, haudquaquam dicerent, regnum Messiæ quando primùm venit, temporale futurum fuisse, sicut Augusti, aut Tiberij Cæsaris Imperium. Erat Christi regnum oratione, miraculis, & virtute, non armis, aut copijs humanis administrandum. Si enim humanis indigeret præsidiis, non equos, aut quadrigas dissiparet, quibus vti opus erat eos, qui illi ad nutum adhærerent. Idem vaticinium inuenies apud Mich. 5. *Et erit in die illa dicit Dominus, auferam equos tuos de medio tui, & dispergam quadrigas tuas, & perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas:* hoc est, efficiam, vt humanis diuitiis posthabitis, in me vno cogitationes tuas defigas, & spem omnem colloces. Id quod omnes præstitêre Christi imitatores.

Christus vicit mundum sine curribus & equis.

Mich. 5.

XXI. Et quia non solùm Israelitis, sed etiam gentibus communicanda erat benignitas, & humanitas Saluatoris nostri, addit Zach. *Et loquetur pacem gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare; & à fluminibus vsque ad fines terræ, &c.* Loquetur autem pacem, Euangelium illis proponendo, non arma. Hac enim pace plures subegit Christus gentes fidei, quàm vllus vnquam Rex suo imperio. Psal. 71. *Dominabitur à mari, &c.* Quid plura? Christus imperio suo ad ipsas penetrauit inferorum sedes, victorque sanctos Patres, qui ibi in lacu, sine aqua, hoc est, in receptaculo terræ, erant, extulit in lucem. Si pretium quæris: non alio quàm sanguine testamenti, quo omnes etiam mortales in libertatem vindicauit. Sic enim ait Zachar. alloquens Christum victorem, benignè & humanè omnia in nostram salutem agentem. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non est aqua.* Adhibet deinde vehementem exhortationem ad Iudæos pariter, & gentes, quæ salutem optant æternam: *Conuertimini*, inquit, *ad munitionem vincti spei, hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi.* Fortè *vinctos spei* vocat omnes mortales, quorum ea est natura, vt ad felicioris fortunæ spem semper anhelent, & hac se in malis consolentur. Quam naturam habere Paulus affirmat creaturam mutationi subiectam Rom. 8. *Vanitati creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe.* Quasi dicat; Qui vobis bona cupitis, & magna semper speratis, ad Christum Regem omnipotentem conuertimini, qui vobis erit instar præsidij munitissimi, à quo, nisi sponte vestra in peccatum lapsi, cadere non potestis. Vel si mauis, *vinctos spei.* Intelligit vocari hîc Iudæos, qui à Christo venturo, magnis se bonis cumulatum iri, dictitabant. Hi, vt ad Messiam veniant inuitantur; ait enim Deus: *Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi.* Reddit causam cur eos, qui aliquid boni cupiunt, conuerti præcipiat; Ea autem est, quia, vel hodie annuntio, quòd præclara vobis beneficia tribuam. *Tibi* dictum est pro *vobis*, more Hebræo secundùm quem facilè mutantur numeri. *Duplicia* etiam, secundùm eundem morem, magna & eximia dicuntur, quæ locutio vsurpatur etiam à Latinis, vt notum est. Vel saltem vocantur *duplicia*, hoc est, multiplicia, iuxta illud Isa. 40. *Suscepit de manu Domini duplicia, pro omnibus peccatis suis*, id est, multiplicia beneficia, vel multiplices pœnas. Deus enim & beneficia contulit Hierusalem, & pœnas, idque multipliciter, & sæpius spectata meriti conditione. Idem Isa. cap. 61. oraculum Zachariæ expressit apertiùs: *Propter hoc*, inquit, *duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna erit eis, &c.* Vides, quid *duplicia*, significent, declaratum adiectione lætitiæ sempiternæ? Sunt, qui *duplicia*

Zach. 9. Christus non armis sed Euangelio pacem attulit mundo.

Psal. 71.

Vinctos spes vocat Zach. omnes qui ad fidelitatē cœlestem anhelant.

Rom. 8.

Vincti spei cur Iudæi peculiariter dicantur.

Duplicia sunt, magna & eximia.

Isa. 40.

Isa. 61.

Is

Duplex beneficiũ Dei, nẽpe Christi aduentu, & salute gentium, ad nos peruenit. 70. Interp.

plicia interpretantur, hoc est, duplex beneficium præstabo, nempe mittendo Christum, & seruando gentes. Prior tamen interpretatio mihi magis arridet ob translationem 70. qui ita legunt, *Pro vno die peregrinationis tuæ, duplicia reddam*; id est, maiora beneficia conferam, quàm mala intuli. Sunt in sacris literis passim illustres loci, in quibus benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei elucet, ex quibus ille, quem explicaui ex Zacharia eximiè, Dei in nos affectum commendat.

VERS. 5. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit.

Quàm insignis semper extiterit Dei misericordia, in salute hominum procuranda.

ANNOTATIO V.

Ephes. 2.

I. SAlutis nostræ statum hìc Apostolus, eiusque status ordinem, ostendit, cuius causa est diuina charitas, & misericordia Ephes. 2. *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, etiam cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, &c.* Charitatis autem Dei vocabulo significatur tum interior affectus illis verbis, *Cùm autem apparuit, &c.* hoc est, benignitas, siue bonitas, quæ Deo, vbique Scripturarum vocibus, tanquam illi insita tribuitur, apparuit, siue illuxit, vt Ambros. & Hieronym. legunt. Hæc tamen aliquando occultari visa est. Vnde Isa. 63. Vbi nunc est, *Zelus tuus, multitudo viscerum tuorum, & misericordiarum tuarum super me continuerunt se, &c.* Tandem palàm effectu ipso facta est copulatione Verbi cum humana natura: quam significari vocabulo humanitatis non tantùm Hieronymus, Primasius, D. Thom. ex Latinis, sed etiam ex Græcis, Oecum. & Theophyl. affirmant. Non ita tamen quasi Pater, humanam assumpserit naturam, sed quòd sic nos dilexerit, vt Filium suum vnicum carnem sumere iusserit, & similem nobis effecerit; vt humanitatis velamine tecta diuinitas, genus humanum à peccati, & diaboli iugo liberaret. Nec id solùm, sed à periculis etiã innumeris. Nónne benignitatis fuit, & humanitatis negotium, cum laborantibus in mari sæua tempestate discipulis, vt ait Marc. cap. 6. *Venit ad eos Dei Filius homo factus, ambulans super aquas maris?* Adest nostris periculis Deus, qui solus potest sedare tempestates. Quando vna flammula affulget in naui agitata tempestate; timetur maior vis procellæ: si duæ; signum est desideratæ serenitatis. Sic (vt refert Claudius Paradinus in symbolis Heroicis) cùm duæ stellæ, hoc est Castor & Pollux lucent, finitur tempestas. Quid timetis, ô discipuli? fœuiat mare; debacchetur Æstus; tumescant vndæ; En vobis in Christo affulgent duo luminaria, benignitas nimirum, & humanitas; siue diuinitas, & humanitas Saluatoris. In tuto est vestra nauicula. O Dei misericordiam! Aquas penetrat, & ignes, vt nos à malis eripiat. Non passus est Deus Exod. 3. Moysen accedere ad rubum flammantem; *Ne appropies*, inquit, *huc*. Conatus est Moyses, vel flammis, & spinis indui. Deus tamen significare voluit ad se tantùm pertinere Israelitas, qui Ægyptiorum spinosis flagris verberabantur; & igne tribulationum vexati ingemiscebant, in ipsis flammis, & flagellis spe libertatis consolari. Moyses, licèt

Ambros. Hieron. Isa 63. Hieron. Primas. D. Thom. Oecum. Theoph.

Luc. 11

Beneficia à Christo in nos collata. Marc 6. Claud Paradinus. Castor & Pollux signũ serenitatis. Christi præsentia discipulis laborantibus in mari serenitatẽ attulit. Exod. 3. Deus aggreditur pericula, cùm homines timẽt.

licèt populum diligeret, missus adire Pharaonem, & de liberatione populi agere, timuit. *Ne appropies* (inquit Deus) *ego medius in flammis, & spinis ad exitum perducam populi liberationem.* Hæc ferè ex Theodor. in quæst. in Exod. Theodor.

II. Danielis 14. Angelus in lacum leonum, in quo Dei propheta erat inclusus, Abacuc ex Iudæa cincinno capitis, vt cibum præberet famescenti, extulit. Num ingressus est Angelus lacum? At nihil erat, quod timere Angelus posset? Num ingressus est Abacuc, vt afflictum Danielem sermone mutuo leuaret? Minimè. Ex ostiolo loquens, escas exhibuit; & recessit. Rem teneo. Significare Deus voluit; Non esse Angeli, aut hominis, hominem in periculis constitutum liberare; id ad se pertinere nobis indicauit. Perrumpit difficultates; Impedimenta spinarum si sunt; aquæ, & ignis obstacula, si occurrunt, euincit; vt suos liberet à periculis. Quis in homine aut Angelo similis amor? Nihil formidat Abraham postquam Genes. 15. ex oraculo audiuit: *Ego protector tuus.* In Hebr. *Ego scutum tuum* Notum est ex Alciati emblemate facinus militis, qui postquam clypeo innumeros excepit ictus, eundem clypeum Cymbam fecit, qua fluuium qui vado transmitti non poterat, traiecit. Ridens igitur, & iocabundus, in vlteriori ripa osculatus clypeum, eique gratias agens, *Hic*, inquit, *verè amicus, & solus mihi fuit,*

Dan. 14. Angelus nõ est ingressus in locũ leonum cur ita. Amor Dei in homines, omnes euincit difficultates. Gen. 15. Alciatus. Scutum pro cymba militi fuit.

Cùm premererque solo, cùm premererque salo.

Iure optimo, Abrahæ Deus *scutum* vocatur; quem vbique gentium à malis omnibus protexit. Fuit & *scutum* discipulis, conuiuio in solitudine contra famis ictus, refectis. Fuit eisdem *scutum* in mari; ne fluctibus mergerentur; Hoc scuto protectus Dauid Psalm. 62. ait: *Nõnne Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum?* Deus scutum fuit Abrahã, discipulis, &c. Psalm. 62.

III. Imitari hanc Dei erga homines misericordiam decet; perrumpet, si opus est, Acheronta non Herculeus labor, pro Theseo amico suo liberando, sed Christiani hominis industria, vt animas Saluatoris nostri sanguine redemptas cælo inseramus; Subiicientur nobis omnia, licèt aspera, & adamantina, si in Deo spem fixerimus, à quo solo, quia misericors est, auxilium præstò nobis erit. *Suspende*, (inquit Deus, Num. 25.) *cunctos principes contra solem.* Cur contra solem? Num quia in luce, & coram omnibus peccantes, publicè argui & multari opus fuit? An quia suis sceleribus, qui lux mundi, debuerant esse, iuxta illud, Matth. 5. *Vos estis lux mundi*, solem ipsum visi sunt offendere. Ego propterea puto, quia solem Deum Madianitarum adorauerant, (vt Caiet. annotauit num. 25. Ac si dicat Deus, suspendantur idololatræ, & solem, quem quinis honoribus coluerunt, morientes videant, vt intelligant nihil sibi præsidij in eo esse. Nos morientibus Christianis è regione Dei pro nobis crucifixi imaginem apponentes, meritò opem pollicemur. Potens est, quem in imagine adoramus, & misericors. Exprobrare poterant Israelitæ religiosiores principibus, venerationem, qua superstitiosè vanos Deos coluerãt illis verbis Deut. 32. *Vbi sunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.* Senacheribo Nahum. 1. prædictum est quia sculptilia adorabat, neglecto veri numinis cultu. *Erit sculptile sepulchrum tuum.* Exitus veritatem oraculi comprobauit. Illum nánque ad aras Deorum supplicem, filij ipsius gladio transfuerberarunt. Scribit D. Hieronym. in quæst. in Paralip. Imitanda Christi charitas in liberandis proximis à periculo. Num. 25. Matth. 5. Num. 25. Qui solem adorarunt cõtra solem suspenduntur. Morituri Christiani Christũ crucifixum suspiciunt. Deut. 32. Nahum 1. Hiero.

Sennacherib supplicio mulctatus quòd idolū super arcam Noeticam imposuerit.

vidisse Sennacheribum, arcam Noë, in montibus Armeniæ; cumque audiret octo tantùm animas, in ea à communi naufragio seruatas; adscribens id Dei Iudæorum impotentiæ, qui non potuerit (vt ille arbitrabatur) plures seruare; suum Deum quasi potentiorem super arcam collocasse. In vltionem huius iniuriæ vero Deo illatæ, non solùm amissione militum 185. millium, punitus est, sed etiam morte propria coram suis Diis, in quibus habebat fiduciam, iuxta prædictionem illam: Erit sculptile sepulchrum tuum.

Psalm. 10.

1. Tim. 3. Ambros. Cathar. Quàm multa Deus pro nobis fecit.

IV. Non est ergo fides habenda rebus huiusmodi vanissimis; nec operibus nostris, sed Deo, qui secundùm suam misericordiam saluos nos fecit. Adest ille nobis in mari, in solitudine, in ærumnis. Clypeus nobis est contra ictus, quos res aduersæ passim in nos euibrant. *In Domino confido* (ait Rex propheta) *quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer?* Denique, *Deus pro nobis homo factus est*, vt apertè 1. Tim. 3. ait Apostolus, iuxta Græcum codicem, quod rectè aduertit Ambros. Catharin. in lib. primæ clauis Scripturarum; contra quosdam hæreticos incarnationis mysterium negantes. Sic enim iuxta Græca legendum est: *Deus manifestatus est in carne; iustificatus est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatus est gentibus, &c.* Vides quanta Deus egerit pro nobis? Hæc tibi, ô hæretice, qui Dei immensam benignitatem metiris secundùm angustiam animi tui, credibilia non sunt; Non audes Deo tribuere tantam, propter nos, exinanitionem. Vtinam diuitias bonitatis eius agnosceres. Fides tibi ostenderet nihil esse tam asperum, ac tam difficile, quod pro nostra salute, Dei Filius, non sit aggressus.

VERS. 5. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti.

Quantam vim habeat ad gratiam conferendam aqua per Christum ad regenerationem sanctificata.

ANNOTATIO VI.

Modus salutis à Christo præscriptus per Baptismum.

I. MOdum salutis adipiscendæ proponit Apostolus, dum ait, *Per lauacrum regenerationis.* Deinde effectus, qui modum hunc salutis consequuntur, renouationem scilicet spiritus, & gratiæ abundantiam. Tertiò, causam, qui est Christus. D. Hieron. in epist. ad Oceanum, Baptismi gratiam per Christum nobis concessam, eleganter deprædicat. Rudi adhuc mundo solus spiritus Dei aurigæ in modum super aquas ferebatur, Gen. 1. Et nascentem mundum in figura Baptismi patriciebat. Fabricatur homo de limo, & inter Dei manus aquarum sacramenta versantur, Genes. 2. Fons vnus è paradiso in quatuor principia diuisus, postea de templo egrediens, & contra solis ortum vadens, amaras aquas, mortuasque viuificat. Peccat mundus, & sine aquarum diluuio non purgatur. Pharao cum exercitu suo in typo Baptismi suffocatur, de cuius interfectione agitur, Exod. 14. in Psal. 73. scriptum est, *Confirmasti in virtute tua mare, cõtribulasti capita draconis, imò draconũ in aquis.* Lignum quoque super aquas, siue, *secus decursus aquarum plantatum*, Psal. 1. & Hierem. 17. *transplantatũ*, signat nos de siccitate Iudaica in Baptismatis gratiam sempiternam translatos, &c. Quid, quòd Christus primum signum ex aquis facit, Ioan. 2. Nicodemo renascen

Gen. 1. Gen. 2. Gen. 6, 7. & 8. Exod. 14. Psalm. 73. Psal. 1. Hierem. 17. Ioann. 2.

scendum ex aqua prædicat, Ioan. 3. Samaritanam vocat ad puteum: paralyticum iacentem ad piscinam, sanat. Qui ab aquis cœperat, finiuit in aquis; è latere lancea percusso Baptismi largiens Sacramentum. Post resurrectionem Apostolis præcipit, vt baptizent in nomine Patris, & Filij, &c. Pœnitens facti, populus Iudæorum, statim à Petro ad Baptisma mittitur: Eunuchus lectione prophetica Baptismati præparatur: Paulus non antè recuperat aspectum, quàm obtineat Baptismo, fidei sanitatem. Ioan. 3. Ioan. 19. Matth. 28. Marc. 16. Act. 2. Act. 8.

II. Quid, quòd aquæ nomen, vt Cypr. lib. 2. epist. 3. annotauit, in Scripturis positum, Baptisma significat? *Findetur* (inquit Isaias 43.) *Petra, fluet aqua, & bibet plebs mea.* Quod in Euangelio impletur quando Christus, qui Petra est, lanceæ ictu in passione fuit transfixus. Quid figuras referam Baptismi? Innumeræ olim præcesserunt. Figura fuit diluuium Noëticum; mare rubrum Moysis virga patefactum; transitus Iordanis sub Iosue. Vide Basil. in exhortatione ad Baptismum: & de Spiritu sancto cap. 14. Prosperum in Psalm. 105. 106. 135. Damascen. lib. 4. cap. 10. Addunt figurarum vim mysticam aquæ tertiò iussu Eliæ 3. Reg. 18. super aram effusæ, & cœlestes flammæ, holocaustum momento comburentes. Fuit, & Baptismi typus septies facta in Iordane Iotio, ad emendandam Naaman Syri lepram. Cypr. Isa. 43. Ioan. 19. Gen. 7. Exod. 14. Iosue 3. Basil. Prosper. Psalm. 105. 106. 135. Damascen. 3. Reg. 18.

III. Baptismi gratiam, & virtutem ignorans Apostata Iulianus, deridebat, vt deliros ad Baptismum accedentes; aquam esse docens corpori, & animæ curandæ inutilem. Cui scitè, & prudenter respondet Cyrillus, lib. 7. salutarem Baptismum, non ad curandas corporis ægrotationes assumi: subtilem esse, & profundum de hoc sermonem, & ex iis, de quibus ait Isai. 7. *Nisi crediderit is, non intelligetis.* Deinde confutans aduersarium, statuit eum temerè nugari, ac etiam scientem, (quæ hominis erat malitia) verum vituperare. Quòd autem familiari nobis elemento vtamur ad gratiam Baptismi obtinendam, misericordia fuit summa; etenim quia consuetudo hominibus est aqua lauari, coniunxit Deus aquæ, Spiritus sancti gratiam; & fecit commune, & notum omnibus elementum, lauacrum regenerationis; cuius gratiæ modum explicas, & effectum D. Thom. *Sciendum* (inquit) *hominem in statu peruersitionis duobus indiguisse, quæ per Christum consecutus est, nempe participatione diuinitatis, & depositione vetustatis. Prius per Christum habemus*, diuinæ per eum naturæ consortes effecti, 2. Pet. 1. *Nouæ autem naturæ nisi per regenerationem, non acquiritur*, &c. Vide Augustin. lib. 6. contra Iulian. cap. 4. *Duo autem, quæ in vno homine fiunt, nasci, & renasci, ad duos* (inquit, ille, epistola 57. ad Dardanum) *homines pertinent: Vnum, ad primum Adam; alterum, ad secundum Christum.* Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale. Primus, homo de terra, terrenus; Secundus, de cœlo, cœlestis; per vnum mors, per vnum resurrectio, 1. Corinth. 15. *Neque morerемur nisi per carnalem propaginem de membris illius venirемus; nec viueremus, nisi per spiritalem connexionem membra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci, & renasci:* Hæc ille. Vide inter sententias per Prosperum, ab Augustin. decerptas 299. Est & altera animi quædam mors: & regeneratio: vitæ scilicet prioris, morumque ablegatio, quæ fit pœnitendo, de qua idem Augustinus, lib. 1. de doctrin. Christiana cap. 19. & 20. Tertia quoque regeneratio significetur, Matth. 19. *In regeneratione* (inquit Christus) *cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ*, &c. Vt enim Augustin. ait in lib. 2. de peccatorum meritis, & remissione cap. 7. hoc Cyrillus cõtra Iulianũ. Isai. 7. D. Thom. 1. Petr. 1. Augustin. Nasci & renasci ad duos pertinent nasci ad Adam, renasci ad Christum. 1. Cor. 15. Prosper. Augustin. Matth. 19.

loco nouissima resurrectio intelligitur,non vtique talis regeneratio, qualis fit per Baptismum,sed,in qua etiam in corpore perficietur ,quod nunc spiritu inchoatur. Idem in Psalm. 148.duas affignat, omissa media,generationes : *Generatio*, inquit , *& generatio laudabit opera tua*; quarum vtraque sumus filij Dei. Priore quidem adoptionis; alia autem , resurrectionis filij appellantur. Vide Augustin. contra Pelagian. ad Bonifac. lib. & cap.3. & lib.4. cap.11. vbi citans Ambrosium super Isai.cap.1. *Filios enutrius*, &c. Qui liber minimè extat; sic scribit ; *Sicut regeneratio lauacri , dicitur , per quam detersa peccatorum colluuione renouamur; ita regeneratio,dici videtur , per quam ab omni corpore concretionis purificati labe, mundo animæ sensu,in vitam regeneramur æternam* , &c. Nempe distinxit S. Doctor iustificationem vitæ huius, quæ fit per lauacrum regenerationis, & illius perfectionem , quæ aduenier cùm corpora nostra fuerint immortalitate renouata. Hæc dicta sint de vi, & potentia, qua,accedente verbo Christi ad aquæ elementum,regeneramur ad salutem.

Pſal.148.

Luc.20. Auguſt. Ambroſ. Iſai. 1.

VERS. 5. Et renouationis Spiritus sancti , quem effudit in nos abundè.

De renouatione , quæ fit per gratiam.

ANNOTATIO VII.

I. INtelligitur hîc ille Spiritus sancti effectus, quo per expoliationem veteris statis peccati, ad gratiam renouamur. Vt Chrysost.& ferè Græci interpretantur. Potest etiam intelligi renouatio,quæ fit per Baptismum iuxta Latinos. Nos omnem intelligimus renouationem , siue illa per lauacrum regenerationis fiat, siue per pœnitentiam. Ad quam nos Apostolus Coloss. 3. hortatur: *Expoliantes* (inquit)*vos veterem hominem cum actibus suis,induentes nouum,qui renouatus in agnitionem,secundùm imaginem eius qui creauit illum* , &c. Vnam verò ab altera ita distinguit Auguſt. lib.14. de Trinit. cap. 16. collatis multis Pauli locis: *Anima*,inquit,*peccato decoloris , & deformata reformatio , non vno momento fit conuersionis eius,sicut,quæ in Baptismo fit remissione omnium peccatorum ; nec enim vel vnum,quantumcunque remanet,quod non remittatur:sed,vt aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate febribus facta reualescere:aliud infixum telum de corpore demere ; aliud vulnus eo factum secunda curatione sanare:ita prima curatio est , causam remouere langoris,quod per omnium fit indulgentiam peccatorum : secunda , langorem sanare,quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis. Quæ duo demonstrantur*, Psal.102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis , *quod fit in Baptismo*;qui sanat omnes langores tuos,*quod fit quotidianis accessibus,cùm hæc imago proficiendo renouatur*,&c.

Chryſoſt.

Coloſſ.3.

Auguſt.

Pſal.102.

II. Habemus ergo ex Christo,& Paulo , & vtriusque interprete Auguſt. triplicem regenerationem, siue renouationem. Addit tamen idem Augustin. non procul à fine epistolæ ad Roman.inchoatæ: Eos, qui iam baptizati sunt, curari meliùs dicimus per pœnitentiam,quàm renouari: quia renouatio propriè in Baptismo est; Vbi quidem operatur pœnitentia , sed tanquam in fundamento:manente itaque fundamento, recurari ædificium potest. Sin fundamentum iterare quis voluerit,totum subuertat ædificium necesse est. Ideò dicit

Auguſt.

cit Hebr.6. *Impossibile est, qui semel prolapsi sunt; rursus renouari ad pœnitentiam,* vtique baptismalem, seu denuò baptizari, &c. De renouationę per resurrectionem futura agit Aug. de Genesi ad literam, c.19.20. & seq. Hebr.6. Auguſt.

VERS.7. Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ.

Quid sit iustificari gratia Christi.

ANNOTATIO VIII.

III. IDem nunc est *iustificari*, quod priùs dictum est, renouari, siue regenerari. Quid autem sit *iustificari*, & quomodo in nobis Deus *iustificationem* operetur, sic explicat D.Thom. *In iustificatione*, inquit, *impij, duo sunt termini; A quo, culpæ remissio, & hæc est renouatio: Ad quem, gratiæ infusio; & hoc ad regenerationem pertinet.* Sed nunquid remitti culpa potest, & non infundi gratia? Nam à principio Deus, sine alterutra hominem constituere poterat, in puris quod aiunt naturalibus, absque vllis donis gratuitis. Respondet D.Thom. aliter loquendum esse, de homine, qui nunquam Deum offendit: sic enim esse potuit, sine culpa & gratia: aliter de eo, qui peccauit: hunc fieri nequit, quin Deus vel amore, vel odio prosequatur. Amatur à Deo, si illum culpæ pœnitet; odio habetur, si culpæ adhæret. Si à Deo diligitur, gratiæ ornatur dono, quæ si prima est, non ex operibus nostris conceditur, sed ex Christi meritis, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ. Vnde Auguſt. ad finem Psalm.142. enarrans illum versiculum: *Propter nomen tuum Domine viuificabis me in tua iustitia, ait; In tua, non in mea, non, quia ego merui, sed quia tu misereris. Nam si meum ostenderem meritum, nihil abs te mererer nisi supplicium,* &c. Idem contra Pelagium, & Cælestium lib.2. cap.24. *Spiritus,* inquit, *vbi vult spirat,* Ioan.3. *non merita sequens sed etiam ipsa faciens. Non enim Dei gratia erit vllo modo, nisi gratuita fuerit omni modo,* &c. Longum facerem, si iustificationis initia, & incrementa, quibus ad spem vitæ æternæ erigimur, persequi dicendo vellem. Id scholasticis Theologis consultò relinquimus. Interim Augustino adhæreo, quem vide, tum loco proximè citato; tum in Enchirid.cap.31. & in Psalm.142. & 144. & in lib. de gratia & libero arbitrio, cap.8. In quibus locis, quod Paulus toties repetit, *Hominem gratis iustificari*, Auguſtinus intellexit, nihil aliud significari, nisi id, quod à nemine negari debet, iustificationem non præueniri operibus, quæ scilicet Deus in homine iustificando, non præparauerit. Absit igitur à nobis omnis iactantia, & vanæ gloriæ tumor, quo diabolus in nostram vri solet perniciem. Quis ignorat quid acciderit Ezechiæ viro cæteroqui iusto? ostentauit, vt scriptum est, 4.Reg.20. Suos Regis Babylonis nuntiis thesauros gloriabundus. Quid inde euenit? occasio data est Regi Barbaro vrbem, cum insigni morum & religionis detrimento spoliandi. Deo, nisi in prædam diabolo dari animam volumus, quicquid boni in nobis est, non humanæ industriæ adscribamus. Agnosce, cum humilitate, si quando à peccati iugo ad libertatem filiorum Dei vindicaris, te, non operibus iustitiæ tuæ, quæ absque Christi meritis, cœno comparari, & luto possunt, iustificari, sed Dei gratia. Remiſſio culpæ & gratiæ infusio concurrunt in iustificatione. D.Thom. Amatur à Deo ille quem culpæ pœnitet. Auguſt. Pſal.142. Non quia meremur, sed quia Deus miseretur, iusti sumus. Ioan.3. Auguſt. Pſal.142. Pſal.144. Auguſt. Quid sit gratis iustificari. 4.Reg.2.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

SECTIO IV.

VERS. 8. Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare: vt curent
9. bonis operibus præesse, qui crediut Deo. Hæc sunt
bona, & vtilia hominibus: stultas autem quæstiones,
10. & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita.
Sunt enim inutiles & vanæ.

Græcè; πιστὸς ὁ λόγος· περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ θεῷ· ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ, καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις· μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔριδας, καὶ μάχας νομικὰς παραιτοῦ· εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς, καὶ μάταιαι.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Chryſoſt. Theoph. Theod. Hieron. D.Thom.

I. POSSVNT prima verba referri ad ſuperiorem ſententiam, vt ea referunt D.Chryſoſt.Theophyl.& Theodor. quibus accedit D.Hieron.& D.Thom. vt ſit ſenſus: Quæ dixi de benignitate, & ineffabili Dei erga nos amore,& humanitate: illa etiam, quæ attuli de ſpe noſtra,vt non inanis, & fabulis aſperſa videatur, (qualis eſt ſpes Iudaica) ſed tanquam certa, & indubitata habeantur,quippe quæ diuinæ innituntur bonitati,

Apoc vlt. omni fide digna ſunt. Fidelis, inquam,ſermo eſt.Sic Apoc.vltimo,dictum eſt à Ioanne ad confirmationem vaticinij: *Hæc verba fidelissima, & vera sunt.* Primaſius & D.Ambroſius ad ſequentia referunt, *& de his volo te confirmare.* In

Primaſ. Ambroſ. Græco, διαβεβαιοῦσθαι, anceps eſt verbum, quod non tam confirmare,quàm confirmari ſignificat: *Vt curent bonis operibus præesse*, D.Ambroſ. ita vertit ex Græco,vt ſolliciti ſint ad effectum bonorum operum, ea potiſſimùm inculcando,

Ambroſ. Theodor. quæ faciunt ad vitæ pietatem. Theodor. eundem ſenſum obſeruat; ſic enim ait enarrans hæc Pauli verba: *Non sufficit fides ad salutem ijs, qui sunt bonis operibus nudati: Hæc sunt bona, & vtilia hominibus, Deo credere, & ex eius legibus vitam instituere.* Hæc ille: *Bonis operibus*, dandi caſus eſt, non auferendi, & reſpondet præpoſitioni, *præ*; ſic enim poſitum eſt, *præesse bonis operibus*, quemadmodum dicitur aliquis præfectus annonæ, aut militiæ. Coniunctio, *Et*, non

Chryſoſt. Theophyl. eſt in Græcis codicibus. Verùm D.Chryſoſt. & Theophyl. eam adhibent, in contextu,& in commentariis,& adhuc modum interpretantur, Volo te de his, quæ hactenus retuli, diſſerere apud populum: & hac ratione prouocare omnes,non ſolùm ad humilitatem,& modeſtiam,ſed etiam ad eleemoſynam. Bonis nanque operibus præeſſe, eſt munificentiæ ſtudere. D. Chryſoſtomo &

Ambroſ. Theophylacto in eo accedit D.Ambroſius, quòd non de quibuſuis operibus

inter

interpretetur hæc verba, sed de operibus humanitatis & benignitatis. Verbum *præesse* nouè hîc ponitur, nec satis constare poterit, cuius idiomatis sit huiusmodi phrasis. Placet tamen D. Chrysostomi expositio, qui idcirco adhibitum putat, vt significetur ab Apostolo, fratrem, non solùm pecunia, & externis aliis subsidiis iuuandum; sed etiam suscepta interdum illius defensione. Chrysost.

II. Scultas quæstiones appellat, originum enumerationes; vt Ambros. ait, in quibus Iudaizantes nouas & inutiles miscebant quæstiones. Theophylactus etiam, *Stultas*, inquit, *quæstiones inutiles vocat, quales Iudæi Christianis asferunt. Genealogias autem, quas ipsi fingunt, Patriarcharum genus recensentes, & successionem sanguinis; maiores nimirum suos, de quibus etiam gloriantur, &c.* Nonnulla admiratione digna, de studio Iudæorum circa genealegias scribit D. Hieronymus, enarrans hunc locum, quem videre poterit, cui otium erit. Contentiones tandem, & pugnas legis, siue legales, sic interpretor, hoc est, altercationes ex lege prouenientes fugiendas esse, ne dum calor pugnæ tempus intercipit; honesta, & vtilia prætermittantur opera. Scultæ quæstiones Iudaizantium. Ambros. Theoph. Hieron.

VERS. 8. Vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo.

Quonam pacto fideles hodie Pauli doctrinam secuti, bonis studeant præesse operibus.

ANNOTATIO I.

III. POstquam Apostolus de insigni Dei benignitate, & ineffabili illius erga nos prouidentia, aliqua proposuit, docuitque nos, quales antea fuerimus, qualesque ipsius effecerit gratia, subiunxit, *& de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo, &c.* Chrysost. addit, *Hæc loquere, & ad eleemosynam impendendam hortare*, putans, vt videtur, id significari sequentibus verbis, (*Hæc sunt bona, & vtilia hominibus*) Et meritò. Non enim ea, quæ dicta sunt, ad id tantùm pertinent, vt humiles simus, nosque ab aliorum iniuria abstineamus. Verùm, vt, & ad omnem aliam virtutis partem ardenti studio & labore exerceamur. Sic enim ait 2. Corinth. 8. *Scitis quoniam Dominus pauper factus est, cùm dives esset, vt nos illius inopia diuaremur.* Itaque cùm diuinam benignitatem & prouidentiam commendasset, & fideles ab benefaciendum hortatetur; postulat insuper, *vt curent bonis operibus præesse*, hoc est (vt Chrysost. exponit) & oppressis, iniuriis, ferre opem, non pecuniis tantùm, sed etiam exhortatione, salutarique doctrina. Vidvis idem, ac pupillis auxilium ferre, omnibus, qui in afflictione sunt prospicere miserationis affectu. *Hæc enim*, inquit, *sunt bona, & vtilia hominibus.* Exhortatio ad Eleemosynam. Chrysost. 2. Cor. 8. Chrysost. Chrysost.

IV. Sunt, & aliæ interpretationes huius loci propter verbum προϊστασθαι, quod variè accipitur. Nonnulli enim relicta D. Chrysost. interpretatione sic exponunt; *vt curent, &c.* vt gaudeant eleemosynis iuuare proximos; vel intenti sint in id studium, qui magistratum gerunt, vt bonis operibus dent principatum; Ne boni viri, & pij, quorum vita à plerisque negligitur, contemnantur. Nam, qui neglectis bonis operibus, Christianos se esse iactant, similes sunt arboribus infructuosis, salicibus videlicet, & buxis, quæ quotannis floribus sine vllo fructu decorantur. Radix bonorum operum fides est; idcirco Chrysost. Bonis viris magistratus conferendi sunt.

Hebraismus. Matth. 23.

subiungit, *Qui crediderunt Deo.* Vbi more Hebræorum ponitur præteritum pro præsenti, sicut & Matth. 23. cùm dicitur, *Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi*, *ponitur* (*sederunt*) pro, sedent.

Præcise bonis operibus, est, in actionibus bonis excellere aliis.

V. Alij sic explicant, *Vt curent bonis operibus, &c.* hoc est, vt operam nauent, qui iam crediderunt Deo, præesse bonis operibus, id est, excellere, & palmam præferre aliis, qui Christiani non sunt; non quidem potentia, & opibus; sed operibus bonis. Hoc enim palmarium est Christianis, vt Gentilibus præstent, & gloriam præripiant, quæ proficiscitur ex bonorum operum exercitio. Huius rei videmus in Republica Christiana hodie egregia documenta, quibus illa Christum, à quo gubernatur, repræsentat, Pauli doctrinam, iuxta hanc interpretationem, secuta, quam valde accommodatam esse literæ existimo. An non videmus, in orbe Christiano erecta passim ad pietatis opera exercenda, fodalitia? Quid memorem collocandis in matrimonium virginibus, ne pudor pericliletur, collectam pecuniam? Quid destinata pupillis, & viduis præsidia? Quæ ciuitas est, in qua tumulandis cadaueribus, & ægrotis curandis, domus aliqua misericordiæ erecta non sit? Quid malefactoribus in rotam, aut in crucem agendis, parata referam animo & corpori subsidia? Colliguntur hùc, & aluntur honestæ mulieres, quæ multos annos prostituto pudore inhoneste vixerant. Illic montes pietatis, pauperum subleuant inopiam. Confessionibus, & concionibus multi vacant sacerdotes: nullum, ex tanto labore aliud sperantes emolumentum; quàm proximorum, qui à vita turpi ad honestam conuertantur, vtilitatem. Admirantur infideles domos passim in Italia, Gallia, & Hispania erectas ad vsum exercitationemque bonorum operum; sanè argumentum haud obscurum habet Dei Ecclesia nostro seculo, & indicium oculis, & montibus conspicuum, operantis in nobis Spiritus sancti. Sunt, qui præsunt prædictis operibus bonis; sunt, qui adiuuent; sunt, qui promoueant; vt nemo dubitare possit re ipsa præstari, quod Apostolus ait, *Qui Deo crediderunt bonis præesse operibus, & facem alijs præferre in studio pietatis, quæ viam vtiliter nobis aperii ad vitam æternam.*

Opera pietatis apud Christianos vbique elucent.

Spiritus sancti Ecclesiæ gubernantis multa sunt indicia apud nos.

Gregor. P. 1. Reg 3.

VI. Quid de nascentis Ecclesiæ exordio? D. Gregor. in cap. 3. lib. 1. Reg. in enarratione allegorica, præfuisse tunc temporis fideles bonis operibus eruditè affirmat. *Coram Heli*, inquit, *Samuel ministrare Domino aptè dicitur, quia electi sanctæ Ecclesiæ prædicatores, dum statum nouæ fidei prædicando erigerent, quod ratione asserere conati sunt, Patrum veterum autoritate firmauerunt. Et tunc quidem sermo Domini pretiosus fuisse perhibetur. Pretiosa quippe res, parvo pretio emi non potest. Pretium autem, quo sermo Dei emitur, labor est sanctæ operationis. Eo igitur tempore sermonis emptor multo pretio eguit: quia sine magno labore verbum fidei seruare non potuit, qui pro eo, quod credidit, ad tormenta peruenit. Tempus nanque erat, quo is, qui emebatur sermo non typo figurate mortalitatis, sed apertæ locutionis præcepto hortabatur, dicens,* Qui vult venire post me tollat crucem suam quotidie, & sequatur, *Matth.* 16. Et qui non renuntiauerit omnibus, quæ possidet non potest meus esse discipulus, *Luc.* 14. Concludit D. Gregor. *Itaque cùm Samuelis ministerium asseritur, pretiosus sermo Domini esse perhibetur: quia profectò inter initia fidei, illi, qui prædicantibus æternæ vitæ doctoribus crediderunt, pro accepto verbo fidei, magni laboris opera expendisse credendi sunt, &c.* Aduenit idem Gregorius, Iudæos id temporis longè abfuisse ab huiusmodi bonis operibus, quia lucem fidei non habebant.

Sermo Domini pretiosus dicitur, quia labore tanquàm pretio colitur & quasi emitur Gregor. Matth. 16. Luc 14. Greg. P.

bant. Quod significari putat illis verbis, *Heli iacebat in loco suo, nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur.* Visio nánque, inquit, Heli manifesta non est: quia Iudæorum sacerdotium in perfidiæ suæ cœcitate sepultum est. Heli ergo iacet in loco suo, quia, & literam legis habet, & in lege, & prophetis non habet statum luminis, sed lapsum cœcitatis. Locus nánque Heli, videlicet Iudaici prædicatoris, sacra lex est. Quia ergo Iudaicum sacerdotium adhuc sacram Scripturam habet, in loco suo est, & quia virtutem sanctæ Scripturæ nesciens, ad statum fidei non erigitur, nimirum in loco suo non stare, sed iacere perhibetur. Quia item vsque ad mundi finem proiectus est, lucernam Dei videre non posse memoratur. Vnde & Apostoli superfluum laborem reputantes eorum qui videre non poterant, Act. 13. dicunt, *Quia indignos vos fecistis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* Et paulo infrà: *Lucernam Dei* vocat ministerium synagogæ, quod lucem Scripturæ, quàm habebat, videre non poterat. Vnde, & antequam extingueretur, videre non posse dicitur: Nondum enim extinguitur, & videre non potest; quia certè lumen gerit, quod non attendit. Antè enim quam extinguatur, est, donec lucet. Et quia ab eo vsque ad mundi finem sacra Scriptura non tollitur, si antequam extinguatur non videt, cum mundi fine extenditur in cœcitate, &c. In sola igitur Dei Ecclesia fuerunt iam inde ab illius infantia, vsque ad hanc nostram ætatem fideles, qui credentes Euangelio, bonis operibus præsse sciunt. Idcirco confirmata cœcitate Heli, *Samuelem, qui doctorem gratiæ*, significat, Dominus vocauit: quia damnato Iudæorum sacerdotio, ad maiorem gratiam, nouum sacerdotum ordinem vocauit, quorum pretiosus sit sermo, & testimonio bonorum operum confirmetur, dum piè & vtiliter exerceatur, quod auditur.

Cœcitas Heli Iudaicam præfigurabat cœcitatem.

Act. 13. Lucerna Dei fuit synagoga.

In sola Ecclesia est lux vera.

VII. Pro explicatione illorum verborum, *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & pugnas legis deuita. &c.* Vide, quæ annotatiuimus huius epist. cap. 1. sectione 2. annotatione 3. Et super illud cap. 1. epistolæ 1. ad Tim. *Neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei, quæ est in fide.* Et epist 2. Tim. 2. super illud: *Stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita sciens, quia generant lites. seruum autem Domini non oportet litigare;* seu, vt Græca habent, verbis *pugnare*: Videndus etiam est venerandus P. Antiochus, qui ante annos abhinc nongentos scripsit, tomo 2. Bibl. Patrum hom. 56. vbi hortatur Dei seruos, vt ab omni abstineant contentione. *Contentiosus*, inquit, *& qui litibus serendis insuevit, alijs conciet turbas, & suis eos exagitat intemperijs. Hic nulli non deprehenditur inusus. Scriptum quippe est Genes. 27. quia Esau vxores accepit, non suæ gentis, sed externæ, quæ, pro consuetudine contendebant cum Isaac, & Rebecca.* Dixit autem Rebecca Isaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, Nolo viuere. *Per hoc insinuatur verum esse, quia pugnis, atque contentione verborum digladiari, & ferere lites eorum est, qui à Deo sunt alieni. Non item fidelium, & qui se excolendæ pietati totos consecrarunt, &c.* Hæc ille; Et quidem meritò. Nam, qui Christum audiant Magistrum; eundem æmulantur, de quo Isa. 42. *Non contendet neque clamabit, &c.* Contentiosi, nihil vnquam ad exitum perducunt. Finis imponitur operi debitus per patientiam, orationem, obedientiam, perque solam spem generosam. *Ne litiges* (inquit Parœmiastes) *cum homine linguaci; neque struas super ignem illius ligna.* Item, *ne respondeas stulto secundùm stultitiam illius,*

Tit. 1. 1. Tim. 1.

2. Tim. 2.

P. Antiochus. Bibl. Patr.

Gen 27. Contentiosi sunt omnibus molesti.

Isa. 42. Qui Christū sequuntur non sunt pugnaces in sermone.

Parœmiastes.

P. Antiochus.

lius, *ne sibi sapiens videatur*. Idem B. Antiochus, ad finem homiliæ citatæ, *Nos* (inquit) *quasi filij obedientiæ, ne vaniloquis istis litigatoribus simus assimiles, vt doctrinæ Scriptura didicimus, quoniam noxia sit, & detrimentosa litigandi consuetudo. Ne quando contingat subire damnationis censuram cum iniquis, & exlegibus Iudæis, qui veritati perpetuò restiterunt, ac dicebant Domino, Ioan.* 8. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. *Rursus*; Tu quis es? *Ad quos Dominus*, Nisi crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Hæc Antiochus.

Ioan. 8.

VERS. 9. Contentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles, & vanæ.

Vitandas esse importunas quæstiones, & contentiones ei qui fidem & bona opera sectatur.

ANNOTATIO II.

I. SEnsus Apostolici præcepti est, vitandas esse, etiam doctis, stultas quæstiones, & genealogias, hoc est, quæstiones infructuosas, & genealogias, siue generationum enumerationes à Iudæis confictas, quæ in canonicis Scripturis non habentur: qualis est illa de duabus vxoribus Adam, ex quibus plurimi nati sint filij. Vitandas etiam esse contentiones hortatur tempore noui Testamenti de obseruatione legalium: & pugnas legis, id est verbosas litigationes, quæ ex locis Scripturarum, quando lectori imperito sibi inuicem contraria videntur esse, oriri solent: Sunt enim inutiles. Artium professores hic instrui putat D. Thomas, vt modum in interpretatione scientiarum, & in disputationibus obseruent. Professorum nánque artium, & scientiarum munus est primùm quæstionibus, quæ in scientia, quam docent, ab studiosis auditoribus excitari possunt, satisfacere: tum de suo aliquid apponere: Tertiò cum aduersariis disputare: Postremò quid in scientiis addiscendis sit vitandum admonere. In scientiis verò, vt plurimùm vir sapiens, non cuiuis respondet quæstioni, sed ei tantùm, quæ ad suam spectat professionem. Tu ergo, qui doctor es, & professor non profanæ alicuius scientiæ, sed Christianæ, deuita, supersede, omitte quæstiones futiles, & verborum pugnas, scopo doctrinæ sanæ aduersantes; atque, vt cum D. Thoma loquar, irrationabiles, & indisciplinabiles. Est enim doctrina diuina, seu, quod idem est, vera sapientia, stultitiæ prorsus contraria. *Hæc est*, (inquit Moyses, Deut. 4.) *Vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes hæc vniuersi dicant, En populus sapiens, & intelligens, &c.* Ambrosius *stultas quæstiones* interpretatur, in quibus nec salus est, nec vlla peritia. Quæ verò veritatis nihil, inanitatis multum habent stulta iure dices; qualia sunt hæreticorum dogmata. Quorum alius callida vafricie rem veneno illitam proponit, vt Arius: Alius res fabulosas inducit, vt Manichæus. Quia verò multiplices sunt ac diuersæ quæstiones. Ideò de his, qui Deum quærunt, dictum est Prou. 8. *Recte quærentes eum, inueniunt Patrem*. Non rectè quærunt Deum Iudæi, quia frustra sperant, se Deum sine Christo inuenire posse. Nec hæretici, dum vano verborum concrepant strepitu. Quid philosophos memorem, & gentes barbaras, quæ Deum sensibus comprehendi posse fatuis implicatæ

D. Thom. Professores artium à D. Paulo instruuntur.

Respondeat sapiens doctor quæstionibus suæ professionis duntaxat.

Deut. 4.

Ambros.

Prou. 8.

plicatæ quæstionibus existimarunt? Non erunt stultæ, quæstiones nostræ, si mens quotidie diuina pascatur lectione, & bonis operibus inuigilet.

II. Quòd autem genealogias ait, propriè pulsat Iudæos, qui vt Hieron. hîc annotauit, à teneris annis vernacula vocabula penitissimè imbibunt, & ab Adam ad extremum vsque Zorobabel omnium generationes memoriter velocitérque, vt nomen suum, percurrunt: *Nobis ergo, qui vel alia didicimus, vel certè credidimus, vel infantes Ecclesiæ mancipati, Scripturæ magis sensum, quàm verba sectamur, si hæc forte non ita nouimus* (inquit Hieron.) *putant se in nominibus referendis, supputandis annis, nepotibus, & abnepotibus, auis, proauis, atauis, doctiores.* Hæc ille. Consentit Ambros. vertens originum enumerationes, quæ ad Iudæos pertinent; dum eorum quidam originum sibi arrogant patriarcharum: alij de maioribus perperam gloriantur, & cristas erigunt: *Semen*, inquiunt, Ioan. 8. *Abraham sumus*; & ad Galat. 2. *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* Huiusmodi illi iactantia coram fidelibus vbi nemo illis obstrepit, passim vtuntur, quæ, vt verissima foret, non imitantibus tamen maiorum facta, dedecori sunt; cùm stultè, & inutiliter bonas consumant horas. De Græcis hæc quoque dici, scholia Græcanica censent; qui in Panegyricis orationibus qua repetunt deorum inanium generationes. Vide quæ diximus, 1. Tim. 1. vbi Paulus genealogias Iudaicas vellicauit; & D. Aug. lib. 2. de ordine cap. 12. & contra legis aduersarium lib. 2. c. 11. Lyranus notat pseudoapostolos frustra conatos fuisse ætate Apostolorum huiusmodi generationum argutiis probare Iesum Nazarenum ex Dauide non descendisse.

Pulsat Paulus Iudæos. Hieron.

Hieronymus magis sensū, quam verba Scripturæ sectatur.

Iudæis in supputatione annorum & generationū multi sunt. Ambros. Ioan. 8. Gal. 2. Scholia Græcanica. 1. Tim. 1. Augustt. Lyran.

III. Non prætermittam causam, quam diuus Hilarius reddit, cur Apostolus quæstiones stultas, & præsertim de genealogiis, vitandas, tam studiosè præcipiat. Sic enim scribit, lib. 10. de Trinitate: *Sciens Apostolus, arduum hoc terrenæ naturæ difficillimúmque esse, verum diuinarum efficaciam, iudicio nostro, tanquam ad intelligendum acriore, quàm ad efficiendum. Deo potiore, legitimo sibi secundùm fidem filio, sacrāque literas ab infantia sumenti, scribens Timotheo, vetat genealogiæ eloquia tractari, & fabulas interminatæ quæstionis attingi. Ædificationem verò Dei in fide esse, vt humanæ verecundiæ modum, fidelis omnipotentia Dei religione concludat, nec se infirmitas nostra ad perspicienda quæ perspiciendo naturam habebant, extendat*, &c.

Hilarius.

Explicatio D. Hilarij bene explicat hunc locum.

IV. Contentiones vitandas, Lyra verbosas exponit; D. Thom. eas intelligit, quæ non ad veritatis inquisitionem, sed ad ostentationem fieri soleant. Nam & 1. Tim. 6. *Languere* vetat *circa pugnas verborum*, & 2. Tim. 2. ait: *Noli contendere verbis.* D. Hieron. perstringi putat Dialecticos, quorum princeps est Aristoteles, solitos argumentorum tendere retia, & vagam Rhetorum libertatem in syllogismorum spineta concludere. Qui ergo totos dies & noctes in eo terunt, vt interrogent, respondeant, proponant, assumant, confirment, concludant, contentiosos vocari arbitratur; quippe qui, litigantium, vt libet, stomacho, non ratione disputent. Id si vitio vertitur iis, quorum ars contentio est, quid Christiano? Vitare profectò debet Christianus contentiones, quin, & pugnæ legis respuendæ sunt, & Iudæorum stultitiæ relinquendæ: Vt quoto ætatis anno Salomon, vxorem duxerit? Vndecimóne eiusdem anno Roboam, natus esse credatur. Sit ne Mosis sepultura abscondita, quod aliqui putarunt, vt refert Ambrosius, ne à Magis excitaretur, sítne Salomon, in templi ædificatione

Lyra. D. Thom. 1. Tim. 6. 2. Tim. 2. Hieron. Perstringuntur dialectici & Rhetores.

Quæstiones inutiles inter Iudæos.

Ambros.

tione dæmonum vsus auxilio. Quid Vrceorum baptismata memorem, de quibus Marc. 7. agitur? quàm acerbæ contentiones de lege fuerunt: Aliis contendentibus legem totam carnaliter intelligi, seruaríque oportere, Act. 15. Aliis spiritualiter tantùm. Quibusdam etiam, quod diuus Thom. & Lyran. notant, enitentibus falsas introducere expositiones, quibus Scripturæ sibi inuicem videantur contrariæ, & occasionem ea de causa præbere rixis. Quanta in his sit vanitas, quantúmque detrimentum auditoribus afferatur, ex eo manifestum fit; quia non suscipiuntur huiusmodi pugnæ ad veritatem indagandam, aut mores ad honestatem confirmandos. Quid enim prodest (vt Hieron. ait) spumantibus labiis, & latratu garrire canum, cùm simplex, & moderata responsio possit, & docere vera, & emendare falsa? Meritò à Persio Satyr. 5. laudatur Cornutus philosophus, quòd modum seruet ab omni elatione abhorrentem in tradenda morum doctrina; sic enim ait:

Marc. 7. Act. 15. D. Thom. Lyran.

Hieron.

Persius. Cornutus philosophus.

Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos: nec clauso murmure raucus
Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè:
Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.
Verba togæ sequeris; iunctura callidus acri,
Ore teris modico; pallentes radere mores
Doctus, & ingenio culpam defigere ludo.

VERS. 9. Contentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles, & vanæ.

Non esse cum hæreticis contendendum, aut communicandum.

ANNOTATIO III.

1. NOn solùm vitandos esse Iudæos, qui prodigiosis fabulis, & genealogiarum ad satietatem repetito ordine, aures obstruunt veritati, in his verbis docet; sed etiam hæreticos, vt Hieron. & Primasius hîc interpretatur. Frustra enim niteris, eum qui obstinato animo decreuit, nihil, nisi quod vellet admittere, in aliam trahere sententiam. Inter saxa profectò seminas, quoties cum hæretico altercaris. Comparatur hæreticus aspidi: *Hoc enim animal* (inquit Bern. in Psal. *Qui habitat*, serm. 14.) *morsu nocet; obturat aurem, ne audiat vocem incantantis, sapienter. Comparatur & draconi, quem ferunt in arena latitantem etiam oues volantes flatu attrahere venenato. Quàm venenatus flatus fuit:* Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me: *Quis nisi Christus retundere hunc flatum posset? Non erat qualibet auis ista? Comparatur etiam Basilisco, qui solo visu hominem inficere, & interficere perhibetur. Denique leoni comparetur, ob superbiam, quam matrem esse hæresis, multa declarant,* vt annotauimus 1. Tim. 1. super illa verba, *Volentes esse legis doctores*; quod etiam affirmat Augustinus contra Manichæi epistolam, quam fundamentum vocant, cap. 6. & Homil. siue lib. de pastoribus cap. 8. & concione 2. & 6. in Psalm. 118. *Diuersis locis*, inquit, *diuersa sunt hæreses, & secta, sed vna omnes genuit mater superbia, qua omnes tum hæreticos, tum schismaticos demem*

Hieron. Primas.

Bernard. Hæreticus aspidi similis. Psal. 90. Matth. 4 Hæreticus serpens est, basiliscus & leo. 1. Tim. 1. August. Psal. 118.

membrorum Christi compage præcidit, &c.

Hæresum omnium mater superbia. August. Primas.

II. Cùm tam monstrosa res sit hæreticus, quid opus est cum illo sine spe fructus longis sermonibus altercari? Audi Primasium: *Non vult*, inquit, *nos superfluis quæstionibus, & contentionibus, quæ in lege de generationibus, & id genus rebus oriuntur, occupari multominùs contrarietatibus, siue contrariis, quas hæretici, de quibus sequitur, captant, & sectantur, oppositionibus implicari; sed hæc semper loqui, & tractare, quibus auditores proficiant.* Hæc Primasius. Quis, quæso te, in iis altercationibus fructus, vbi nemo ad Christum adducitur? Cur prætermissis operibus pietatis, tempus inutilibus verborum pugnis conteretur? sed quomodo (inquis) suprà cap. 1. præcepit Tito, vt aduersariorum, atque contradicentium ora obturet, si hos vitare oportet, vt hic docet: Respondendum est, ita intelligendam esse Apostoli doctrinam, eos quidem, qui ad aliorum corrumpendos mores docent, & docendo officiunt, imò inficiunt, non tantùm redarguendos, sed, & infrenandos esse, & carcere, si opus fuerit, & ferro coercendos. Eos verò, qui tecum volunt de dogmate, sine spe vtilitatis percipiendæ disputare, aut alios sermones, cùm hæretici sint obstinatissimi, miscere; *Deuita*, inquit, *sunt enim eorum quæstiones, & contentiones vanæ.* Atqui sine vtilitate non est, quod vel vnum verbū cum eis communices: quin potiùs, vt, vel sic eis prodesse queas, defugienda eorum tibi est consuetudo. Sic Deus de Sodomitarum salute solicitus, postquam illorum vitia curationem non admiserunt, nec Loth aliquid apud eos doctrina profecit, ne consuetudine pessima, & colloquio prauo nocerent vicinis, aut aduenis: iusta accensus ira, cœlestibus flammis contra eos egit, extrahens Loth, & quodammodo dicens illi, genitem, cui prodesse inculcatione sanæ doctrinæ non potes, deuita. Quod expendens D. Chrysost. tom. 1. ad finem, in sermon. de Achab. & pœnitentia, ait: *Dederat Deus vitam ad vsuram Sodomitis terram in illorum vsum; creaturas, in agriculturam conduxerat: illi vero neque mercedis, neque vitæ concessæ curam habentes disperierunt in luxum tempus. Bonus autem fœnerator adhuc ferebat ingratitudinem, & mittit Loth ad eos*, Gen. 19. *vt memores faciat debitorum. Loth enim erat pietatis memor, operibus suis docens, quantùm debebant Deo. Vt autem vlcus luxuria mansit immedicabile pharmaco longanimitatis, candenti ferro, quasi putredo egit. Omnium erat incendium quasi ligno-rum*, &c. Eorum itaque vitanda est consuetudo, quorum inest, aut in verbis, aut in moribus corruptio, quæ ad sanas Reip. partes contagione potest peruadere; atque ad vltionem, diuinam tandem prouocare iustitiam.

Tit. 1.

Qui loquaces sunt redarguendi, & frenādi sunt.

Loth postquam non potuit vtilis esse Sodomitis, exrahitur ab illorum cœtu. D. Chrysost. Dedit Deus vitam ad vsuram Sodomitis, qua illi malè vsi sunt. Gen. 19.

III. Nec solùm refutandi sunt, qui vano & inutili colloquio frustra nos detinent, quales sunt Iudæi; quos peculiariter Apostolus subnotat; & hæretici, quorum summa est, & obstinata malitia contra fidei dogmata; sed etiam ij, qui verbis amicitiæ indicibus, à quouis nos opere virtutis abstrahunt. Quod expendit Cyrill. Alex. lib. 12. in Ioan. cap. 28. *Petrus*, inquit, *quondam intolerabilem crucis putans passionē, nec mysterij vires adhuc intelligens, ex amore dicebat*, Matt. 16. Abſit à te Domine: *Ad quem Christus*, Vade retrò Satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quę sunt hominum: *Hinc discimus, quando tempus ad certamina vocat, ne si etiam, qui charissimi nobis sunt, prohibeant, turpe fortè putantes, mentem vllo modo illis adhibeamus. Non enim à Satana differt, qui scandala ponit; & quibuscunque modis potest, vrectà sententia homines seducit. Quod etiam Christus illis verbis ostendere videtur*: Si oculus, inquit, tuus scandalizat te, eruc

Cyrill. Matth. 16.

Satanæ sunt satellites, qui recte facta impediunt.

erue eum, & proiice abs te; *Quod enim à felicitate noſtra, nos ſe mouet, etiamſi amicitiæ, aut ſanguinis lege nobis coniungatur, non noſtrum, ſed alienum, & hoſtile putandum eſt.* Hæc Cyrill. Cætera, quæ nos ad vitandam omnem cum hæreticis, vel in negotiis gerendis, vel ſermonibus vltro citróque habendis conſuetudinem impellere poſſunt, ſectione ſequenti, ſi non omnia (id enim longum eſſet, & alterius fortaſſe inſtituti) potiora tamen, vt inciderint, explicabuntur.

CAPVT TERTIVM.

SECTIO V.

VERS. 10. Hæreticum hominem, poſt primam, & ſecundam correptionem deuita: ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſ-
11. modi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus.

Græcè; Αἱρετικὸν ἄνθρωπον, μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

Tertull. Ambroſ.

I. ERVEL. in lib. de præſcriptionibus aduersùs hæreticos, ita legit: *Hæreticum hominem poſt primam correptionem deuita.* Eandem lectionem ſequitur D. Ambroſ. interpretans, hæreticos ſemel duntaxat admonendos, ne ſi ſæpius id fiat, obfirmatiores reddantur in malo: ſed deuitandos, vt ſibi relicti, aut frigeāt, nemine repugnante, aut ſoli pereant. Frequentiùs enim correptos exercitatiores fieri ait in errore. Ambroſianam lectionem, quæ antiqua videtur, ſequuntur hodie, qui hæreſeos ſemel conuictum, ſi relabatur, non deuitant; ſed ſpitamali ligno iuxta torquente gulam ſuffocatum, incendunt. Communior tamen, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ aptior eſt vulgata editio, quæ habet: *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita.* Continet nánque modum, quo cum hæreticis agendum eſt, ne Chriſtiano populo falſæ doctrinæ contagione noceant: *Hæretici autem ſunt,* vt inquit D. Ambroſius, *qui per verba legis, legem oppugnant:* velut D. Thom. maunlt, *qui ſectæ alicui, quam prauè elegit, pertinaciter ad hæret.* αἱρετικὸν enim dicitur, quaſi *electiuum.*

Hæretici obſtinati incendi ſunt igni.

Ambroſ. D. Thom.

Ambroſ. Eraſmus improbat Theologorum ſuggillator.

II. Παραιτοῦ, id eſt, reiice, vel, vt noſter interpres, Ambroſius, & fere omnes habent, *deuita.* Non poſſum non Eraſmi hîc morem carpere, Theologos quacunque occaſione ſuggillandi. Scribit enim, quendam ſenem Theologum in concilio produxiſſe hunc Pauli locum. Cùm enim quæreretur, num quis eſſet in canonicis literis locus, qui hæreticum plecti iuberet capitis ſupplicio, is ſenex, inquit, clamauit; *Deuita, Deuita,* putans (vt ipſe interpretatur) Latinis deui

deuitare, esse de vita tollere, citatque auritum testem calumniator. Certè persuadere mihi non possum, id seriò ab homine Theologo dictum, sed ioco, vt plerunque fit etiam in senatu, ad aperiendam animi sententiam. Id Erasmo damus; Sæpe periculosum esse in verborum significatione, & emphasi errare. Sic imperiti iuris interpretes, furem suspendunt; quod lex latronem plecti capite iubet, & vulgus furem latronem appellat. Sic medici magno capitis nostri errant periculo, dum ob vocabulorum inscitiam, venenum porrigunt pro remedio. Quod autem quis obiter, & ad significandam cum sale animi sententiam, promit; ex vocabuli tam obuij ignoratione proficisci, id non damus. Voluit Theologus (id quod omnes ferè Catholici sentiunt) cum hæreticis, non verbis, sed ferro agendum esse, vt verbum illud sonare videtur. Cæterùm quid de hæreticis sentiat Ecclesia, mox dicemus. Excusatur à cauillo vir doctus.

III. *Cùm sit proprio iudicio condemnatus*, Græcè, *αὐτοκατάκριτος*, hoc est, *per se condemnatus*. Cyprian. in epist. 3. lib. 1. legit, *à semetipso damnatus*. Et quidem vox illa Græca, hanc vim habet, vt significet per se damnatum, hoc est, damnatum, etiamsi nemo iudex de illo pronuntiet, quemadmodum dicimus *αὐτοδίδακτος*. Illud, *quia subuersus est*, Græcè, *ἐξέστραπται*, quod, & ita potest accipi, excidit à via, siue deflexit. *ἀλλοτράπη*, quod Latinus interpres vertit, *delinquit*, potest verti, *errat*; sed ita errat, vt sit per se condemnatus, etiamsi nemo illum condemnet, vtpote, qui post vnam & alteram admonitionem resipiscere noluerit. Cyprian.

VERS. 10. Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita.

Quis dicatur hæreticus propriè, & de admonitione vna, vel altera hæretico adhibenda.

ANNOTATIO I.

I. *Hæreticus*, vt annotauimus ex Ambros. est, *qui per verba legis, legem impugnat: Hæresis* verò nomen *sectam* significat: vsu tamen fit, vt eam solùm significet, quæ corrupta est, & veritati contraria. Habuerunt quidē olim Sadducæi suam hæresim, de qua Act. 5. & 15. & apud philosophos hæreses fuerunt, siue sectæ. Hodie tamen hæresis vocabulum electionem significat praui dogmatis, & veræ fidei repugnantis, qua electione, qui ducitur, hæreticus, & schismaticus vocatur. Quid verò inter hæreticos & schismaticos sit discriminis, aduertit August. de fide, & symbolo cap. 10. Illius verba sunt: *Credimus sanctam Ecclesiam vtique Catholicam: Nam hæretici, & schismatici congregationes, seu potius segregationes suas vocant. Sed illi de Deo falsa sentiendo, fidem violant, hi decisionibus iniquis à fraterna charitate deficiunt, quamuis ea credant, quæ credimus. Quapropter ad Ecclesiam Catholicam, nec hæreticus pertinet, quia Deum, nec schismaticus, quia proximum non diligit.* Ambros. Hæreticus est, qui per verba legis legem impugnat. Act. 5. & 15. August. Hæretici & schismatici differunt.

II. Quando primùm hæreses, atque schismata orta sint, si quis interroget, dicam, nullam vnquam fuisse Remp. aut populum ita concordem, quin ciues vna, vel altera de causa in diuersa interdum abierint studia: quod ex historiographis notius est, quàm vt exponi debeat. Hinc factiones ortæ, hinc se-

ctæ, quas Græci hæreſes ab eligendo vocant. Sic Iudæi, quamuis eandem amplecterentur legem, in varias diuiſi ſunt hæreſes; hoc eſt, ſectas, Phariſæos, Eſſenos, Saducæos, Samaritanos, Nazarenos, Herodianos. Ipſe Paulus Phariſæorum ſecutus fuit, ante conuerſionem, hæreſim. At enimuero, cùm nobis magiſtri Catholicæ religionis Apoſtoli ſint, qui nihil quicquam ſuo arbitratu, quod docerent, elegerunt; ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter gentibus prædicarunt: hinc factum, vt nihil nobis pro noſtro iure eligere, vel prædicare fas fuerit; ac proinde hæreſis vocabulum impium haberi cœperit, & famoſum. Hinc Theologi hæreticum vocant hominem Chriſtianum, qui ſectam aliquam, vel inſtituit, vel ſequitur religionis veræ, quæ vna tantùm eſt, contrariam fundamentis. Tam nefariæ impietatis, hoc eſt, omnis hæreſis caput, teſte Tertull. in lib. de præſcript. aduersùs hæret. Simon Magus fuiſſe perhibetur, qui accepto per ſimulationem Baptiſmate, primus omnium molitus eſt Chriſtianam labefactare religionem: qui huic duci impietatis militabant *Simoniaci* dicti ſunt. Videant noſtri temporis hæretici, quem ſequantur impij conatus anteſignanum: nec tamen à fine, quo iuſto Dei iudicio ad preces diui Petri de vita exturbatus eſt, oculos auertant. Simoni autore eodem Tertull. Menander patria etiam Samaritanus, ſucceſſit. Is Magica arte, nequaquam magiſtro inferior, maiora paſſim patrabat portenta, ſe ipſum ſaluatorem iactitans, qui ad ſalutem hominum è cælo deſcendiſſet. Nec quenquam poſſe aſſerebat dæmones vincere, niſi foret ab ſe magicis inſtructus artibus, ac per Baptiſma à ſe datum, immortalis effectus. Eſt per idem tempus Nicolaitarum exorta hæreſis. Cerinthus quoque circumciſionem ſeruandam ſub id tempus docuit, & homines mille annos poſt reſurrectionem, in voluptate carnis futuros prædicabat. Numerarem alios, niſi vel nomina ipſa faſtidirem. Vide, ſi placet, Alphonſum à Caſtro aduersùs hæreſes, & Polydorum Virgilium, lib. 8. de Inuentione rerum cap. 4.

Paulus ante cõuerſionem hæreſim Phariſæorũ ſecutus fuit.

Hæreſis vocabulum cur infame.

Tertull. Caput hæreticorũ apud Chriſtianos fuit Simon Magus.

Menander ſucceſſit Simoni.

Nicolaitarũ hæreſis.

Cerinthus.

Alfonſus à Caſtro.

Polydorus.

III. Recentiores, quem Paulus *hæreticum*, illi *ſectarium* vocant, hoc eſt, vitioſæ ſectæ authorem, vel certè addictum: Græci *in peruerſis dogmatibus perſeuerantem*. Hunc ergo poſt vnam, id eſt, primam & ſecundam, ſiue, vt in quibuſdam Latinis codicibus obſeruauit Hieronym. alteram, correptionem; Græcè, *νουθεσίαν*, id eſt, commonitionem, deuita. Vult Apoſtolus vt ei, qui aliquo eſt errore depraua tus, vna & altera adhibeatur doctrina, ſiue admonitio. At Ambroſius, primam legit, nec addit ſecundam; interpretans, huiuſmodi homines, vt inexcuſabiles ſint, ſemel corripi oportere; correptos enim frequentiùs fieri in malo obſtinatiores. Ante D. Ambroſ. Tertull. de præſcript. *Fides*, inquit, *noſtra obſequium debet Apoſtolo prohibenti quæſtiones ingere, nouis vocibus aures accommodare; hæreticum poſt vnam correptionem conuenire, &c.* Sunt tamen, qui putent, tertiam etiam hæreticis admonitionem præmittendam poſt vnam, & alteram quas Paulus præſcribit, antequam ad ferrum, aut ignem veniatur. Vnde Theodoret. *Quando*, inquit, *bis, vel ter iis, qui contraria docent, quàm par eſt, doctrinam tradideris, & in malis eos dogmatibus perſeuerare videris, cum eis amplius ne diſputes. Nam labor eſt inutilis.* Et verò, ita fit in Eccleſia: præmittitur nanque trina monitio ante excommunicationem, quæ eſt Eccleſiæ gladius. Ratio eſt (vt annotat D. Thomas) ternarij perfectio, quæ principio, medio, & fine concluditur. Idcirco hic numerus vſurpari ſolet, vt ad omnia ſufficiens. Vnde

Heronym.

Ambroſ.

Tertull.

Theodor.

Apoſto

Apostolus 2.Corinth.13. *Ecce iam tertiò venio ad vos*, minatur eis, nisi resipuerint. Quid autem minatur? exilium, & quidquid significatur verbo, *παραιτῆ*, hoc est, *reijce, fuge, declina*; Quomodo autem in mopitionibus progredi oporteat, vt peccator corrigatur, aut vitetur, si corrigi noluerit, docuit Christus Dominus Matth.18. vitandus enim est, quem nostris admonitionibus lucrari non potuimus. Causam requiris? *Sciens*, inquit Apostolus, *quia subuersus est*, id est, euersus, & vndequaque errorum laqueis miserè implicitus; Idque obstinatione animi, qua bis, aut ter admonitus, in errore contumax perseuerat. Pro *& delinquit*, Græcè est, *ἁμαρτάνει*, hoc est, & *peccat*, vel *errat*, etiam à semetipso damnatus, vt vertit Cypr. lib.1. epist.3. 2.Cor.13. Math.18. Cyprian.

VERS. 11. Sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, &c.

An hæretici quos vitandos ait D. Paulus, membris Ecclesiæ sint annumerandi.

ANNOTATIO II.

IV. *Hæreticum hominem post vnam & alteram correptionem vitandum esse*, Apostolus statuit. Est autem *hæreticus*, vt paulo antè annotaui, si Græcum fontem adeas, ille, qui per electionem pertinaciter alicui sectæ adhæret, sic dictus ab *hæresi*, hoc est, ab *electione*, vt affirmat D. Hieron. non autem à *diuisione*. Errat autem, qui huiusmodi est, vel circa fidem, vel circa mores autoritate Ecclesiæ approbatos: idque cum quadam obstinatione, & recusatione institutionis. *Hunc ergo deuita* (inquit Paulus.) Quare, inquis? Primò, propter periculum; 2.Tim.2. *Sermo eorum, vt cancer serpit*. Deinde, ne communices illius peccatis, aut videatis eis consentire. 2.Ioan.cap.vnico: *Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam non affert, &c.* 3. propter pœnam; Num.16. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, &c.* Hæreticus per electionem propriâ sectæ alicui adhæret. Hieron. 2.Tim.2. Cur vitandi hæretici. 2.Ioan.1. Num.16.

V. Vult tamen, vt, qui errat admoneatur de errore; à quo si recedere noluerit tanquam obstinatè hæreticus, & contumax, deuitetur. Admonitio autem duplex præcedere debet, ante excommunicationem, & ex vsu Ecclesiæ triplex; Oportet enim, vt cum errante à principio leniter agatur, quandiù spes est medicinæ, Matth.9. *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus*. Postquam verò aliquis incipit admonitionum remedia contemnere; ipsaque Ecclesiæ censuras, hæreticorum nostri temporis more, frigida fulmina appellare, vitandus est, imò, vt Græca sonant, reiiciendus; Luc.19. *Ex ore tuo te iudico, serue nequam*; dictum est ei, qui Domini sui præscripto non obtemperauit, sui arbitrij destinationem contumaciter secutus. Vt tamen ad id, quod propositum est, respondeamus, sic accipe: Quanuis plerique viri graues hæreticos in partibus, & membris Ecclesiæ numerare nolint; Mihi longè probabilior est eorum sententia, qui eos numerant, non tanquam partes sanas, & quæ illius gratiam & vigorem participent, sed tanquam partes effœtas, emortuas, & instar rami sicci adhuc permanentis in arbore viridi, nihil tamen humoris à radice haurientis, sed ferrum, & ignem expectantis. Matth.9. Hæretici vocant censuras, frigida fulmina. Luc.19. 2.Tim.2. Ecclesia est magna domus.

VI. Mouetur primò autoritate Scripturæ, quam habes cap. 2. epist.2. ad Timoth. *In magna domo*, inquit, *sunt vasa aurea, & argentea, & lignea, & fictilia*,

lia, &c. In quibus verbis per *magnam domum*, intelligimus Ecclesiam; & nomine *vasorum ligneorum, & fictilium* hæreticos. Dictum enim erat paulò antè, *quorum sermo, vt cancer serpit, ex quibus est Hymenæus, & Philetus, qui à veritate exciderunt.* Vocabulo autem *domus* intelligi Ecclesiam docet Cypr. lib. 3. epist. 3. & lib. 4. epist. 2. D. Ambrosius in Commentario huius loci, & D. Augustl. lib. 2. de Baptismo cap. 12. qui affirmat ad intelligendos hæreticos per vasa lignea, & fictilia, se permotum fuisse autoritate D. Cypriani in epistola ad Antonianum, quæ est 2. lib. 4. qui profectò sibi non repugnat, vt contrariæ sententiæ autores arbitrantur, dum ait, *Nouatianum, quia hæreticus est, extra Ecclesiam esse*; significat enim (id quod nos fatemur) eum extra communionem suffragionum, & Sacramentorum esse, & tanquam membrum ferro, & igne separandum censeri.

Cypr. Ambros. Augustl. Hæretici in domo Eccl. sûr vasa lignea & fictilea.

VII. Secundò, quia in parabola de zizaniis, in eodem agro inueniuntur, granum, paleæ, & zizania. Hæc autem tria contineri in Ecclesia significant, vt Augustl. exponit. quæst. super Matth. bonos, & malos Catholicos, & pessimos hæreticos; cum Augustino consentiunt Hieron. & Chrysl. loco indicato: Ecclesiam verò per *agrum* intelligi scripsit Cyprian. lib. 3. epist. 3. & Aug. lib. 2. contra Cresconium cap. 34.

Hieron. Chrysost. Cyprian. Augustl.

VIII. Tertiò, Ecclesia hæreticos iudicare, & punire potest; quod non faceret, nisi eos ad se pertinere aliquo modo crederet. *Nam quid mihi est de his, qui foris sunt, iudicare*, inquit Paul. 1. Cor. 3. Imò postquam eos tradit brachio sæculari, si euadant; & crimen contra ipsius leges admiserint pœna dignum, in eos animaduertere potest, cùm, & characterem Baptismi retineant, & sacerdotij, si sacerdotes sint. Nec D. Thom. 3. p. q. 8. art. 3. à membris Ecclesiæ repulit eos, qui habent characterem, quanuis hæretici sint, aut schismatici, nisi post statum huius vitæ; Ait enim ad pœnas inferorum damnatos, nec actu, nec potentia esse membra Christi.

1. Cor. 3.

D. Thom.

IX. Quartò, Alphonsus à Castro lib. 2. de iusta hæret. punitione cap. 24. apertè docet, hæreticos, & apostatas baptizatos, esse membra, & partes Ecclesiæ, etiamsi falsam pro concionibus doctrinam profiteantur. Itaque licèt hæretici non vniantur cum cæteris Ecclesiæ membris per fidem, ac propterea de illis Irenæus lib. 3. cap. 3. Tertullianus in lib. de præscriptionibus, Cypr. in epistola ad *Iubaianum*, & concilia loquantur tanquam de hominibus extra Ecclesiam positis; nihilominus non ita illos extrà ponunt, vt extrà positi sunt pagani, aut Iudæi, qui ad illam nunquam vniti fuerunt; nec aliquid habent ratione cuius Ecclesia exercere in illos iurisdictionem coërcitiuam possit. Vide quæ annotauimus suprà cap. 2. Cardinal. Bellarm. multis argumentis nititur probare, hæreticos, nec partes, nec membra esse Ecclesiæ, atque adeo apertè falsam esse sententiam Alphonsi de Castro. Cæterùm omnia illius argumenta id solùm conficiunt, vt dicamus quod omnes Patres affirmant, hæreticos non esse membra sana, & viua, sed ferro, & igne mulctanda, & tam imbecilli nexu vnita, vt extra posita esse iure dici possint. Atque hoc ipsum Cardinalis doctissimus videtur sentire; In hoc duntaxat Alphonso à Castro contrarius; quod hæreticos absolutè vocauerit membra & partes Ecclesiæ. Vide quæ scribit tom. 2. lib. 3. de Ecclesia militante cap. 4.

Alphonsus à Castro.

Irenæus. Tertull. Cyprian.

Tit. 2. Bellarm. Card.

X. Idem Cardinal. in cod. tomo lib. 3. cap. 21. de laicis, siue secularibus, egre

egregiè docet contra praui dogmatis fautores; hæreticos incorrigibiles, ac præsertim relapsos, posse ac debere ab Ecclesia reiici, & secularibus tradi magistratibus, vt capite plectantur. Quod sanè non faceret Ecclesia, si illos tanquam paganos extra se positos esse crederet, sua potestate vsa Ecclesia, post omnes admonitiones, in Constantiensi Concilio, sessio. 15. damnauit sententiam Ioannis Huss, & ipsum Ioannem; & Hieronymum de Praga tradidit seculari potestati; à qua ambo combusti fuerunt. Hæretici relapsi tradendi sunt brachio seculari. Conc. Constant.

XI. Hinc constat, rectè ab Ecclesiasticis Magistratibus amputari hæreticos ab Ecclesia, tanquam à viridi & fructifera arbore, inutiles, & arentes ramos, qui nec à fide, nec à radice charitatis succum hauriunt, in viriditatem, & fructum se effundentem. Scintillæ comparat D. Hieronym. hæresim, quæ statim, vt apparuerit, extinguenda est: *Arius*, inquit, super illud ad Galat. 5. (Modicum fermentum, totam massam corrumpit) *vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est:* Ibidem docet eleganter, oportere hæreticorum societatem vitare, exemplo ouis scabiosæ, quæ nisi vitetur, pecoribus interitum affert. Hieron. Galat. 5.

VERS. 10. Hæreticum hominem deuita, sciens quia peruersus est, &c.

Vitanda sunt colloquia, & libri hæreticorum.

ANNOTATIO III.

XII. DVm Apostolus statuit hæreticum hominem vitandum esse, non solam damnat personam, sed arma etiam, & instrumenta, quibus nocere potest, quales sunt sermones, & libri; imò hæc duo, vel maximè, ex quibus, vt manifestum est, virus, & contagio dira serpigine simplices & incautos occupat hominum animos. Quàm periculosa sint hæreticorum colloquia, ac propterea vitanda; expressit Paulus Rom. 16. *Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab eis: Nam per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentum.* D. Ioan. epistol. 2. *Si quis*, inquit, *venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere in domum, nec aue ei dixeritis.* Quid Patres referam? D. Irenæus libr. 3. capit. 3. *Tantum*, inquit, *Apostoli, & eorum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulterauerant veritatem.* Sermones & libri hæreticorum vitandi sunt. Rom. 16. Ioan. epist. 2. Irenæus.

XIII. Diuus Antonius, vt refert in illius vita D. Athanasius, nunquam Manichæis, aut aliis hæreticis saltem amicabilia verba largitus est, denuntians talium amicitias, atque sermones perditionem esse animæ. Sic etiam Arianos detestabatur, vt diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendum. Quin ipse vir sanctissimus iam moriturus: *Hæreticorum*, inquit, *& schismaticorum venena vitate, meumque circa eos odium, sectamini. Scitis ipsi, quod nullus mihi, nec pacificus quidem sermo cum eis vnquam fuerit.* Athanasius. Antonius Ægyptius colloquium hæreticorum vitauit.

Cyprianus lib. 1. epistola 3. ad Cornelium: *Declinent*, inquit, *fortiter, & euitent dilectissimi fratres nostri, verba, & colloquia eorum, quorum sermo, vt cancer serpit. Nulla cum talibus commercia, nulla communicatio, nulla colloquia misceantur, similque ab eis tam* Cyprian.

Leo P. Viperea sunt hæreticorũ colloquia. Auguſt. D. Aponius. Abac. 2.

ſeparati, quàm ſunt illis ab Eccleſia profugi, &c. Quid Leonem Pontificem ſummum commemoremꝰ ſerm. 18. de Paſſione Domini, ſic ait: *Viperea hæreticorum vitæ colloquia, nihil vobis communeſit cum eis, qui ſolo ſunt nomine Chriſtiani.* Vide etiam D. Auguſt. epiſtol. 61. tom. 2. D. Aponius ſcriptor antiquiſſimus lib. 2. commentariorum in Cantic. *Hæreticos*, inquit, *malè explicatis Scripturæ teſtimoniis, venena ſua deceptis animabus propinare.* Abac. 2. *Væ illi, qui cibat amicũ ſuum, mittens fel in eſcam eius*, &c. Fingunt hæretici ſe Chriſti ſodales eſſe, cùm hoſtes ſint. Timent eorum conſortia fideles, ne lethali contagio faucientur. Siquidem Apoſtolus Chriſti nomine nos alloquens, nec in ſalutationis vicinitate iubet nos illis ꝺoniungi: *Hæreticum*, inquit, *hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita. Orandum igitur eſt, ne in hæreticorum ſocietatem incurramus. In*

Aponius.

alia enim peccata, inquit Aponius, *quicunque incurrit, aberrans à Dominico grege, citiùs monitis cœleſtibus ad ouile Chriſti poterit reuocari. Hæreticorum autem veſtigia, anima quæ fuerit ſecuta; aut vix, nimium vulnerata, aut nunquam omnino ad veritatis ouile reuertetur, quoniam tandiu labentia eorum, dialecticæ arte compoſita, doctrina uinera ſequitur; quandiu occurrente mortis fine, ab ſpiritibus nequitiarum, beſtiiſque deuoretur.* Hactenus Aponius.

Luc. 16.

Si quis te hæreticus ad colloquium, aut humanæ ſocietatis ius aliud inuitauerit, reſponde cum Abraham Luc. 16. *Inter nos, & vos chaos magnum firmatum eſt.* Non minùs à pietate Chriſtiana diſtat hæreticus, quàm à Lazaro paradiſi incola diſtabat diues, qui apud inferos erat. Septem Georgius Venetus, & Antonius Brixianus, tom. 1. prope finem ex Hebræorum placitis referunt, inferorum receptacula. In primo, qui *puteus* dicitur, cruciantur quotquot noluerunt peccata tua confiteri; de hoc puteo Pſalm. 68. *Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* In ſecundo, quod vocatur *fouea*, nam vbi Pſalm. 6. legimus: *In inferno autem, quis confitebitur tibi?* in fonte Hebraico eſt, *in fouea*, Auari ſunt: Quippe, qui theſauros abſconderunt in vita. Tertius locus dicitur *mors*, de quo in Pſal. ſcriptum eſt: *Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui.* Huc pertinent diuini verbi contemptores; in quo eſt vita, de qua Petrus Ioan. 5. *Verba vitæ æternæ habes.* Quartus Hebraicè vocatur, *Zalmabeth*, id eſt, *vmbra*; de qua Pſal. 122. *Quòd ſi ambulauero in medio vmbræ mortis*, &c. Hîc vanitatum mundi amatores torquentur: *Vmbrarum hic locus eſt.* Quintus locus Hebraicè dicitur, *Dumach*, Poëtæ vocant, *loca ſilentium*; *Omnia hic bona ſilent.* Vnde Pſalm. 113. *Neque omnes, qui deſcendunt, in Dumach*, id eſt, omnes, qui deſcendunt in infernum, laudabunt te. Silentio cruciantur, qui, quæ oportuit loqui, tacuerunt. Sextus locus Apoc. 9. appellatur *Abaddon*, id eſt, *exterminium*, ſiue omnimoda euerſio; de qua illud: *Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon.* In hanc partem recipiuntur iracundi, quorum furor turbat omnia. Septimus *Gehenna* eſt, id eſt, *vallis lamentationum*, cuius fit mentio, Pſal. 58. *Et comprehendantur in ſuperbia ſua.* Hebr. *in gehenna ſua.* Huc truduntur, vt ſemper lugeant ſuperbi, & qui tyrannidem, Dei obliti, in proximos exercuerunt. Magnum profectò chaos eſt inter iuſtos & iniuſtos. Quale putas erit inter hæreticum, & ſimplicem Chriſtianum? in Eccleſia ſunt fideles, tanquam in paradiſo: hæretici ad ſextum pertinent inferorum receptaculum, hoc eſt, ad exterminium, ſiue ad omnimodam euerſionem. Vitandus ergo eſt hæreticus, quia, vel antequam ad inferos trudatur, ſubuerſus eſt, & delinquit, cùm ſit pro-

Georg. Venet. Anton. Brix. 7. inferorum receptacula. Pſal. 68. Pſal. 6. Pſal. 6.

Ioan. 5. Hebraicè. Pſal. 22.

Virg. 6. Æn.

Pſal. 113.

Apoc. 9.

Pſal. 58. Magnum Chaos inter hæreticum, & fidelem. Hæretici pertinent ad ſextum inferorum receptaculum.

prio

prio iudicio condemnatus.

XIV. Quòd si sermone hæretici, veluti halitu pestilenti nocent, quid libri facient, in quibus est oratio magis composita, & faciliùs in manus assumitur, & ad multos extenditur? Si periculum contagionis est in colloquio, profectò longè maius oritur ex scriptis. Quod vel Ethnici intelligentes, libros comburebant, qui religioni erant contrarij: vnde, vt autor est Valerius Maximus libr. 1. cap. 1. cùm prætor Vrbanus Romæ reperisset libros quosdam, qui nonnihil videbantur soluere religionem, ex autoritate senatus in conspectu populi eos combussit. M. Tull. lib. 1. de natura deorum refert, Protagoram exilio mulctatum, & illius libros in concione fuisse concrematos, Athenienſium decreto, quòd multa quæ religioni repugnarent, continerent. Libri hæreticorum multum nocent. Valer. Max. Libri contra religionem scripti comburuntur.

XV. Quid quòd multi ab Apostolis conuersi ad fidem, libros curiosos, & vanos coram omnibus concremarunt, vt ait Lucas Act. 19. & Clemens lib. 1. const. Apostol. cap. 7. Apostolos ait prohibuisse initio fidelibus libros Gentilium, & falsorum prophetarum. Iam Nicænum concil. libros Arij flammis adiudicauit, vt refert Niceph. lib. 8. cap. 18. & Constantinus id executioni mandauit, proposita capitis pœna, *Si quis libros Arij occultasset*, vt patet ex epistola eius, apud Socratem libr. 1. capit. 6. Scribit etiam Socrates libr. 1. cap. 24. Marcellum Ancyranum, damnatum fuisse, quòd libros suorum errorum comburere noluisset. Non enim ad pœnitentiam recipiebantur hæretici, nisi priùs libris suis repudiatis, & combustis, significarent, quo essent animo ad sanam fidem affecti. Denique Concilium Carthaginense 4. permittit can. 16. solis Episcopis, vt tempore necessitatis libros hæreticorum legant. Concilium verò Trid. indicem librorum hæreticorum fieri iussit, vt omnes intelligerent quinam libri vitandi, & comburendi essent. M. Tull. Ab Apostolis cõuersorum libri vani comburuntur. Luc. 19. Act. Clem. Rom. Libri Arij, combusti in Cõc. Nicen. Nicephorus. Socrat. Conc. Carthag. Conc. Trid.

XVI. Hinc patet, semper in Ecclesia morem fuisse interdicendi lectionem librorum hæreticorum. Et quidem D. Greg. lib. 5 Mor. cap. 11. nec veritatem quærendam esse docet in libris hæreticorum, nec, si inueniatur, colendam; quia nimirum, vt ibi est, nocere solet, non prodesse. Hoc nánque, ait ille, esse proprium hæreticorum, vt veris falsa permisceant, & bonis mala. Nam si sola falsa & mala dicerent, ab omnibus repellerentur: si sola vera, & bona, hæretici non essent. Itaque omnia miscent, vt ex malis bona inficiant, & per bona, mala sua abscondant. Quod maximè cernitur in iis historiis, quas de rebus Ecclesiasticis scribunt. Fuêre nánque recentiores quidam hæretici, qui antiquorum res gestas in annales conferentes, nihil aliud moliti sunt, nisi vt mendaciis Catholicam veritatem offuscarent: ac perinde, ac si aduersùs. fanam fidem iunctis armis bellum iurassent, falsissima quæque cumularunt; confusionis turrim contra Deum, & illius Ecclesiam ad cœlum vsque pertingentem, cæco pereiti furore ædificantes. Olim Palæstini, puteos quos Abrahæ serui fideles aperuerant, bitumine conati sunt obstruere: isti primas veritatis scaturigines mendaciorum aggeribus obruunt. Ecclesiæ faciem, non habentem maculam, neque rugam; scriptis, quibus illa, cùm vera sunt, speciosissima redditur; ita deformarunt, vt videas apud eos Synagogam Satanæ, ex Ecclesia: ex Hierosolymis, Babylonem. An exiguum hoc tibi videtur detrimentum? Non vult sancta, & Apostolica Dei Ecclesia, ab iis mendaciorum artificibus, nec cùm veri aliquid dicunt, laudari; imò nec nominari. Vruntur nánque Semper in Ecclesia interdicta fuit lectio librorum hæreticorum. Greg. P. Hæretici scriptores corruperunt historiæ veritatem. Gen. 14.

nánque veris interdum, vt in falsis asserendis, fide digni habeantur. Quæ causa est cur Christus, & Apostoli prohiberent dæmones vera dicere, ne videlicet per ea vera, fidem sibi acquirerent, & postea falsa etiam illis crederentur.

Luc. 4. Act. 16. Luc. 4. *Dominus non sinebat dæmones dicere, Tu es Christus Filius Dei*, & Act. 16. Paulus prohibuit diabolo dicere: *Isti homines servi Dei excelsi sunt; qui annuntiãt vobis viam salutis.*

Libri hæreticorum pernicioſi, magis sũt, quàm Turcarũ, &c.

XVII. Addo tolerabiliores esse libros Gentilium, Turcarum, & Iudæorum, quàm libros hæreticorum. Illi enim vix aliquem ex iis, qui fidei Christianæ præceptis imbuti sunt, corruperunt: leguntur nánque tanquam libri hominum, qui aperti sunt Christianorum hostes, nec quempiam sub nomine Christiano fallunt, vt hæretici. An non possunt, vel simplicissimi quique Iudæorum, Turcarum, & Gentilium dogmata à Christianis discernere? possúne quidem; hæreses verò non item, nisi homines valde docti. Et tamen Turcarum, & Iudæorum libri, qui blasphemias in Christum euomunt, aut aliter pernicioſi sunt, vt Thalmud, etiam prohibentur. Vide Bellar. tom. 2. cap. 20. lib. 3. de laicis, vbi doctè iugulat eorum licentiam, qui temerè libros lectitant hæreticos, contra prohibitionem Patrum, & Conciliorum; Additque, quod notatu dignum est, tolerati in Ecclesia libros Origenis, Tertull. Eusebij, & Pelagij, quia licèt aliquot cõtineant hæreses, illæ, iam sunt extinctæ, & libri propter antiquitatem, prosunt.

Thalmud. Bellarm.

Conciliantur verba Pauli, de vitandis hæreticis, cum verbis Christi, dicentis; Non solùm septies esse parcendum, sed etiam septuagies septies.

ANNOTATIO IV.

XVIII. NOn est contrarius Paulus magistro suo Christo, dum ait; *Hæreticum post vnam, & alteram monitionem vitandum esse*, & puniendum. Christus enim, licèt Matth. 18. sanxerit, non tantùm septies parcendum esse peccanti, sed vsque septuagies septies, hoc est toties quoties peccauerit: non præscripsit illis verbis modum, quem tenere debent magistratus in liberanda Republica ab improbitate hominum, qui obstinato animo noxij sunt, & pestilentes; id Paulo reliquit, & Apostolis declarandum. Duntaxat illo capite de remissione peccatorum loquitur, quæ fieri solet & debet in pœnitentiæ Sacramento; vel, si mauis, de condonatione iniuriæ, & ignominiæ cuicunque priuato homini illatæ. Iusta enim lex ibidem proposita est, vt si à Patre cœlesti toties veniam volumus nobis concedi, quoties illum offendimus; cõcedamus & nos similem indulgentiam, quoties qui nos offendit, illam postulauerit. In punitione autem hæreticorum longè alia ratio est. Nam qui in eos animaduertunt, ad communem respiciunt hominum vtilitatem, & salutem, Ne, vt ille ait,

Matth. 18.

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Virg. Geor. 3. Fit enim plerunque, vt scabie infecta pecus, totum corrumpat ouile;

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & melioa dicos sedet omnia poscens.

Prima

Prima ergo hæreticorum in Ecclesia pœna fuit vitatio; Rom.16. *Rogo vos fratres, vt observetis eos, qui dissensiones, & offendicula faciunt; & declinate ab illis;* 2. ad Thess.3. *Denuntiamus vobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum quam audistis à nobis traditionem, &c.* Cum Hieroboam Rege idololatra comedere panem, & aquam bibere vetitus est Dei propheta 3.Reg.13. quia verò ab alio propheta deceptus in eodem loco comedit, & bibit, contra Dei mandatum, à leone in via occisus est: quo exemplo vtitur Cypr. *Resecandæ sunt putridæ carnes* (ait Hieronym. lib.3.super cap.5. ad Galat) *scabiosum animal à cauli ouium repellendum, &c.* Et D.Augustin.in lib.de corrept.& gratia cap.5. *Pastoralis*, inquit, *habet necessitas, ne per plures dura serpant contagia, separare ab ouibus sanis morbidam ouem à Deo, cui nihil impossibile est, ipsa forte separatione sanandam, &c.* Lege Prosperum Augustinum discipulum lib.2.de vita contemplat.cap.7. Vbi eleganter docet, quàm necessaria sit hæreticorum vitatio. Et verò non solùm in hæresis contagione, qua nulla est perniciosior, hoc necessarium est, sed in omni vitio, cui Respub.aut communitas conniuet. An non vides multos vnius improbi ciuis corruptos exemplo? Iuuen.Satyr.2.

Prima pœna hæreticorũ in Ecclesia, fuit vitatio. Rom.16. 2.Thess.3. 3.Reg.13.

Cyprian. Hieron. Gal.2. August. Similitudo, S.Prosper.

Dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit & prurigine porci.

Iuuenal. Satyr.2.

Vides, quàm firmis innitatur Apostoli præceptio fundamentis?

XIX. Doctrinæ suæ, quæ seuera videri poterat, rationem huiusmodi reddit: *Sciens*, inquit, *quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit.* Quasi dicat, qui nec vna, nec altera Episcopi increpatione, & obsecratione ad meliorem frugem resipuit, subuersus est, vel euersus. Esse autem euersum, quid aliud est quàm auulsum esse, & præcisum ab Ecclesiæ arbore, quæ radicem habet Christum, cuius influxu spiritali viuit, & augescit? vel palmitem aridum nulli vsui vtilem solique incendio destinatum: Deliquit autem qui huiusmodi est, non vt homicida, aut adulter, sed oppugnando rectam & Catholicam doctrinam, animo refractario, & pertinaci. Vnde de illius ad saniorem mentem restitutione, vix vlla spes est, cùm sit (inquit Paulus) proprio iudicio condemnatus. Seu, vt Græca sonant, αὐτοκατάκριτος, id est, per se iudicatus, & condemnatus; Iudicium quippe omne recusat in terra, & Ecclesiæ salutares admonitiones. Ob quam causam, cogitur Ecclesia iudicium illius in seipsum factum publicè comprobare. Iudicans per sententiam illum esse extra communem Catholici gregis societatem, à cuius fide & institutis longè abhorreat. Non miror hæreticos cõscientiæ stimulis noctes & dies, vt Oreστes parricida, agitari; eoque desperatione venire, vt dicant cum Cain Genes.4. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam meream.* Quid dicere possunt, qui fidem, & Ecclesiam impudenter deserunt, postquam se vident errorum laqueis implicitos; & sponte in flagitiis immersos? Sanè damnantes se cum Iuda, neq; ausi ad cœlum oculos leuare, vnde à benignissimo Deo sperare, dum viuunt auxilium resipiscendi, possent; venient in cogitationes peccatorum suorum timidi; & dicent quod desperati solent, Ad restim res rediit, vel, iacta est alea. D. Paulus, cùm morti appropinquaret, memor vitæ honestè & laudabiliter actæ,

Qui non emendatur post admonitiones duas, vitandus est.

Hæretici conscientia sceleris torquentur, Gen.4. Desperatio fere hæreticis est in morte.

& fidei, quam vnicè colùit, & retinuit, cum charitate coniunctæ, exigit animum ad spem vitæ felicioris, & ad eandem prouocat Timotheum 2. Tim. 4. *Ego*, inquit, *iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat; bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, &c.*

2. Tim 4.

Mores regnæ Angliæ qualis.

Sed quid speras Paule? *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus, &c.* Non sic impij, non sic. Mors recens vnius hæreticæ mulieris potest nobis exemplo esse, quam de se tulerint sententiam, qui à fide recesserunt. Quæ regio in terris est, ad quam fama Elisabethæ Reginæ Angliæ non peruaserit? Hæc, post multos hæreditarij dominatus annos, in morbum lethalem incidens, stupore consternata, & oculis in terram defixis, sine testamento, sine aliquo signo virtutis politicæ, ne dum Christianæ; stipata duobus Episcopis hæreticis; ad terram abiit, de qua sine vlla beatæ vitæ consideratione, semper cogitauerat. Caluini sectam profitta fuerat in vita; in morte, atheismum videtur præ desperatione secuta; quæ communis est, vt ego arbitror, hæreticorum finis. Grauis illis pœna est in vita, *Nocte dieque suum gestare in pectore testem*; testem, inquam conscientiam sceleris, testem perfidiæ sectam. Sed longè grauiòr illa existimari debet, qua in desperationem adducti, aut sine vlla alterius vitæ suspicione moriuntur; quemadmodum ille, de quo Psalmista ait, *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*: aut premente conscientia scelerum impiam mentem, & conuincente; in diuinam misericordiam iniurij dicunt, cum Cain: *Maior est iniquitas mea, &c.*

Hæretici in morte turbât. moribûdum.

Psalm. 13.

Virg. 2. Æn. Itemque: *Vna salus victis, nullam sperare salutem.*

XX. Atque, vt hoc genus hominum superis, mortalibusque inuisum, hæreticos dico, detestemur cum Apostolo, quales eorum sint mores, agnoscè. Primùm eos somniatores vocat D. Hieron. explicans illud Hieremiæ cap. 23. *Audiui, quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes, Somniaui, somniaui, &c.* Hi enim errores suos, Domini iactant prophetiam. Deinde detestandi sunt, quia abutuntur verbis sacræ Scripturæ. Hierem. cap. 23. *Ecce ego*, inquit, *ad prophetas, qui furantur verba mea.* Pagn. vertit, *qui lenificant*, id est, qui blando sermone illiciunt plebem in suam sententiam. Vnde D. Hieron. *Semper*, inquit, *imitatur mendacium veritatem, & nisi habuerit aliquam similitudinem recti, decipere non potest innocentes, &c.* Tertiò, quia turbant omnia. Hinc super illud Hierem. cap. 15. *Nunquid sunt in sculptilibus gentium, qui pluant? aut cæli possunt dare imbrem? &c.* ita scribit D. Hieron. *Dicamus hoc, & contra hæreticos, qui pluuiam doctrinarum tribuere non possunt. Et cum se cælos esse promittant, tamen imbres non possunt donare doctrinæ. Grandinem sanè, & turbinem dare possunt, & dant, quibus omnia perdunt, sed pluuiam minimè*: Ab illorum sermone nos auertit Deus Herem. 24. dicens: *Nolite audire verba prophetarum qui decipiunt vos; &c.* Obstinato in malitia hæretico dici potest, illud Hierem. 2. *A sæculo confregisti iugum meum; rupisti vincula mea, & dixisti, Non seruiam.* Ac si dicat Deus: Inueterata est hæc tua malitia iam ab initio, ex quo tibi legis iugum imposui, & remisti mihi parere. Quid boni de his sperandum est, qui quæ comminiscuntur ipsi, & somniant, illa prædicant torquentes Scripturæ sensus in suam fallaciam disciplinam; quia diuinæ legis præscripta transgrediuntur; & veluti iugum graue à se excutiunt? Ex dictis colliges, quod Brixianus & ferè

Hieron. Hæretici somniatores. Hierem. 23.

Pagninus.

Hieron. Hæretici turbant omnia mendaciis Hierem. 15.

Hierem 24.

Hierem 2.

Brixianus

inter

interpretes testantur, Paulum de iis hæreticis loqui, qui sua obstinatione, medicinæ spem nullam relinquunt, suoque ipsorum iudicio sunt condemnati, nedum alieno. Atque adeò nihil habent, quo se excusare iure possint.

XXI. Porrò D. Algerus lib. 4. de Sacramento cap. 1. Bibl. Patr. tom. 6. explicans hunc ipsum D. Pauli locum: Quærit quomodo agendum sit à subditis cum prælato, si secretè de hæresi correptus noluerit resipiscere. Respondet, eos, qui corporaliter ab eo diuelli nequeunt, saltem spiritualiter separari debere, ne ei consentiant. Quod probat ex August. dicente; *Optati sacrificio vos polluti non estis, si facta eius displicebant vobis. Ecce* (inquit Algerus) *isti faciebant. Optatum esse schismaticum. Sed quia non consentiebant eius communioni, impolluti erant.* De quo etiam, quia pacem Ecclesiæ perturbare poterat, ait August. ad Emeritum, *Non reprehendimus, si eo tempore, ne multos secum excommunicatus traheret, & communionem vestram schismatis furore præcideret, optatum excommunicare noluistis.* Cur ergo August. optati communionem ad tempus toleratam non reprehendit, nisi quia peius scandalum, quod ille inferret Ecclesiæ, vitari vtilius duxit? Vnde idem August. *Quibus mali placent in vnitate, ipsi communicant malis: quibus autem displicent, & eos emendare non possunt, ne simul cum zizaniis eradicent & triticum, non facilis eorum, sed altari communicant: ita, vt non solum ab eis non maculentur, sed diuinis verbis laudari mereantur, quia pro bono vnitatis tolerant, quod pro bono vnitatis oderunt.* Quod cautissimè obseruandum est maximè in hæreticorum Sacramentis. Quanuis enim perfectorum sit, sine macula in conuersatione tolerare malos: difficile tamen est, exemplo illorum, si incircunspectum sit, non corrumpi cæteros. *Eleazarus enim in suilla carne comedenda, 2. Mach. 6. simulationem, etiam occidendus respuit; quia, & si non sibi peccato, aliis tamen suspitionis exemplo nocere timuit;* Vnde Ambrosius, salubriter consulens ait: *Si qua est Ecclesia, qua Apostolicæ veritatis fundamenta non possideat: ne quam tibi labem possit ingerere deferenda est.* In cauenda itaque prauorum malitia, suæ fraternæque salutis attendenda est necessitas; vt & prauos tolerent boni, ne Ecclesiæ dissipent vnitatem: & prauos etiam corporaliter fugiant, ne vel consensu, vel opinione suam, vel fraternam negligant salutem. Hæc ferè ex D. Algero.

S. Algerus. Bibl. Patr. Quomodo cum prælatis hæreti infectis agêdum sit. August. Optatus Episcopus hæreticus. August. Non reprehendit Aug. communionem ad tempus, cum excommunicato tolerato. Quædã mala ad tempus tolerantur pro bono vnitatis conseruandæ. 2 Mach. 6. Ambros.

CAPVT TERTIVM.

SECTIO VI.

VERS. 12. Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad
13. me venire Nicopolim; ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum, & Apollo solicitè præmitte, vt nihil illis desit.

Græcè; ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε, ἢ Τυχικόν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν· ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι. Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλῶ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. PRo *festina*, Græcè est, σπούδασον, id est, *studiosè cura*. Certant interpretes, quænam ciuitas ibi Nicopolis, quam hîc nominat Paulus, cùm multæ sint & non ignobiles, simili voce appellatæ. Autumat ergo Chrysost. esse Thraciæ vrbem. Theophyl. eam scripsit imminere Istro flumini. D. Hieronym. arbitratur eam ipsam esse, quæ ob victoriam, qua Cæsar Augustus Antonium & Cleopatram superauit, nomen hoc sortita est; Ea autem victoria apud Actium Epiri promontorium reportata fuit. Vnde & Suetonius, aliique autores Actiacam victoriam vocant. Nos, in principio commentariorum huius epistolæ, secuti Hieronymum, hoc ipsum, vt verisimilius, diximus, nimirum Paulum de Nicopoli Epiri fuisse locutum.

Chrysost. Theoph.

Hieron. Nicopolis ciuitas in Actiaco promõtorio. Suetonius.

II. Pro *legisperitum*, Græcè est, νομικὸν, hoc est, *legalem*, D. Hieron. legit, *legis doctor*. Pro, *solicitè præmitte*, Græcè est, πέμψον, hoc est, *deduc ito*, siue *prosequere*, vt vertit Erasmus, quod hospitibus officium solemus præstare: ad quem sensum exponit hunc locum D. Hieron. Erant enim isti ex numero eorum, qui laborabant in verbo, & doctrina, quos 1. ad Tim. 5. duplici honore dignos vult haberi.

Hieron.

Erasmus. Hieronym. 1. Tim. 5.

VERS. 12. Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina, &c.

De Artema, & Tychico: itemque de Zena & Apollo, qui sunt designati ab Apostolo, vt præmittantur Nicopolim.

ANNOTATIO I.

III. OPeræ pretium erit scire, cur Titus iubeatur venire Nicopolim. Et quinam sint Artemas, & Zenas, ab Apostolo ad Titum mittendi. Et quidem Tito præcipit, vt relicta tantisper personali residentia suæ diœceseos ad se veniat, eo nempe consilio, vt maioribus Ecclesiæ vniuersalis negotiis, ope

operam impendat. De Artema mentionem non inuenio apud Paulum, præterquam hoc loco. Videtur is, in illis prædicatoribus numerandus, qui Paulo ad nutum erant, & ducem morum, & doctrinæ sequebantur. Beatus Dorotheus Episcopus Tyri, in sua Synopsi, Episcopum fuisse Lystrensem ait. Zenas ex Iudaismo, in quo doctor, & magister peritissimus fuit ante Baptismum; ad fidem conuersus Episcopus Diospolis fuit renuntiatus. Apollo autem Iudæus etiam fuit Alexandrinus, vir eloquentia, & Scripturarum scientia clarus, de quo Act. 18. & Apostolus in epistolis meminit. Promotus fuit ad Episcopatum Corinthiorum, & propter persecutionem à pseudoapostolis contra se concitatam, cum Zena socio suo, ad Titum Cretensem Episcopum confugerat, vt Glossa ord. refert. Corinthiis tamen, iam per duas, easque grauissimas Pauli epistolas ad pacificationem reuocatis, Tito præcipit, vt priusquam ipse ad se Nicopolim veniat, eos præmittat. Vult autem illos ad se ita præmitti, vt nihil ad commeatum itineris desideraretur. Digni nanque erant, quos non solùm venientes, aut confugientes ad se ex Corinthiaca persecutione, honorificè, & peramanter susciperet, sed etiam abeuntes congruo viatico, & comitatu prosequeretur: siquidem & verbo vacabant, & ministerio Ecclesiam oppidò iuuabant; ob idque duplici erant digni honore, vt dicitur, 1. Tim. 5. Aduertè D. Chrysost. & Theophyl. hoc loco contra id, quod Glossa ord. ait, existimare: nempe Zenę legisperito, & Apollo in sacro eloquio versatissimo, quo tempore hæc epistola scripta fuit, nondum fuisse commissam aliquam Ecclesiasticæ reiminis partem; id tamen vnde potuerint hi Patres colligere non video. Probabilius puto, quod glossa refert, cui D. Thom. lect. 2. huius capitis ad finem suffragatur, vbi aduertit reuocari à Paulo Apollo ad suam Ecclesiam Corinthiacam iam sedatam, simulque, Zenam legisperitum; quia licèt Apollo esset valde doctus; magni tamen fiebat Zenas, quia in Iudaismo, etiam antequam baptizaretur, doctoris habuit titulum, & dignitatem.

Quisnam fuerit hic Artemas.

Dorotheus Episc. Tyri in Synopsi.

Zenas ex Iudaismo conuersus ad fidem, Act. 18.

Gloss. ord.

Artemas & Zenas digni honore, & subsidio.

1. Tim. 5.

Chrysost. Theophyl. Gloss. ord.

D. Thom.

VERS. 12. Festina ad me venire Nicopolim.

Qui nam modus iniri debeat, in prælatorum imperijs, & subditorum obsequijs.

ANNOTATIO II.

IV. FOrmam præscribit Apostolus, quam sequi debeant, tum prælati, dum subditos mittunt ad prædicandum; tum subditi, dum prælatis res difficiles imperantibus, obediunt. Prælati nanque curare debent, vt subditi euntes, & redeuntes necessaria habeant vitæ subsidia. Quod significant illa verba, (*Solicitè præmitte, vt nihil eis desit,*) hoc est, nihil illis, vel ad spiritualem, vel temporariam necessitatem opus sit, pro quo ipsi solicitudinem debeant gerere; tu illis omnia suppedita, si potes; si verò non potes, quia opes tuæ tenues sunt, inuita fideles ad liberalitatem exercendam erga viros de se, & de tota Ecclesia bene meritos, quales sunt, qui relictis omnibus mundi diuitiis, Deo in paupertate, & obedientia deseruiunt. Subditi verò prompti esse debent, & alacres ad obtemperandum; ita, vt non indigeat prælatus exquisita verborum ambage,

Forma mittendi doctores ad prædicandum huiusmodi sit, vt subsidia non desint ministeris.

Propter itudo subditorum in missionibus.

aut commendatione rei imperatæ, vt subditus ad obsequium moueatur. Obedienti nánque viro, post abnegationem propriæ voluntatis voto factam fatis esse debet dictum prælati simplex, quale est, quo Paulus Titum Episcopū Cretensem vocat: *Festina ad me venire Nicopolim.*

Paulus imperio vtitur simplici, quia Titus obediens erat.

V. Excitabitur animus ad simplicem hanc obedientiam, si intellexerimus, quantum noceat propria voluntas: *Ex voluntate à Deo obedientia abhorrente, significat Nahum Propheta ad finem capitis 3. omnia mala redundasse, quibus Ninivitarum Imperium à Babylonico exercitu extinctum fuit.* Vbienim nostra vulgata editio habet, *(Quia super quem non transiit malitia tua semper?)* Legi potest ex Hebræo; *super quem non transiit voluntas tua semper?* Pro, *malitia*, est in Hebræo verbum, quod significat *malum esse.* Sed quia verbum, *Rahab*, significat etiam *velle*, potest esse sensus: *Quia super quem non transiit voluntas tua semper?* hoc est, impietas tua; voluntas enim impiorum, impia est. Cùm igitur eodem ferè vocabulo significetur, & malum, & voluntas; meritò in Psal. 50. vbi nos habemus; *& malum coram te feci*; vbi pro *malo*, est vocabulum, *Rach*, verti potest; *& voluntatem coram te feci.* Est enim voluntas propria omnium malorum fons, & origo; & in sphæra vitæ nostræ, ipsa centrum est, à quo exeunt lineæ exitij nostri, ad extremæ infelicitatis circunferentiam. Hanc ob causam ait Eccl. 18. *A voluntate tua auertere.* Et Oseas 10. *Confundetur Israël in voluntate sua.* Vnde Bern. *Cesset propria voluntas, & infernus non erit.* Quemadmodum lactucæ, & aliæ herbæ salutares, nisi mutent solum in cultæ fiunt, & acerbæ, solo verò commutato, dulces fiunt, & gratæ: ita homines nisi à terra propriæ voluntatis, ad obsequium & obedientiam diuini beneplaciti transferantur, barbari fiunt, acerbi, & inutiles. Ea verò commutata, diuini roris excipiunt succum, eóque feruntur facilè, quò eos obedientia ire iubet. Necessariam esse huiusmodi terræ nostræ, quæ voluntas propria est, commutationem, significauit Deus Gen. 22. præcipiens Abrahæ, quem ad rerum maximarum destinauerat exordia, vt de natali solo exiret: *Egredere*, inquit, *de terra tua, & de cognatione tua*, &c. Qui egrediens de terra sua, hoc est, de affectu propriæ voluntatis, Deo facilè in re difficili obediit, hoc est, in immolatione vnici filij, Gen. 22. Quia verò Dauid 2. Reg. 11. in negotio Bethsabeæ, multò aliter se gesserat, agnoscens flagitium suum, ait Deo: *Et malum coram te feci*, vbi est vox, *Rach*, quæ & *malum*, & *voluntatem* sonat, vt intelligas idem esse facere aliquid ex voluntatis propriæ præscripto, atque facere malum. Hac ipsa voce vtitur Ecclesiastes, cap. 4. cùm ait: *Multò melior est obedientia, quàm stultorum victima, qui nesciunt quid faciunt mali.* Quod verti potest, *Quia nesciunt facere voluntatem*, nempe Dei, cui victimas offerunt. Qui enim Deo obediunt, eius sequuntur voluntatem, & honestas actiones suscipiunt; qui verò immolant hostias contra Dei obedientiam, ab illius recedentes voluntate, eum offendunt. Sauli contra Dei obedientiam sacrificanti dictum est, 1. Reg. 15. à Samuele: *Melior est obedientia, quàm victima; & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum.* Vnde Luc. 6. *Quid*, inquit Christus, *vocatis me Domine, Domine, & non facitis, quæ dico?* Rationem assignat Greg. Papa cur præferatur obedientia victimis: *Quia*, inquit, *per victimas aliena caro, per obedientiam propria mactatur voluntas.* Præit nobis Christus exemplo obedientiæ, Philipp. 2. *Factus obediens vsque ad mortem*, & Ioan. 19. *Capite inclinato emisit spiritum.* Inclinatio nánque capi

Nahum 3.

Voluntas, & malum eodē ferè vocabulo significatur ab Hebræis. Psal 50.

Eccl 18. Oseæ 10 Nocet voluntatis propriæ executio. Bernard. Similitudo. Cōmutatio malæ voluntatis, in bonā necessaria est Gen. 22.

2. Reg. 11.

Psal. 50.

Eccl. 4. Obedientia victimis præfertur.

1. Reg 15. Luc. 6. Greg. P. Philipp. 2. Inclinario capitis significat obedientiam. Ioan. 19.

capitis obedientiæ est indicium.

VI. Hinc, Christo gloria corporis accessit, & nominis exaltatio. Nobis, si Dei ministriş, dicto obedientes fuerimus, vel ipsæ rès animæ expertes auxilium cùm in periculo fuerimus, præstabunt. Exemplo esse potest Barac, qui obediens Debboræ, quam, vt prophetissam venerabatur, profectus est, Iudic. 4. contra Sisaram, & ope cœli insignem reportauit victoriam; quam recolens hymno Debbora, cap 5. ait: *De cœlo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersùs Sisaram pugnauerunt. Torrens Cison traxit cadauera eorum*, &c. Quam historiam narrans Iosephus lib. 5. Antiq. sic ait: *Congressis Israëlitis cum Sisara, imber eis magnus influxit; & quia simul nimia pluuia, & grando in faciem Chananæorum versa est, & ventus eorum aspectibus imminebat, arcus eorum, & fundibula inutiles fiebant, & armati propter frigora, vti gladijs non valebant; Israëlitis verò tempestas immissa post tergum, minùs nocebat; & circundantes hostes medios multos eorum occiderunt.* Hæc ille. Probabilitatem autem continet hæc narratio, quia sic olim pugnauerat Deus ferens opem Iosuæ, viro nimirum diuinis mandatis, & Moysi dictis obsequentissimo, vt eius refert historia, cap. 10. *Deiecit enim super Chananæos lapides grandinis.* Nónne ad orationes Samuelis, 1. Reg. 7. contra Philistæos, audita sunt de cœlo tonitrua? *Intonuit*, inquit, *Dominus fragore magno de cœlo super Philisthæum, & cæsi sunt à facie Israël.* Abulens. cap. cit. q. 6 interpretatur militares acies de cœlo affulsisse, quæ terrorem incusserint Chananæis. Sicut accidit 4. Reg. 6. quando per noctem factus est magnus sonitus, quem putantes Syri esse superuenientis exercitus strepitum, castra spoliis plena relinquentes, fugerunt. Atque, vt magis eluceat fauor de cœlo exhibitus Barach, obedienti Debboræ mandatis: *Stellæ* (inquit sacra hist.) *manentes in ordine, & cursu suo, aduersùs Sisaram pugnauerunt.* Ac si dicat, stellæ, quæ imperante Iosuæ, cum sole, & luna steterunt immotæ, vt ad exitum Israëlitarum victoria perduceretur: nunc iuuerunt Barac cursu non intermisso. At quomodo pugnauerunt contra Sisaram? Respondet Rab. Salomon, stellas de cœlo incanduisse, lutúmque itinerum ita calefecisse, vt vngulæ equorum Sisaræ, nimio calore deciderent solutæ, quo ille incommodo affectus pugnare haud potuit. Rab. Dauid Kimhi; ait stellas ita calefecisse milites Sisaræ, vt cùm refrigerari vellent in torrente Cison, in eo perierint: quod significari putat illis verbis: *Torrens Cison contraxit cadauera eorum.* Abulens. q. 11. citat Andream quendam, qui cæpit Mathematicos, astris tribuentes Barac de Sisara victoriam: eùm sensus horum verborum: *Stellæ pugnauerunt*, &c. sit, Deus præsidens cœlo & stellis pugnauit. Mihi Abulensis expositio placet; putat stellas manentes in ordine suo, propterea dici contra Sisaram pugnare; quia fortè sidera videbantur inflammata cadere super Sisaræ exercitum, cometis nimirum, & fulguribus in eum iactatis. Sic enim, & currus turbati in prærupta ferebantur; & militibus de cœlo tactis, mors Chananæorum oculis obtrabat, Hebræis nullo interim læsis detrimento. Cæterùm quocunque modo explices locum prædictum; illud certum est, pro Barac, qui voci Domini obediuit, de cœlo pugnatum esse. Meritò Salomon, vel experientia ipsa, magistra, Prouerb. 21. ait: *Vir obediens loquetur victorias*, vel, vt D. Gregor. legit, *victoriam*; Nam præterquam quòd, vir obediens, seipsum (quæ maxima omnium est victoria) subiciat rationi; vincit etiam plerunque alias difficultates, dum

homi

Barac victor fuit, quia obediuit prophetissæ. Iudic. 4. Iudic. 5.

De cœlo auxilium habuit vir obediens. Iosephus. Victoria Barac contra Sisaram pugnantis. Iosue 10. Iosue victor, quia obediés semper fuit diuinæ voci. 1. Reg 7. Samuel de cœlo adiutus. Abulens. 4. Reg. 6. Aliter stellæ pugnatunt pro Iosue; aliter pro Barac. R. Salomon. Vngulę equorum Sisaræ nimio calore solutæ deciderunt. Rab. Dauid. Abulens. Nō est astris tribuēda victoria, sed astrorum rectori. De cœlo auxilium præstitum Barac obedienti.

Prou. 21. Greg. P.

hominibus tanquam Deo obtemperat.

Exod.17. Vocat Deus mãdata sua, quæ à prælatis imperantur.

VII. Ante legiſlationem præcipiebat quædam Moyſes Hebræis, quæ illi ſeruare nolebant. Quod Deus egrè ferens Exod.17.ait, *Vſquequò non vultis cuſtodire mandata mea?* Non dicit mandata Moyſis, ſed mandata mea. Præſidis mandata ſi iuſta ſunt, à Deo ſunt, Luc.10. *Qui vos audit me audit*, &c. Apes obediunt regi ſuo; grues ſuo duci; oues paſtori; mare influentiæ Lunæ; globi cæleſtes primo mobili: omnia denique inferiora, ſuperioribus obediunt: ſolus homo, qui voluntate ducitur propria, obedire recuſat. Vtinam Pauli diſcipulos imitaremur, quibus ſatis erat dicere, licèt Epiſcopi eſſent, vt erat Titus: *Feſtina ad me venire*, vt ille tempore præſcripto, dicto obediens adeſſet. Imitabimur autem facilè hanc obedientiam, ſi abnegare propriam voluerimus propenſionem, qua id, quod nobis iucundum eſt, & gratũ, omnibus rebus anteponimus. Paulus feſtinare iubet Titum Nicopolim, nihil illi lætum, nihil iucundum proponens; imò aliquid triſte, & horrendum; nempe hyemis incommoditatem. Certus autem erat, nihilo ſegniorem fore illum ad iter aggrediendum, hyemis ſæuitia propoſita: *Feſtina*, inquit, *ad me venire Nicopolim, vbi enim ſtatui hyemare*, &c. Nam, vt D. Gregor. ait: *Obedientia in proſperis nihil habere debet de ſuo, in aduerſis multum.*

Exod.17. Vocat Deus mãdata ſua, quæ à prælatis imperantur. Luc.10. Obedientiæ exemplum in apibus, gruibus, elementiſque cernitur. Pauli diſcipulis, quia obedientes erant, ſatis erat dicere; Feſtina ad me venire etiamſi Epiſcopi eſſent, &c. Nihil lætum proponit Paulus Tito, quem vocat, Greg. P.

VERS. 12. Feſtina ad me venire Nicopolim: ibi enim ſtatui hyemare.

Licuerítne Tito obijcere difficultatem itineris, aut gregis ſui deſtitutionem.

ANNOTATIO III.

Poteſt ſubditus præcipienti prælato obiicere difficultatem cum omni modeſtia.

VIII. ILlud conſtans habet Patrum doctrina, ſacris literis conſentanea, fas eſſe ei qui obedientiæ vinculo alicui præfecto obſtrictus eſt, id præcipienti proponere, quod durum mandato, & difficile videtur ſubeſſe. Id nánque non eſt obedientiam recuſare, ſed id, quod occurrit, modeſtè obiicere, vt quod iniungitur commodiùs fiat. Et quidem Titus, ſi aliquid habuit, quòd potuit iter ſibi imperatum, aut excuſare, aut differre, obiicere id Paulo imperanti, ſine vitio, potuit; Non tamen ei licuit, aut difficultatem itineris, aut gregis deſtitutionem repræſentáre: ſuperior enim, hoc eſt, Paulus, antequam feſtinandi neceſſitatem imponeret, ſatis illa duo præuidit; ſimúlque intellexit, homini obedienti; cùm negotium vtile Reipubl. Chriſtianæ diſcutiendum ſeſe offert (vt reuera oblatum erat, quando hæc epiſtola ſcripta fuit) non licere cauſas innectere morandi, niſi illæ maioris boni promouendi ſpem contineãt.

Quãdo prælatus præuidet omnia, nihil eſt immorandum ſi præceptũ iniungit.

Quod hîc non cernitur, Epiſcopi enim, cùm indicitur à ſuo Metropolitano prouinciale concilium, niſi morbi, aut maris periculoſus intercedat obex, accurrere opportunè debent, relicto vicario, qui tantiſper, dum de negotiis grauioribus agitur, & ille charitate Chriſtiana impulſus in Synodo diſtinetur, gregem Domini cùm paſcat, & à luporum protegat incurſionibus.

IX. Quid ſi Epiſcopus à Rege, vel à principe vocetur ad ea negotia tractanda, quæ gubernationi Eccleſiæ repugnant, vel plus dignitatis habent, quàm

quàm vtilitatis? Sanè virtutis esse putarem, & humilitatis indicium, multa obiicere ad excusandam talem profectionem. Exemplo Moysis, qui cùm vocaretur à Deo, vt legati ad Pharaonem Regem destinati, munus obiret. Crebra, præ humilitate, vsus est excusatione. Sic enim ait, Exod. 4. *Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius: Et ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum, &c.* Vnde Philo lib. 1. de vita Moysis. [*Deprecabatur*, inquit, Moyses eam, quam sibi Deus imponere volebat legationis functionem, causatus exilitatem vocis, & linguæ tarditatem, negansque sibi adesse facundiam, præsertim postquam Deum loquentem audierat. Ratus enim mutam esse humanam eloquentiam cum diuina veritate collatam, & verecundo præditus ingenio, subtrahebat se grauiori, vt putabat viribus suis oneri; rogabatque vt alius eligeretur ad exequenda mandata magis idoneus. Deus, pudore viri delectatus, respondit: Meo nutu articulatè disseres omnia facundia mutata in melius, & vsque proficiente: nec aliter cogitationes promente, quàm fontes manant limpidissimi, &c.] Fas est nobis excusatione vti cùm dignitas proponitur admittenda. Exod 4. Moysis exemplum. Philo Iud. Deus Mosi pollicitus est facundiam.

X. Vides laudari Moysen à Philone? laudatur, & à Patribus grauissimis; quorum mihi potior est autoritas, quàm Abulensis, & Caietani, qui eum peccasse putant, saltem venialiter, quòd tam multiplici excusatione, & tergiuersatione deprecari voluerit munus sibi à Deo iniunctum; quod ex eo maximè confirmari credunt, quia ibidem dicitur: *Iratus Dominus in Moysen, &c.* Moyses ergo nullius culpæ damnandus est, cuius tam eximia virtus in sacris literis passim commendatur, vt exemplo esse possit, vel in hac ipsa multiplici excusatione summæ humilitatis, & obedientiæ. Ac B. quidem Gregor. lib. 55. Moral. cap. 13. exemplo Moysis, confirmat, *Obedientiam, cum præcipiuntur nobis honorifica, & proffera, timidam esse debere, & cunctabundam, imò & modestè renitentem. Cum autem iubentur difficilia, & dura, alacrem & promptam esse oportere. Debet*, inquit, *obedientia & in aduersis ex suo aliquid habere, & in prosperis nihil omnino ex suo habere*; & post pauca: *Moyses*, inquit, *Domino per Angelum in igne loquente, vocatus est; vt liberando populo Hebræo præesset. Sed quia, apud se mente humilis extitit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expauit; moxque ad infirmitatis patrocinium recurrit, dicens*, Obsecro Domine, non sum eloquens. *Et se postposito, alium deposcit, dicens*; Mitte quem missurus es. *Ecce cum autore linguæ loquitur, & ne tanti regiminis potestatem susciperet, linguam sese causatur. Paulus verò diuinitus ire Hierosolymam iussus, cum prophetante Agabo cognouisset magna sibi mala parata esse Hierosolymis, magno animo respondit, Act.* 20. Ego non solùm alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro nomine Dei; *atque instituto iter magno animo prosequens diuina iussa peregit. Moyses itaque precibus renititur, ne Hebræo populo præferatur; Paulus ad aduersa prompto animo ducitur. Ille præsentis potestatis gloriam, Deo iubente, voluit declinare: iste, Deo aspera & dura disponente, se studuit ad grauiora præparare.* Idem 1. p. pastoral. c. 7. docet quosdam prædicationis officium laudabiliter appetere; & alios etiam laudabiliter recusare, nec nisi coactos accipere exemplo Isaiæ, & Hieremiæ, quorum ille vltro se obtulit Deo mittendum, dicens, *Ecce ego, mitte me*, Isa. 6. Hic, ne mitteretur, humiliter reluctatus est, dicens cap. 1. *A, a, a, Domine Deus, ecce ego nescio loqui, quia puer ego sum.* Sed nec Isa. mitti petiit, nisi postquam se vidit per Seraphim calculo ignoto ab omni peccato purgatum. Abulens. Caietan. Peccauisse Mosem putant aliqui, quòd se nimium excusauerit. Greg. P. Obedientia cum honorifica præcipiuntur cunctabunda esse debet. Moses apud se humilis. Moses eligueum se esse causatur. Paulus non se excusat ab itinere suscipiendo in Hierusalem vbi cruciandus erat. Act. 20. Paulus in aduersis prōptus ad obsequia. Isa. 6. Hierem. 1.

Greg. P. Moses præesse populo & noluit, & obediuit.

Nec Hieremias obſtirmatè reſtitit, ſed denique obediuit. Addit D. Gregor. *Vtrunque hoc Moyſes miro opere explenit: quia præeſſe populo Hebræo, & noluit, & obediuit. Superbus enim fortaſſe fuiſſet, ſi ducatum plebis innumeræ, ſine trepidatione ſuſcepiſſet: & rurſus ſuperbus extitiſſet, ſi autoris imperio obedire recuſaſſet. Vtrobique ergo humilis, vtrobique ſubiectus, & præeſſe populis ſemetipſum metuendo noluit, & tamen de imperantis viribus præſumendo, conſenſit.* Hæc ille.

Basil. Moses nec venialiter quidem peccauit. Abulenſ. Caietan.

XI. Laudat & D. Baſilius in commentariis in Iſaiam, Moyſis honorificæ legationis recuſationem; tantùm abeſt, vt eum peccaſſe dicat, aut mortaliter, vt quidam Rabbini volunt, vel venialiter, vt Abulenſis, & Caietan. affirmant. Tractans enim illa verba cap. 6. *Ecce ego, mitte me*, quærit, quomodo Iſaias, & Moyſes, qui fuerunt viri ſanctiſſimi, contrarias circa eandem rem habuere animi ſententias, & propenſiones. Nam cùm Deus mitteret Moyſen ad liberandum populum, ille ſæpius legationem illam deprecatus eſt, dicens, *Obſecro Domine, non ſum eloquens*, item; *Mitte quem miſſurus es*. Iſaias verò, qui nominatim non mittebatur à Deo, vltrò ſe mittendum obtulit. *Affectus* inquit, *Sanctorum licet circa eandem rem videantur contrarij, tales tamen non ſunt: Moyſes nánque ſciens cur mitteretur ad ſuperbum & inexorabile cor Pharaonis expugnandum, & populum inſtabilem, duræque ceruicis tractandum, exhorreſcebat, dicens:* Quis ego ſum, vt vadam ad Pharaonem, & educam populum ex Ægypto? *Rurſum de Hebræis dicebat:* Non credent mihi, neque audient vocem meam, ſed dicent: Non apparuit tibi Dominus. *Atque hanc fuiſſe Moyſis mentem declararunt, quæ idem ipſe poſt eductum populum in deſerto dixit, & fecit. Exod. 32. Cùm enim Deus propter ipſum, vitulo adorati peccatum condonaſſet; ac ſubiunxiſſet:* Vade, & duc in viam populum hunc; ego mittam Angelum meum ante te: *Moyſes renuens, ac reclamans, dixit:* Niſi tu ipſe Domine proficiſcaris nobiſcum, non eſt neceſſe, nos hinc emigrare. *Quæ obſecro fuit iſta dicentis mens? Nimirum populus ille erat ad peccandum proclivior, quapropter eius indigebat præſentia, quem penes eſt poteſtas remittendi peccata. Angeli verò peccata quidem vltiſcis poſſunt, condonare autem, non poſſunt. Eam ob rem efflagitauit Moyſes aduentum Dei, dicens:* Elige alium, quem mittas; *hoc eſt, qui verus eſt legiſlator ipſe veniat, qui ſaluos facere nos potes, qui ſolus poteſtatem habes remittendi peccata. Sed quia nondum venerat plenitudo temporis, quo mittendus erat in mundum Filius Dei, Moyſis petitio minimè tunc exaudita fuit.* Hæc ferè Baſil.

Affectus ſanctorum in obſequio diuino licet videantur contrarij, nō tamen ſunt.

Exod 32.

Non adimit Moses Angelum viæ comitē, quia peccata remittere non poteſt. Moſes aduētum Meſſiæ optabat. Galat 4. Hieron.

XII. D. Hieron. epiſt. 142. ad Damaſum ſuper viſione Iſaiæ, & triſagio; quærit vter meliùs fecerit, Moyſes ne, qui cùm ad populum liberandum à Deo mitteretur, multiplici excuſatione honorem illum defugiebat. An Iſaias, qui cùm non eſſet electus, vltrò ſe obtulit, dicens, *Ecce ego, mitte me?* Summa quæſtionis, & ſolutionis eſt, Iſaiam rectè poſt purgata labia ſua, in Dei ſe obtuliſſe miniſterium. Itaque laudat D. Hieronym. in Moyſe humilitatem, qua ſe indignum iudicabat tanta dignitate; in Iſaia verò promptitudinem, & deuotionem, qua non tam ſuo merito, quàm Dei miſericordia fretus, poſtquam à Seraphim audierat ſe purgatum ab omni peccato, vltrò ne otio torperet, ſe obtulit Dei obſequio.

Iſa 6 Hieron. In Moſe laudatur humilitas, qua recuſabat dignitatem.

XIII. Non eſt igitur cur aliquis à Tito obiici potuiſſe excuſationes dicat, ne feſtinaret ad Paulum, à quo vocabatur, cùm nullas, quod Paulus præuidit, haberet idoneas. Certè vir ſanctiſſimus, vt ego arbitror, non aliter quàm

Iſaias

Isaias ad Dei ministerium promptus erat. Nec verò opus fuit Moysis humilitatem imitari, cùm non iuberetur festinare ad dignitatem aliquam capessendam. Paulus autem, qui omnia diuina luce collustratus circunspiciebat quia animum sanctissimi, & ad obedientiam promptissimi discipuli multo antè perspectum habuit; non vsus est circuitione aliqua verborum, nec blandimentis, vt eum ad festinationem pelliceret; satis esse arbitratus, vel signum aliquod voluntatis edere. Vnde simpliciter ait, *Festina ad me venire, &c.*

CAPVT TERTIVM.

SECTIO VLTIMA.

VERS. 14. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt, omnes: saluta eos, qui nos amant in fide.

15. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

Græcè; Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι. ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμὲ πάντες. ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

EXPLICATVR CONTEXTVS.

I. ANE ipsam sententiam, quam paulo antè proposuerat, iterum inculcat, quoniam præceperat, vt mitterentur Zenas legisperitus, & Apollo, adhibito sufficienti commeatu. Vult autem, vt fideles charitatem simul & gratitudinem ostendant, in iuuandis iis opibus suis, dum aliquò proficiscuntur, quos magistros habent, & doctores. Id significant illa verba: *Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.* Discant, inquiam, non tantùm per doctrinam, cui benignas dant aures, sed etiam per experientiam, largiendo, cùm opus est, suas opes, in magistrorum suorum vsus. Aliqui codices habent, *discant & vestri*, hoc est, subditi tui fideles, prouidere doctoribus suis, & catechistis, sicut faciunt Iudæi. Ita legit, & exponit D. Thom. Cæterùm nostra vulgata editio omnesque codices, tam Græci, quàm Latini, & grauiores interpretes, legunt, *Discant & nostri*, in prima persona. Sed idem sensus est, nisi quòd *nostros* peculiariter vocare videtur eos, qui ex gentibus ad fidem sunt conuersi. Paulus enim (vt sæpe annotaui) dictus est gentium Apostolus, sicut & Petrus circuncisionis. Vult ergo vt ex gentibus ad fidem traducti fideles, neminem patiantur præire sibi, in bene factis; quasi dicat, discant excellere: Iudæis, & aliis Asianis, qui largi & liberales sunt erga eos, quos, vt magistros venerantur. Potest etiam verbum, *præesse*, significare idem quod proficere. Proficere enim in bonis operibus, hominis est Christiani, maximè proprium. Theodoretus ita inter

Fideles ineleemosynis largiendis doctrinam præferunt quam discunt à Christo. D. Thom.

Oprat Paulus, vt ex gentibus cõuersi fideles, in eleemosynis præstent, &c.

Theodor.

interpretatur, *Discant, &c.* hoc est, doce eos, qui crediderunt eorum curam gerere, & necessaria prouidere iis, quibus diuina docendi munus creditum est: conuenit enim eos quoque ferre fructus huiusmodi, &c. Theoph. verò ita exponit: *Discant nostri, hoc est, qui sunt apud te, ex hoc, quòd viatico, & necessarijs adiuti hos exornent, bonis operibus præsse, id est, rationem habere indigentium pecuniis, verbis, omnibusq; modis; non vt ind gentes tantummodo inde commodum accipiant; sed vt ipsos etiam fidei fructus ipsi commonstrent, &c.*

Theoph. Constat fidei fructus ex bonis operibus.

II. Absoluit epistolam salutatione. Solùm aduerto, in aliquibus exemplaribus legi, *Gratia vobiscum*; Nostra vulgata editio habet, *Gratia Dei cum omnibus vobis*. Amen. Genitiuus, *Dei*, non est in Græco codice: est tamen in exemplari Constantiensi, vt refert Erasmus in annotationibus. Græci legunt, *Gratia cum omnibus vobis*, quam lectionem approbat D. Hieron. affirmans in aliquibus codicibus duo verba adiecta fuisse, nempe, *Domini nostri*. D. Ambros. legit, *Gratia Dei eum omnibus vobis*. Tantùm de contextu.

Erasmus. Hieron. Ambros.

VERS. 14. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios.

Cur velit Apostolus, vt fideles bonis operibus discant præesse.

ANNOTATIO I.

III. D. Chrysost. ad finem hom. 6. super hanc epistolam, magnopere laudat magnificentiam, & bonorum operum exercitium: quippe quod non solùm accipientibus eleemosynam, sed etiam dantibus vtile sit, & fructuosum. Licebat, vt ipse ait, Paulo, multis modis prouidere doctorũ necessitatibus, sed rationẽ habuit emolumẽti, quod nostri, hoc est, fideles, beneficiendo recipiũt. Nam si ex thesauro diuinitus inuento, alerent pauperes, quid illis lucri spiritalis accederet? Poterat epim Christus, qui ex quinque panibus tam multos fecerat, atque ex septem item innumeros multiplicauerat, nutrire se ipsum, & eos, qui secum erant, Ioan. 6. Matth. 15. Cur igitur à mulieribus pascebatur? *Sequebantur enim eum*, inquit, Luc. 8. *nonnulla mulieres, quæ illi ministrarunt*, vt nos profectò doceret, se illorum imprimis curam gerere, qui beneficia inferrent. Non poterat Paulus, qui & aliis manuum suarum ministerio victui necessaria suppeditabat, vllis aliis ex locis accipere? At, vides ipsum, & accipientem, & exigentem. Sed audi quare: quærit enim non datum, sed fructum. Confirmat D. Chrysost. multis argumentis, imperari beneficentiam, & eleemosynam ob vtilitatem largientium.

Chrysost. Vult Christus vt sint in Ecclesia pauperes, vt charitas eluceat diuitũ. Ioan. 6. Matth. 15. Christus à mulieribus piis pascebatur. Luc. 8. Præcipitur eleemosyna in vtilitatem dantium. Chrysost. Vtilitas maior est, dantium eleemosynam, quàm accipientium. Act. 5. 2. Cor. 9. Dan. 4.

IV. Primò in ipsis Ecclesiæ initiis, cùm fideles omnia sua venderent, & ad pedes Apostolorum pretia obiicerent, næ Apostoli ipsorum magis, quàm accipientium habuerunt rationem & curam. Si enim tantummodo pauperum curam habuissent, nullam sanè Sapphiræ, & Ananiæ vltionem experissent, Act. 5. quando illi pecunias fraude subduxerunt. Nunquam prohibuissent iniustè quæstis quempiam ditescere. Nunquam præcepisset Paulus modum largiendi opes, dicens: *Non ex tristitia, aut necessitate*, 2. Corinth. 9. Vbi vides, non impediri pauperum beneficentiam, sed considerari modum, quo vtiliter, & fructuosè beneficium pauperibus præstari debet. Secundò, Daniel, cap. 4. Non dixit simpliciter Nabuchodonosor Regi superbo: *Pauperibus da:*

Sed

Sed, *peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum.* Pecuniam, inquit, exhaurì, non, vt alij nutriantur solùm, sed vt libereris etiam ipse à supplicio. Tertiò, Matth. 19. ait Christus: *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.* Enimuero, quia pecuniæ salutis impedimenta sunt, idcircò Dominus dandas iussit pauperibus. Quartò, *Beneficentia*, inquit Chrys. *Deo similes facit*, & certè virginitas plus habet laboris, iciuniúmque, & reliqua, sancti propositi austeritas: verùm nihil tantùm habet virium, ad extinguenda peccata, quantùm eleemosyna. Hæc nempe maior est omnibus, ad ipsum Regis solium amatores constituit suos. Et meritò sanè, virginitas nánque, & iciunium, & terrenus lectulus facienti solummodo prodest, neminem verò alium saluat: at verò eleemosyna ad omnes vsque pertingit, membráque complectitur Christi. Quintò, Beneficentiæ, siue eleemosynæ Epitheta quibus à D. Chrysost. afficitur, satis ostendunt, quantum officia in multorum vtilitatem collata, præstent iis, quæ in vnum contrahuntur: *Hæc*, inquit, *charitatis est mater, proprium Christianæ charitatis insigne, per quam discipuli Christi noscuntur. Hæc nostrorum scelerum medicina est, hæc animæ nostræ sordes emundat, hæc scala, quæ in cœlum vsque porrigitur, hæc Christi connectit corpus*, &c. Sextò, Idem ostenditur, vel ex eo, quod fideles sub Apostolis ipsis viuentes, diuendita bona, distribuebant vnicuique secundùm quod opus habebat, Act. 4. Vt interim futuram retributionem omittamus, quæ beneficiis in cœlo parata est.

Matth. 19.

Chrysost.

Eleemosyna multùm habet virium ad extinguenda peccata.

Chrysost. Eleemosyna charitatis est mater, &c. Chrysost.

Act. 4.

V. Septimò, Lucrum expendamus. Dic obsecro, qui sunt, qui luctantur? qui dant, an qui accipiunt? vtrique profectò. Considera eos, qui accipiunt. Hi nánque vnam animam habent, Act. 4. *Erat* (inquit Lucas) *cor vnum, & anima vna.* Ex numero vis esse eorum, si optio detur, qui sua obiiciunt, & nihil habent, an qui aliena suscipiunt? intuere eleemosynæ materiam, & fructum. Quæ antea diiuncta erant, conuenere, atque impedimenta omnia sublata sunt, & continuò ipsorum animæ coniunctæ, atque connexæ sunt: *Omnium*, inquit, *erat cor vnum, & anima vna*: ita etiam sine eleemosynæ fructu exinanire pecunias, non minimum in se habet lucrum. Lucrum est igitur, non mediocre, in bonis operibus præesse; lucrum, inquam, siue largientem spectes, siue recipientem; magísque in dantem redundat vtilitas. Nec verò opus est, vt qui meritũ eleemosynæ habiturus est; ampla possideat patrimonia. An nõ fuit laudata ab ipso Christo, & multis bene nummatis antepósita, vidua illa, Luc. 12. quæ duo dedit minutas: si nihil habes, & voluntatem largiendi eleemosynam, habes, meritum profectò beneficij habes: *Est enim summa animæ cælsitudo omnes opes propter Deum contemnere.* Præcerit in bonis operibus voluntate, qui re non potest; & ex eo capite felicior erit diuitibus, quia si ab hostibus capiatur, diffugere facilè potest; diues verò, cùm multis implicetur negotiorum remoris, difficile. An non est aptior ad luctam nudus, qui non habet vnde teneatur, quàm vestitus? Adde, cum, qui nihil habet, nisi solam virtutis possessionem, viam cœli, quę arcta est, commodè ingredi posse; non ita illum, qui sarcinis diuitiarum, & superbia illarum comite, onustus incedit. Vnde Chrysost. *Si tumorem animi, & spinarum sarcinam, diuitias scilicet inferre volueris, magna tibi latitudine opus erit. Neque enim in turbam irrumpere poteris, quam alios feriàs, si huiusmodi premar is oneribus. Porrò, si diuitiæ ipsæ spinæ sunt, quid cupiditas erit? Cuius rei gratia eam tecum infers, vt maiorem incutes flammam, & igni fomenta ministres? Quæso, non sufficit ge-*

Lucrum accedit ex eleemosyna.

Danti & accipienti ex eleemosyna lucrum.

Luc. 12. Voluntati beneficiēdi, inest meritū.

Ad luctam aptior est nudus; sic pauper ad certamẽ cum latronibus, & cum diabolo. Chrysost.

Onera diuitiarum per arctam cœli portam intrare nequeunt.

honne ignis? Considera tres pueros, qui pressura circundati in fornacem insiliérunt. Vinčti erant, atque compeditі, sed plurimam intus inuenerunt latitudinem. Non ita sanè qui extrinsecus prope fornacem astabant. Hos pueros, si imitati fuerimus; eruimus in tribulationibus, quamlibet grauissimis, in latitudine, ob spem, non in diuitijs, sed in Deo, collocatam. *Qui verò nos in huiusmodi pressuras inuecerint, ipsi peribunt. Inituere miraculum; quos homines vinxerant, ignis absoluit.* Hæc ferè Chrysost. Qui valde vituperat eos, qui in tribulationibus desperant, nisi statim Deus è cœlo illos liberet: *Sunt enim qui dicant, Illi pueri à pressura liberati sunt, nos verò minimè. Dignissimè omnino. Illi enim non ita in fornacem immissi erant quasi liberandi, sed omnino morituri. Quanuis nanque audias illos dicentes.* Daniel. 3. Est Deus in cœlo, qui eruet nos: *audi vltra dicentes*, & si non, notum tibi sit, Rex; quòd deos tuos non colimus, & imaginem auream, quam statuisti, non adoramus: *Nos autem velati cruce è agentes, Dei disciplinam discutere audemus, tempúsque pressuris præfigere, dicitantes, nisi vsque ad id tempus miserius fuerit*, &c. Idcirco minimè liberamur. Nempe enim, & Abraham, non quasi incolumem filium recepturus Dei monitis obtemperare pergebat, sed vt reuertà illum Deo libaturus; atque ideò recipere incolumem meruit.

Dan. 3.

Tres pueri, quos homines vinxerãt, ignis absoluit. Chrysost.

Spes in Deo sita sit.

Tres pueri ingressi sunt flammã quasi morituri, & ob spem in Deum, liberantur. Dan 3. Chrysost.

VI. Admonet tandem nos Chrysost. ne faciliora nobis proponamus pericula, & tentationes. Deus nánque interdum timidis grauiora adducit supplicia; vt iis admoniti, qui in stadio huius vitæ, ad brauium æterni gaudij anhelant, ignauum abiiciant metum, omnémque rerum suarum curam in Deo constituant. Exemplo vtitur duorum hominum, qui tempore persecutionis ita affecti erant; vt vnus mortem optaret vnico gladij ictu: alter diuersa tormentorum genere præmisso, pro fide necem pati. Vtriusque Deus inuertit optata. Nam ille, qui diuturnos desiderabat cruciatus, vno ictu animam Deo obtulit: socius verò innumeris cruciatibus, variis in locis, & multis modis, animam tandem expirauit. Cur id quæso permissum est? vt scilicet animi ipsius socordiam per tormenta fugaret, fortiórque per quotidianas persecutiones euaderet. Ioseph item cùm carcerem egredi properaret; tunc maximè illic immorari permissus est. Audi ipsum Genes. 40. *Et ego furto sublatus sum de terra Hebræorum: & hîc, meritò*, inquit, *mei apud Regem. Meritò* (inquit Chrysost.) *Et hoc ipse passus existimatur, quia dixit, Memento mei, vt discerer, hominibus non esse confidendum, sed spem omnem in Deum dirigendam.* Vult ergo Apostolus, vt fideles in omni opere bono, cæteris excellant hominibus: maximè autem in beneficentia, quæ vtilis est, non solùm recipienti eleemosynam, aut aliud beneficium; sed etiam conferenti.

Punit Deus eos qui ardenter cupiunt, citò finiri labores.

Ioseph in carcere detinetur, quia in homine confidit. Gen 40. Chrysost.

VERS. 15. Salutant te, qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant.

De salutatione, & precatione, qua hæc epistola absoluitur.

ANNOTATIO II.

VIII. MOris fuit antiquissimi, vt qui inter se amarent, & verbis per nuntios, & epistolis per tabellarios, se inuicem salutarent. Quod inter Christianos ad fouendam mutuam charitatem solenne semper fuit. Idcirco coronidem Paulus epistolæ impositurus, Tito ait: *Salutant te, qui mecum sunt omnes.*

omnes. Vult præterea vt salutentur, qui ipsum nouerunt, & amant in fide : *Salutat*, inquit, *eos, qui nos amant in fide.* Vbi Theod. *Non vult aliter amari veritatis magister, præterquam ex solo scopo, ac instituto pietatis.* Theophyl. aliter interpretatur particulam, *in fide*, vt nimirum intelligat, vel amantes ipsum candidè, citráque dolum ; vel ob receptam Christi doctrinam, & conseruatam fidem. Itaque salutari vult omnes, qui apud Cretam sunt, Christianos, qui amorem exhibent à fidei communione profectum ; non autem ab affectu carnis, & sanguinis. Appositione autem particulæ, *in fide*, subindicat esse quosdam, qui absque fide diligant. Nec mirum. Amant enim quædam matres filios, vel pro eis emori paratæ, sed interdum non in fide. Et vxores maritos ; sed hic amor non est fidei. *Sola sanctorum dilectio fidei innititur, & charitati, quæ vel ad inimicos, & infideles, vt amici, & fideles fiant, extenditur*, Iuxta illud, *Omnia vestra in fide, & charitate fiant.* Apostolus igitur aliter amari non vult, quàm à solo pietatis affectu. Vide, quæ annotauimus ad finem vtriusque epistolæ ad Timotheum.

Theodor. Non vult Paulus amari, nisi ex solo scopo pietatis. Theophyl.

Sanctorum sola dilectio fidei innititur, & charitati. Ephes. 4. 1. Tim. 6. 2. Tim. 4.

IX. Licèt de salutatione hic sermo sit, quæ ad finem epistolæ adhibetur, nemini dubium est morem esse initio etiam epistolarum salutatione vti, ad eum pertinente, ad quem scribimus. Quare de hac etiam aliquid, quod eruditionem sapiat, attingam. Et quidem veteres, semper literas suas à dicenda salute sunt auspicati : Latini hoc modo, M. T. C. Trebatio S. D. Græci fermè ad hunc modum Πλάτων τῷ Δίωνι εὐπράττειν ; Quidam pro, εὐπράττειν, dicunt χαίρειν, quod apud nos sonat *gaudere*. Vtrunque vno carmine expressit Horatius,

Salutandi in epistolis varia consuetudo. Ciceronis salutationes. Græcorum mos salutandi. Horatius. Plinius.

Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano,

Plinius ita salutat, *C. Plinius Sabino suo S. D.* Hebræi vulgato gentis suæ more, pacem optant salutantes ; siue quòd arbitrentur discordiam esse malorum omnium compendium, siue quòd pacem appellare soleant omnium rerum cumulatam felicitatem. Hodiè assentatio est summa in præfationibus siue sermonis, siue epistolæ ; qua aliquando etiam viri docti ne fastidio sint supercilioſis, vti coguntur. Quare quoties viri modesti aliquid admiscent honorificentiæ titulis, non suo seruiunt ingenio, sed alienis moribus obsecundant. Reprehendendi sunt omnino, qui prodigiosis assentationibus salutationem infarciunt. Huiusmodi sunt, qui prætermisso sæpe nomine, hunc solem vocant ; alium, lunam. Hunc, Luciferum ; alium, Cynosuram ; aut lucernam ardentem, speculum virtutum, hortum odoriferum, pyxidem vnguentariam, scrinium aureum ; virtutum sacrarium ; disciplinarum thesaurum ; phœnicem ; aquilam. Et quid non? Quid, quod plerique, se vilissima mancipia Gnathonica quadam demissione vtentes, appellant? Exemplum erit, si quis viro docto, ita scribat : *Radiantis Theologorum apicis ; septem artium liberalium aureo domicilio : sapientiæ lucernæ semper fulgentis : literati ordinis lucifero : vtriusque Testamenti sacrario : hæresum malleo ; virtutum speculo limpidissimo ; dignissimo Domino meo, osculapedum pro salute.* Hæc noua, & adulatoria salutandi ratio priscis fuit incognita. Quis vnquam Gnatho, aut Colax, aut Gelasinus, vsque adeò desipuit, vt istiusmodi verba regi suo, ausus sit in os dicere? Et tamè nos Christiani, gratuitus etiam viris, ita adulamur. Quid mirum? Paulus scripsit, inquiunt : *Honore inuicem præuenientes.* At Apostolus illic non de salutatione, sed de subsidio loquitur;

Assentatio in præfationibus.

Prodigiosæ salutationes.

Assentatio priscis incognita. Rom. 12. Quomodo intelligâ ut verba illa Apostoli: *Honore inuicem præuenientes.*

quitur: sic enim ille solet honorem appellare. Quòd si honorificam intelligere velis appellationem, disce à tanto magistro, quid præfigere tuis literis oporteat. Posteriorem ad Timoth. ita prænotat: *Paulus Apostolus Iesu Christi, Timotheo charissimo filio; gratia, & misericordia, & pax à Deo Patre nostro*, &c. Hanc verò ad Titū sic: *Paulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi; Tito dilecto filio gratia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu.* Atqui Episcopos, imò Archiepiscopos, & Primates salutabat, Societatis Iesu religiosi, Pauli morem imitantes, epistolas suas auspicantur modestè, & prænotatione, Christiano religioso que instituto planè conuenienti: *Gratia*, inquiūt, *& pax Christi.* Quod ab aliis etiam religiosis ferè obseruari audio. Hæc dicta sint de epistolari salutatione.

2. Tim. 1.

Salutatio vsurpata à religiosis quàm modesta sit ostenditur exemplo.

X. Absoluitur tandem epistola apprecatione diuinæ gratiæ, sine qua nil magnum mens, aut inchoare potest, aut ad finem perducere: *Gratia*, inquit, *Dei cum omnibus vobis: Amen.* Quibus verbis, generaliter salutat omnes fratres, & domesticos Titi, quibus gratiam optat, quæ fons est omnium bonorum. Ad Rom. 3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius.* Quod ait, *vobis*, significat, pō ad vnius vtilitatem spectare huius epistolæ scriptionem; sed ad totam Ecclesiam, vt aduertit D. Thom. hoc loco. Quod de epistolis ad Timotheum, cum D. Thom. consentiens affirmat his verbis, Theod. *Hæc beato quidem Timotheo scribit diuinus Apostolus: Nobis autem omnibus, vtilitatem quæ ex ipsi proficiscitur, præbuit. Eius enim tanquam thesauris communibus fruimur*; Theophyl. *Exoptat*, inquit, *eis, scribens fidelibus, vt custodiant domum Dei.* Scripsit autem Paulus hæc apprecationis diuinæ gratiæ, verba, manu propria, velut confirmans omnia, quæ scripsit. Si quæras vnde id nouerim, dicam. Paulus enim timens interpolas, & adulteratores Scripturarum, quorum iam eo tempore erat infelix prouentus, ad perniciem comparatus sanæ doctrinæ, semper se manu propria in omni epistola sua, salutationem subscripsisse testatur. Idque adeò constanter, vt meritò repudiari posset ab erudito lectore epistola, quæ manu eius non fuerit subscripta. Signum autem scriptionis Paulinæ, siue illius notum esset lectori chirographum, siue ignotū, hoc erat; nempe, *Salutatio in fide, & precatio gratiæ.* Id enim ex aliis epistolis, tum vel maximè ex postremis verbis secundæ ad Thessalonicenses, apertè ostenditur; sic enim ait: *Dominus sit cum omnibus vobis, salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.* Vbi D. Ambros. *Hæc salutatio*, inquit, *manu Apostoli conscripta est, quæ gratiam Domini nostri Iesu Christi optat esse cum eis.* Idem ad finem epistolæ primæ ad Corinthios, enarrans postremam particulam, nempe *Amen.* (vt id quoque explicatum relinquatur) sic ait: *Confirmatio est benedictionis huic sermo.* Vide, quæ annotauimus, ad finem epistolæ primæ ad Timoth. Interim precemur Deum, vt tam salutatio, quàm precatio Pauli ad nos pertineat, effectúmque illius mereamur obtinere, in Christo Iesu Domino nostro, cui & diuino Patri, vnà cum sancto Spiritu, par est gloria, & imperium. Amen.

Rom. 3.

D. Thom. Hæc epist. Tito scripta, omnibus vtilis est. Theodor. Theophyl.

Paulus manu propria scripsit hanc diuinæ gratiæ apprecationem.

Signum subscriptionis in epist. Pauli.

Ambros.

1. Cor. vlt.

2. Tim. 6.

Trium Librorum

Operis hierarchici, siue de Ecclesiastico principatu,

F I N I S.

INDEX

INDEX LOCORVM

SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HIS COMMENTARIIS EPISTOLÆ ad Titum, vel explanantur, vel illustrantur.

Litera P, Proœmium. C, Caput. S, Sectionem. T, Textum. A, Annotationem. V, Versum significat.

EX VETERI Testamento.

Ex lib. Genes.

Cap. 18. POSTQVAM cõsenui, *& dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo. c.2. S. 1. A. 3.*

Cap. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine, &c. eruntque dies illius centum viginti annorum. c. 2. S. 2. A. 4. n. 4.*

Cap. 4. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. c. 3. S. 5. A. 4. n. 19.*

Cap. 40. *Memento mei apud Regem. c. 3. S. 7. A. 1. ad fin.*

Exodi.

Cap. 15. *Populus tuus Domine, quem acquisisti. c. 2. S. 6. n. 2.*

Cap. 12. *Erit autem vobis sanguis in signum in ædibus, in quibus eritis. c. 2. S. 6. A. 4. n. 18.*

Cap. 18. *Ne appropies huc. c. 3. Sect. 3. A. 5. n. 1.*

Cap. 32. *Nisi tu ipse Domine proficiscaris nobiscum. c. 3. S. 6. A. 3. n. 11.*

Leuitici.

Cap. 19. *Mortuum nolite tangere. c. 1. S. 13. A. 1. n. 1.*

Cap. 14. *Leprosus immundus est. c. 1. S. 13. A. 1. n. 1.*

Cap. 19. *Coram cano capite consurge. c. 2. S. 1. A. 3. n. 4.*

Numeri.

Cap. 16. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, &c. c. 3. S. 5. A. 2. n. 4.*

Iudicum.

Cap. 9. *Abimelech, &c. ita vt sal in ea dispergeret. c. 1. S. 3. A. 2.*

Regum.

3. Reg. 20. *Custodi virum hunc, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. P. S. 1.*

2. Reg. 14. *Absalon erexit sibi titulum. Dixerat enim, non habeo filium, &c.*

*c.*1.S.6.A.4.*n.*5.

1.Reg.34. *De filijs Heli occisis, &c.c.*1. S.6.A.4.

4.Reg.3. *Est hic Elisæus, qui fundebat aquam super manus Eliæ.c.* 2.S.3.A. 3.*ad fin.*

3.Reg.17. *Abscondere in torrente Carith. &c. coruisque præcepi, vt pascant te ibi. c.*2.S.5.A.2.*n.*6.

1.Reg.c. *Et sermo Domini erat pretiosus, &c. Heli non poterat videre lucernam Domini antequam extingueretur.c.*3.S.4.A.1.*n.*6.

Paralipomenon.

2.Par.12. *Non stillabit furor meus super Hierusalem.c.*2.S.1.A.3.*n.*7.

Esdræ.

1.Esdr.4. *Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus. c.*1. *Sect.*3. A.2. *n.*3.

Iob.

Cap.22. *Aquam lasso non dedisti, &c.c.* 1.S.7.*v.*7.*n.*6.

Cap.23. *Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.c.*1.S.8.*v.*8.*n.*5.

Cap.29. *Qui me audiebant, expectabant sententiam & super illos stillabat eloquium meum,&c.c.*2.S.1.A.3.*n.*6.

Cap.20. *Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.c.*2.S.2.A.3.*n.*2.

Psalmorum.

Psal.138. *Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.c.*1.S.3.A.2.*n.*7.

Psal.139. *Ne tradas me à desiderio meo peccatori.c.*1.S.4.A.3.*n.*3.

Psal.58. *Misericordia tua præueniet me, &c.c.*1.S.4.A.3.*n.*3.

Psal.54. *Diuisi sunt ab ira vultus eius, &c.c.*1.S.9.A.3.*n.*6.

Psal.18. *Ab occultis meis munda me. c.*2. S.2.A.3.*n.*6.

Psal.89. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo,seculum nostrorum, &c.c.*2.S. 2.A.3.*n.*6.

Psal.36. *Eruet eos.quia sperauerunt in eo.c.* 2.S.5.A.4.*n.*16.

Psal.33. *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos. c.*2.S.5. A.5:*n.*20.

Psal.63. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam,manus suas lauabit in sanguine, &c.c.*2.S.5.A.5.*n.*24.

Psal.39. *Oblationem,& pro peccato non postulasti;tunc dixi,Ecce venio.c.*2.S.6.A. 4.*n.*17.

Psal.7. *Exurge Domine in præcepto, quod mandasti; & synagoga populorum circundabit te.c.*2.S.6.A.5.*n.*6.

Psalm.105. *Aperta est terra,& deglutiuit Dathan.c.*3.S.1.*n.*6.

Psal.6. *In inferno autem quis confitebitur tibi.c.*3.S.A.3.*n.*13.

Prouerbiorum.

Cap.11. *Qui abscondit frumentum maledicetur in populis.c.*1.S.7.*v.*7.*n.*7.

Cap.9. *Venite,comedite panem meum.c.*1. S.9.A.3.*n.*3.

Cap.14. *Putredo ossium inuidia. c.*3.S.1. *n.*5.

Ecclesiastæ.

Cap.12. *Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, &c.* totus hic locus explicatur.*c.*2.S.2.A.4.*n.*6.

Cap.12. *Antequam rumpatur funiculus argenteus, &c. & confringatur hydria super fontem.c.*2.S.2.A.5.*ad fin.*

Cantici Canticorum.

Cap.2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.c.*2.S.1.A.1.*n.*3.

Sapientiæ.

Cap.1. *Auris zeli, audit omnia, &c.c.*1. S.8.*v.*8.*n.*7.

Eccleſiaſtici.

Cap.7. *Fily tibi ſunt, erudi illos. P.S.1.*
Cap.10. *In vita ſua, proiecit intima ſua. c. 1.S.7.v.7.n.6.*

Iſaiæ.

Cap.1. *Et relinquetur filia Sion ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut umbraculum in vinea. c.1.S.4.A.3.*
Cap.28. *Hæc requies mea, reficite laſſum. c.1.S.7.v.7.n.6.*
Cap.18. *Va terræ Cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ. c.1.S.9.A.2. n.7.*
Cap.29. *Sola vexatio, intellectum dabit auditui. c.2.S.5.A.5.n.21.*
Cap.16. *Ponam in pondere iudicium. ibid. n.23.*

Hieremiæ.

Cap.35. *Pro eo, quòd obediſtis præceptis Ionadab patris veſtri, &c. c.1.S.11.A.4. n.12.*
Cap.3. *Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ. c.2.S.2.A.1.*
Cap.2. *A ſeculo confregiſti iugum. c.3.S.5. A.4.n.20.*

Ezechielis.

Cap.26. *Stilla ad Africum, &c. cap.21. ſtilla ad ſanctuaria, & prophetа contra terram Iſrael. c.2.S.1.A.3.n.7.*

Danielis.

Cap.10. *Facies eius ſicut fulgur. c. 2. S.5. A.5.n.23.*

Duodecim prophetarũ minorũ.

Abac. 2. *Iuſtus autem meus ex fide viuit. P.S.1.*
Soph.3. *Auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ. c.1.S.9.A.2.n.3. ibid.* explicantur antecedentia, & conſequentia verba. *c.1.S.9.A.2.*
Oſeæ.7. *Ephraim ſubcinericius panis, qui non reuerſatur. c.2.S.2.A.2.n.6.*
Malach.3. *Quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans. c. 2. S.5. A.5.n.23.*
Ioel. 3. *Congregabo omnes gentes in valle Ioſaphat; & diſceptabo cum eis. c.2.S.5. A.5.n.23.*
Abac.3. *Abſcondita eſt fortitudo eius. c. 3. S.3.A.3.n.13.*

Ex nouo Teſtamento.

Matthæi.

Cap.16. *Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi. c.1.v.1.A.1.*
Cap.10. *Quicunque dederit potum, calicem aquæ frigidæ. c.1.S.7.v.7.n.6.*
Cap.20. *Neſcitis quid petatis. c.1.S.8.v.8. n.4.*
Cap. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. c.1.S.8.A.3.n.7.*
Cap.23. *Quæ dicunt, facite, ſecundùm verò opera, &c. c.1.S.13.A.3.n.15.*
Cap.16. *Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua. c.2. Sect.6. A.1. n.2.*
Cap. 16. *Si quis vult, &c. tollat crucem ſuam. c.2.S.6.A.5.*
Cap.26. *Simon dormis? ſic non potuiſti vna hora vigilare mecum. c.2.S.7.A.3.n.1.*

Marci.

Cap.10. *Filius hominis venit, &c. vt animam ſuam daret redemptionẽ pro multis. c.1.S.8.v.8.n.4.*
Cap.7. *Non quod intrat per os, coinquinat. &c. c.1.S.12.v.15.*

Lucæ.

Cap.23. *Velum templi ſciſſum eſt medium. P.S.4.*
Cap.16. *Habent Moſen & prophetas, &c. c.1.S.3.A.2.n.3.*

Cap.17.*Mementote vxoris Loth.c.1.S.11. A.2.n.4.*
Cap.7. *Adoleſcens tibi dico, ſurge. c.2.S.2. A.4.n.9.*
Cap.16.*Magnum Chaos inter nos, &c.c. 3.S.5.A.3.n.12.*
Cap.12. *Vidua, quæ duo dedit minuta.c. 3.S.7.A.1.n.5.*

Ioannis.

Cap. 21. *Simon amas me? paſce oues meas. c.1.S.3.A.2.n.8.*

Actorum.

Cap.1.*Et Epiſcopatum eius accipiet alter. c.1.S.5.A.2.n.3.*
Cap.20. *Attendite vobis, & gregi.c.1.S. 8.An.2.ad finem.*
Cap.20. *Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa.c.1.S.1.A.1.n.3.*
Cap.23. *Percutiet te Deus paries dealbate.c.3.S.1.A.n.12.*

Quatuordecim D.Pauli epiſt.

Galat. 2. *Neque Titus compulſus eſt circumcidi.P.S.4.*
2.Tim.3. *Mali homines,& ſeductores proficiem in deterius.c.2.S.1.A.1.ad fin.*
Ad Galat.5.*Vtinam abſcindantur,qui vos conturbant.c.2.S.2.A.4.n.5.*
Hebr.12. *Acceſſiſtis ad nouæ Teſtamenti mediatorem, & ſanguinis aſperſionem, melius clamantem, quàm Abel.c.2.S.6. A.4.n.8.*
2.Theſſ.3. *Si quis non obedierit verbo noſtro,hunc notate.c.3.S.1.A.1.n.4.*
Galat.4. *Filioli mei, quos iterum parturio. c.3.S.1.A.1.n.6.*
2. Tim.2. *In magna domo ſunt vaſa aurea,& argentea, & lignea,&c.c.3.S.5. A.2.n.6.*

Petri

1.Petr.5. *Sobrij eſtote,& vigilate, &c.c.1. S.8.v.8.n.9.*
1.Petr.2. *Serui ſubditi eſtote dominis; non tantùm modeſtis, ſed etiam diſcolis. c.2. S.4.A.1.*

Ex epiſt.ad Titum.

Cap.3. *Fides ſine operibus mortua eſt. c.1. S.13.A.2.*

Iudæ Apoſtoli.

Cap.1. *Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaã mercede effuſi ſunt,& in contradictione Core,&c.* explicatur hic locus copioſè. *c.2.S.1. A.1.n.4.*

INDEX

INDEX SECTIONVM, ET ANNOTATIONVM, QVÆ IN PRÆFATIONE, ET SINGVLIS capitibus epistolæ ad Titum continentur.

Præfatio sex habet sectiones.

I. DE Canonica huius epistolæ autoritate.
II. De vtilitate, quæ percipitur ex huius epistolæ lectione.
III. De D. Pauli, qui autor est huius epistolæ, doctrina.
IV. De Titi, ad quem mittitur epistolæ hæc, vita, & morte.
V. Qua occasione impulsus Apostolus ad Titum scripserit?
VI. Quo anno, & loco scripta fuerit hæc epistola?

CAP. I.

In sectiones 13. dispescitur.

SECTIO I.

Continet Annotationes quatuor.

I. De nomine D. Pauli.
II. Cur, seruus Dei dicatur? & quo sensu?
III. Quanta dignitas sit Apostolum vocari?
IV. Quid sit seruum Dei esse, & Apostolum, secundùm fidem electorum?

SECTIO II.

Annotationes quatuor.

I. Quid intelligat Apostolus per agnitionem veritatis?
II. Quænam veritas dicatur secũdùm pietatem in spem vitæ æternæ?
III. Dei in promissis constantia, & veritas.
IV. An creatio Angelorum præcesserit tempora secularia?

SECTIO III.

Annotationes duæ.

I. De verbo Dei manifestato.
II. De tribus titulis, quibus Euangelij præcones Matthæi 6. decorantur.

SECTIO IV.

Annotationes tres.

I. Quàm arcto amore, & syncero se inuicem complectantur, qui fidem Christi colunt?
II. Sítne inter Christianos signũ aliquod communis fidei?
III. Cur Apostolus Tito, gratiam, & pacem optet?

SECTIO V.

Annotationes tres.

I. Cur relictus sit in Creta Titus?
II. Quinam sint presbyteri, qui iubentur constitui per ciuitates?

III. Sintne Episcopi minoribus oppidis præficiendi?

SECTIO VI.

Annotationes quatuor.

I. Quomodo intelligatur Episcopum debere esse vnius vxoris virum.
II. Verus sensus verborum Pauli exigentis, vt Episcopus sit vnius vxoris vir.
III. Quomodo intelligantur illa verba: Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ?
IV. Cur Apostolus non præcipiat eligendum cœlibem, & qui nullos habeat liberos?

SECTIO VII.

Annotationes duæ.

I. Quàm detestanda sit in principe Ecclesiastico superbia?
II. Quàm alieni esse debent, qui præsunt Ecclesiis ab ira, & vindicta.

SECTIO VIII.

Annotationes tres.

I. Commendatur mutua hospitalitas, & mensæ vsus inter bonos.
II. Prælati munus est, exhortari, & corrigere.
III. Scientiæ luce, & rerum experientia conspicuum esse oportet, qui in Episcopum eligendus est, vt potens sit exhortari.

SECTIO IX.

Annotationes quinque.

I. De obedientia, quam Deo, & ministris eius debemus.
II. Quinam sint vaniloqui, & seductores: & de veritate, quam sine dolo, aut fuco, vel apud remotissimas gentes Apostolici viri prædicant.
III. Fugiendos esse eos, qui vanâ vsurpant doctrinam, & ad seducendum compositam.
IV. Ostenduntur iudaizantium corrupti mores, & doctrina.
V. Quantùm noceat virtuti laudis amor, & turpis lucri appetitus; & quomodo vterque vincendus sit morbus Iudæis familiaris?

SECTIO X.

Annotationes duæ.

I. Vtrùm fas sit vti Gentilium testimoniis?
II. Quædam nationibus insita esse vitia.

SECTIO XI.

Annotationes quatuor.

I. Cur iubeat Paulus Cretenses increpari durè?
II. Assignatur efficax ratio ex cap. 3. Apocalypsi sumpta, cur Apostolus plus detestetur Cretenses, quàm alios homines?
III. De fabulis Iudaicis, & triplici Iudæorum genere.
IV. Quæ sint mandata hominum, siue traditiones à Paulo damnatæ?

SECTIO XII.

Annotationes duæ.

I. De immunditia, & delectu ciborũ.
II. An hominis infidelis opera omnia peccatum sint?

SECTIO XIII.

Annotationes quatuor.

I. A quibusdã, Deum, quem fide colunt, factis negari.
II. Eorum fidem mortuam esse, qui Deum factis negant.
III. De copulatione fidei cum bonis

nis operibus.

IV. De excitatione eius, qui Chtistum, quem colit, ad omne opus bonum torpescens, factis negat.

CAP. II.

Continet sectiones septem.

SECTIO I.

Annotationes quatuor.

I. Reprehenduntur à D. Petro, & Iuda Apostolo, qui non sanam annuntiant doctrinam.

II. Quænam doctrina sit sana dicenda?

III. De sobrietate, pudicitia, & prudentia, quas virtutes Apostolus desiderat in senibus.

IV. De triplici sanitate, quam Apostolus requirit in senibus.

SECTIO II.

Annotationes quatuor.

I. Matronæ Christianæ quales esse debeant?

II. Quales optet Apostolus esse adolescentulas, quæ Christum colunt?

III. Quàm necessaria sit adolescentibus sobrietas?

IV. De distinctione graduum ætatis humanæ, vt quæ præcepta cuique conueniant, ex Apostoli doctrina innotescat.

SECTIO III.

Annotationes tres.

I. Exemplo præire debent subditis, cùm omnes, tum præsertim, qui præfecturam gerunt Ecclesiasticam.

II. Integritas, & morum grauitas, atque doctrinæ, Prælatis necessaria est.

III. Quàm vtiles Ecclesiæ fuerint Episcopi, qui doctrina, & exemplo vitæ subditis præluxerunt?

SECTIO IV.

Annotationes duæ.

I. Cur Paulus tàtopere solicitus sit de seruorum moribus & vita?

II. Gentilibus etiam dominis seruus debet subiici, & fidelitatē ostendere.

SECTIO V.

Annotationes quinque.

I. Explicatur connexio horum verborum: Apparuit gratia Dei, &c. cum præcedentibus.

II. Impietatem, & secularia desideria, gratia Dei præeunte, facile est abnegare.

III. Præstat seruum esse abnegata impietate, & flagitiis, quàm nobilem malè moratum.

IV. Quantam vtilitatem Christi aduentus consideratio nobis afferat, vt sobriè, piè, & iustè viuamus?

V. Cum timore expectare debemus aduentum gloriæ magni Dei.

SECTIO VI.

Annotationes quinque.

I. Qualis fuerit nostra redemptio, & quo pretio facta?

II. De amore, quo Dei filius morti pro nobis se obtulit.

III. Christus dedit semetipsū pro nobis non solum, vt nos redimeret, sed etiam, vt cœlesti cibo pasceret.

IV. Offerendū esse patri æterno Christi in cruce immolati sacrificium, vt à peccatis mundemur.

V. De imitatione amoris, & passionis Christi.

SECTIO VII.

Annotationes quatuor.

I. Qualis debeat esse sermo, & exhortatio ad populum habita?

II. Tribus reb° perfici visitationis officium, in Tito, Episcopis cōmendatum, exhortatione, imperio, & autoritate.

III. Multis nominibus visitationis officiū, quod hìc ab Apostolo præscribitur, Episcopis cōuenire ostēditur.

IV. Epi

IV. Episcoporum est fidelium litigiis cum imperio præesse, eorúmque sedare controuersias.

CAP. III.

Continet sectiones septem.

SECTIO I.

Annotationes quinque.

I. Cur præceperit Apostolus fidelibus, vt se morigeros & obedientes præstent magistratibus.
II. Interdicitur subditis maledicendi & litigandi abusus.
III. Exprimitur à D.Bern. serm.24. in Cant.detrahentiũ praua cõsuetudo.
IV. Detrahentium duæ species proponuntur à D.Bern.maximè notandæ.
V. De modestia,& mansuetudine,quę fidelibus ornamento sunt.

SECTIO II.

Annotationes duæ.

I. Duplex admonitio sumitur ex verbis Apostoli ad Dei timorẽ cum animi submissione copulandum.
II. Quàm miserandus sit hominis status,qui peccato inquinatus est.

SECTIO III.

Annotationes octo.

I. Quid sit benignitas, humanitas,& lauacrum regenerationis?
II. Aduentu Filij Dei, allatam fuisse mundo ob flagitia omnibus supplíciis digno, gratiã,& misericordiam.
III. De humanitate,& benignitate Saluatoris nostri Dei.Ex D.Bernardo.
IV. Explicatur locus Zachariæ 9. Et Matth.21. in quo ostenditur benignitas & humanitas Dei.
V. Quàm insignis semper extiterit Dei benignitas in salute hominum procuranda?
VI. Quantam vim habeat ad gratiam conferendam aqua per Christum in regenerationem sanctificata?
VII. De renouatione,quę fit per gratiã.
VIII. Quid sit iustificari, gratia Christi?

SECTIO IV.

Annotationes tres.

I. Quonam pacto fideles hodie Pauli doctrinam secuti studeant bonis operibus præesse?
II. Vitandas esse importunas quęstiones,& contentiones ei qui fidem & bona opera sectatur.
III. Non esse cum hæreticis contendendum,aut communicandum.

SECTIO V.

Annotationes quatuor.

I. Quis dicatur hæreticus propriè? & de admonitione vna, vel altera hæreticis adhibenda.
II. An hæretici,quos vitandos Paulus ait, membris Ecclesiæ sint annumerandi?
III. Vitanda sunt colloquia, & libri hæreticorum.
IV. Conciliantur verba Pauli de vitandis hæreticis,cum verbis Christi dicentis,nõ solùm septies esse parcendum,sed etiam septuagies septies.

SECTIO VI.

Annotationes tres.

I. De Artema, & Tychico:itemq; de Zena,& Apollo, qui sunt designati ab Apostolo,vt præmittantur Nicopolim.
II. Quinam modus iniri debeat in Prælatorum imperiis,& subditorum obsequiis?
III. Licuerit ne Tito obiicere difficultatem itineris,aut gregis sui destitutionem?

SECTIO VII.

Annotationes duæ.

I. Cur velit Apostolus, vt fideles bonis operibus discant præesse?
II. De salutatione, & precatione, qua hæc epistola absoluitur.

INDEX RERVM, ET SENTENTIARVM QVÆ IN Commentariis trium Epistolarum D. Pauli continentur.

Litera P, Proœmium siue præfationem. C, Caput. S, Sectionem. T, textum. A, annotationem. V, versum significat.

ADMONITIO.

Non opus fuit, in hoc Indice epistolam primam ad Timotheum præfigere capitibus, & cæteris notis oppositis ad inueniendas res & sententias eiusdem epist. cùm notum sit, ab ea sumi exordium. In duabus alijs, quia opus erat, id præstitimus.

A

Abraham.

ETYMOLOGIA Abraham & Saræ. c.1.S.1.A.3.

Abrahæ nomini inseruit Deus literam nominis sui. ibid.

Abraham coluisse aliquãdo idola, multi affirmant. c.1.S.7.A.4. latè.

Patrem habuit impium. 2. Timoth. c.1. v.3.n.5.

Abraham non est turbatus, videns præcipi sibi cõtraria promissis. 2. Tim. 3. v. 14.

Abstinentia.

(Vide iejunium.)

Eremitarum quorundam mira abstinentia. c.1.S.8.A.2.n.6.

Moderatio in abstinentiis. c.5.S.4.A.2. num.6.

Adamus.

Adamus salutem æternam, pœnitens facti, obtinuit. c.1.S.7.T.8.

Adam non est seductus. c.2.S.5. T.5. & A.5. latè.

De peccato Adami, latè c.2.S.5. A.4. De eiusdem seductione disputatur, A.5.

Adam, in otio, paradiso excidit: Paulus, in labore, raptus est in paradisum. c.6.S.4.A.3.n.6.

Aduersitas.

Paulus in vinculis ab omnibus fuit destitutus exemplo Christi. Astitit illi Dominus, 2. Tim. 4. In aduersis ad

Deum confugiẽdum, qui præstò est. 2.Timoth.4.v.17.A. late.
Punit Deus eos, qui citò volunt liberari à tribulationibus, quod probat Chrysost.ad Tit.3.S.7.A.1.n.6.

Aduentus Christi.

Vtilis est, consideratio aduentus Christi, vt sobriè, & piè & iustè viuamus. Ad Tit 2. S.5. A.4. latè cum timore expectãdus est aduentus gloriæ magni Dei. ibid. A. S. multa hîc de die iudicij.

Adoratio.

Latriæ cultus soli Deo debitus. 2.Tim. c.1.v.3.n.5.

Adolescens.

Adolescentes sobrij sint, & morigeri, recensentur vitia huius ætatis ad voluptatem pronæ. Ad Tit.2.S.2.A.3.

Aetatis humanæ gradus.

Distinctio graduum ætatis humanæ, vt quæ præcepta Pauli, cuique conueniãt, planum sit. Ad Tim.2.S.1. A.4. Multa hîc apta senibus, iuuenib. &c. Icones hîc proponuntur, &c.

Alexander ærarius.

Pauli aduersarius fuit. Eũ putat Chrys. vocari Angelum Satanæ. 2.Cor.12. fuit collega Demæ, 2.Tim. 4.v. 14. Huic prædicit pœnam cum imprecatione, v.16.n.7.

Ambitio.

Ambitio traxit eos, qui se legis doctores prædicabant in praua dogmata. Tit.S.4.A.6.contra ambientes prælaturam, epist.2.ad Tim. c.1. verb. per voluntatem Dei.

Amen.

Vox est, originis sua Hebræa, quid significet c.1.S.6.T.13.& c.1.S.7.A.6. ad fin.

Alimenta.

Recipere necessaria ad victum, non est mendicitas, sed potestas, qua Paulus vti noluit. Expenditur metaphora agricolæ, 2.Tim.2.v.6.

Potuit Paulus exigere alimẽta; sed maluit manib⁹ laborare. 2.Tim.4. v.13. n.4. Episcopus mensam, ac victum pauperem habeat. ibid.n.5.

Inter solos bonos est amicitia, inquit Plato. Eius effectus est crebra amici recordatio exemplo D.Pauli. 2.ad Tim.c.1.v.3.n.4.

Onesiphorus, catenam Pauli non erubuit, 2.Tim.c.1.v.16. Illi bene precatur Paulus; non tamen deserores amicitiæ execratur, ibid.

Amor Dei, & proximi.

Diuini amoris potentia; est viuificator diuinus amor, siue diuinus spiritus. c.1.S.4.A.2.

Ignis, typus est amoris, ibid.n.6.

Quid sit charitas de corde puro? cap.1. A.3.

Lacedæmones amori sacrificabant ituri ad bellum. c.1.S.3.A.2.ad fin.

A præcepto diligendi proximũ, nemo excusatur. c.2.S.1.A.3.n.12.

Proprium est Euangelij diligere inimicos, & orare pro eis. ibid.n.13.

Quomodo intelligatur mandatũ Christi nouum, de charitate c.4.S.4.A.3. n.3. latè.

Christi charitas, & Pauli imitanda est. ibidem.

Quid sit mandatum nouum Ioan. 13. Præuenire debemus dilectione proximum exemplo Christi; charitas mutua est Symbolum Christianorũ. c.6.S.4.A.5.

Spiritus timoris in lege Mosaica: in lege gratiæ est timor filialis præparans locum charitati. 2.Tim.c.1.v.7. n.1.&c.

In

In captiuis Christianis considerandus, est Christus, & redimendus: solicitè quærendæ sunt occasiones iuuandi alios. 2. Tim. v. 17. n. 1. &c.

Onesiphori charitas, non solùm est exhibita Paulo. Quibus benè facere debemus, cùm omnibus non possimus? 2. Tim. c. 1. v. 17. n. 4. & 5.

Paulus Cæsarem appellauit, vt vitam electis necessariam prorogaret. Potior est proximi ædificatio apud Deum, quàm mori, & cum Christo esse.

Episcopi debent pati mortem si opus sit pro omnibus suis. Paulus cupit anathema esse à Christo, pro fratribus. 2. Tim. 2. v. 10.

Non sunt obiurgandi proximi peccantes, nisi cùm constiterit coram Deo, nos dilectione moueri. 2. Tim. 4. v. 2.

Conciliantur verba Pauli de vitandis hæreticis, cum verbis Christi dicentis non solùm septies esse parcendum, sed septuagies septies. Ad Tit. 3. S. 5. A. 4.

Angelus.

Angelus luctatus cum Iacob, Christus erat Hil. c. 1. S. 7. A 4.

Angeli scalæ Iacob, vocantur mediatores. c. 2. S. 3. A. 4. n. 9.

An Christus fuerit redemptor Angelorum? c. 2. S. 3. A. 6. n. 19.

Quinam sint Angeli electi? cap. 5. S. 3. A. 6.

Angeli in iudicio Christo seruient tanquam satellites. ibid. n. 5.

Cur peccatum Angelorum dicatur ab Scoto luxuria? c. 6. S. 2. A. 4. n. 5.

Vtitur Deus Angelis malis ad pœnam malorum, & exercitium bonorum. 2. Tim. 2. v. 26. n. 10.

Non semper Deus Angelos, hominibus magistros assignat, sed homines interdum, vt Iethrum, Mosi, Eunucho, Philippum. 2. Tim. 3. v. 14. n. 4.

An Angeli creati fuerint ante tempora secul. Ad Tit. c. 1. S. 2. v. 2. A. 4.

Apparitiones.

Plerique putant Dei apparitiones factas olim fuisse in persona filij duntaxat. c. 1. S. 7. A. 4. n. 12.

Greg. Naz. puero, apparuit castitas, & Sap. c. 6. S. 4 A. 5. n. 18.

Apostolus.

Par fuit potestas Apostolis, excepta prærogatiua Petri. P. S. 9.

Viuente Christo 12. Apostoli hoc nomine afficiebantur non tamè sacerdotes erant aut Episcopi: in cœna mystica sacerdotes creati sũt. P. S. 14.

Apostoli nomen, cur episcopis prænoteturr & quid significet? c. 1. S. 1. A. 5.

Excellentia Pauli inter Apostolos; præfertur antiquis patribus; per antonomasiam dicitur Apostolus. c. 1. S. 1. A. 6.

Cur Lusitani religiosos Societatis Iesu Apostolos vocant? c. 1. S. 1. A. 6. n. 4.

Cur P. Fracisus Xauerius in India vocatus est Apostolus. c. 1. S. 1. A. 6. n. 4.

Apostoli quomodo prouincias peragrarint, adiuti fœminarum expẽsis. Inter eos Paulus dicitur pennatus agricola. c. 3. S. 3. A. 2. n. 3.

Apostoli sunt legati, & vicarij. Multi vocati sunt Apostoli, qui nõ habuerunt parem cum 12. dignitatem, 2. epist. ad Timor. c. 1. v. 1 §. Apostolus, ibid. de potestate Apostolorũ. Apostoli à Petro quid iurisdictionis acceperint? ibid, Quanta dignitas sit Apostolum vocari? Ad Tit. 1. v. 1. A. 3.

Quid sit seruum Dei esse, & Apostolum secundùm fidem electorũ. A. 4.

Auaritia, Auari.

Amor pecuniæ, hæresis occasio. c. 1. S. 8. A. 3. n. 14.

Auari sunt cultores idolorum. c.2. S.3. T.1.

Auaritia est radix omnium malorum. c.6.S.2.T.8.

Damna volentium ditescere. c.6. S.2, A.3. latè. dicuntur diuitiæ laqueus diaboli, &c. ibid. De abusu diuitiarum. A.4.

Laudis & lucri amor quantùm noceat? ad Tit.1. S.9. A.5. Exempla lucri ex ficta pietate. ibid. ad fin. Excæcatur auarus sputo Epiphanij, 1.Timot.3. S.1.A.16.n.7.

Auxilium Dei in aduersis.

Bono animo esse debemus, cùm nos mali persequuntur. Philo Iudæis, ait; Bono animo vos esse oportet quibus iratus est Caius, &c. Astitit Deus Paulo, & seruauit à primis vinculis, vt prædicaret, 2.ad Timoth.4. v.17. liberat Deus suos etiã à morte temporali. ibid. A.2. latè. vide spes.

B

Baptismus.

Vestis alba, cur baptizatis detur? Baptismi gratia significatur calculo candido. c.1.S.2.A.2.

Victorini Rhetoris, in Baptismo, fidei professio qualis? c.6.S.2.T.17.

Baptismi vestis candida quid significet? datur manumissio, &c. c.5.S.3. T.7.

Baptismi gratia est sacrum depositum. 2.Tim.c.1.v.14.n.5.

Diuinam vim habet aqua ad gratiam conferendam postquam per Christum ad regenerationem sanctificatur. Ad Tit.3.S.3. A.6.

Benedictio.

Benedictiones, & precationes Sanctorum, & parentum sunt efficaces. Rursus, benedictio Rechabitarum ad religiosos pertinet. c.4. S.1. A.7. num.5.

Lactuca sine benedictione sumpta à Moniali. c.4.S.2.T.3.

Benedictio sacerdotis in templo. c.4. S.4.A.7.n.6.

Benedictiones Patriarcharum morientium. Epist.1.ad Tim.P.S.2. n.6.

C

Castitas.

Quid maximè castitati noceat. c.1.S.5. A.3. Ibidem de vitiis illi contrariis.

Isaac amator castitatis. c.2.S.2.A.1.n.4. in hac patri præstitit.

Pudicitia, ædituus templi interioris. c.2. S.4.A.7.

Pudicitia elucère debet in ministris Ecclesiæ. c.2.S.1.T.19.

Laus castitatis in fœminis. cap.3. S.3. T.15.

Quantum ornamentum afferat castitas? quid egerit D. Hieron. &c. c.4. S.4.A.4.

Castitas commendat iuuenes; laus castitatis. c.5.S.4.A.2 latè.

Pudicitia, flos morum est laudes illius, 2.Tim.3.v.4.n.13.

Heli pœna, quod filiorum pudori non consuluit. 1.Tim.3.S.1.A.7.v.3. contra domesticos, cùm delinquunt, & impudici sunt agendum est, exemplo Mosis, & Leuitarum Exod.32.

Phinees sacerdos mœchos occidit, & Deus à principibus pœnæ exordium sumi iussit, ibid.n.4.& 6.

Cœlibatus.

Cœlibatus, conuenit sacris ministris, quibus leue est præceptum cõtinentiæ ex Dei auxilio. c.3.S.1. A.7. n.4. 5.& 6. Exemplum D.Bern. & P. Francisci Xauerij.

Charitas.

(Vide Amor Dei & proximi.)

Ardor charitatis D.Pauli. P.S.2.c.2.

Finis

Finis præcepti est charitas. cap.1. S. 4. T. 1.
Charitas est finis vtriusque legis radix virtutum; ostenditur in sermone,&c. ibid. A.1.& 2.Charitas in proximos. c.4.S.4.A.3.
Eximia fidelium charitas inhæret animo.2.Tim.c.1.v.7.§.Sed,n.4.
Sola fides sine charitate non discernit hominem à dæmone iuxta August. 2.Timoth. 2.v.22.n.3.

Christus, Christiani.

Antiochiæ primùm discipuli vocati sunt Christiani.P.S. 14.
Christus vocatur Magnus Deus, cap.1, S.1.T.3.Electus Pontifex est, non ex tribu Leuitica, sed ex patris delegatione. c.1.S.8.n.3.
Christus spes nostra; in multis fuit: à Samsone præfiguratus,c.1.S.1.A.9.
Pax Christianorum,bellum est Satanæ. c.1.S.2.A.4.n.2.
Christus Pæonius medicus. cap. 1.S.5. T. 6.
Volùntas Christi;vt nullus intereat. c.2. S.2.A.3. ad fin.
Facilis aditus ad Deum per Christum mediatorem.c.2.S.3. T.2.
Christus quomodo sit mediator?cap.2. S.3.A.1.2.& 3.
Christus in cœlo est mediator.c.2. S.3. A.5. per totum.
Interpellat pro nobis, ostendens patri cicatrices,ibid.
Christianorum,tempore pestis, humanitas;contrà verò Gentilium barbara immanitas.c.5.S.2.A.11.
Christus, fauos post fella gustauit, 2. Tim.2.v.5.n.2.
Quàm arcto amore se complectantur Christiani?Ad Tit.c.1.S.4.A.1.
Christiani multi, cùm Christum fide colant,ad omne opus bonum torpescunt,Ad Tit.1.5.13.A.4. De amore, quo se Christus pro nobis obtulit morti?& quo pretio nos redemerit? Ad Tit.2.S.6.A.1.& 2.latè.De amore, quo se in cibum, & sanguinem in potum dederit;concio ferè integra. A. 3. Christi sacrificium pro peccatis.A.3.latè.

Circumcisio.

Pythagoras fuit circumcisus, c. 1. S. 5. T.16.n.17.

Conscientia.

Bona conscientia quid sit. Item de mala conscientia.c.1.S.4.A.3.
Pœnitentia reddit puram conscientiam. c.1.S.8.A.3.n.11.
Peccati stimulus in conscientia,ibidem n.13. & 14.
Simulatio est signum cauteriatæ conscientiæ.c.4.S.1.T.8.& A.5.
Conscientia bona, est vita sine vitiis, 2.Tim.c.1.v.3.n.8.

Confessio peccati,& contritio.

Confessio quid operetur? eius vtilitas & effectus verecundia illi est cótraria. Quo pacto à P. N. Ignatio vincebatur?c.1.S.6.A.2. per totum;Accusator fratrum est diabolus, etiam post mortem, præueniamus nunc, accusatione facta in confessione. 2.Tim.3.v.3.& 4.n.7.

Conuersio.

Pincerna Neronis conuertitur à Paulo, 2.Tim.4.v.16.n.4.

Consecratio.

Quis consecrauerit Paulum? P.S.14.§. Præmissa.
Consecratio clericorum, munus est Episcopi.c.3.S.1.A.1.n.45.
Ceremonia imponendi manus consecrandis.c.4.S.4. A.7.Paulus & Barnabas per manus impositionē con-

ſecrati. Epiſt. 1. ad Timoth. c. 1. v. 1. verbo Apoſt. Ieſu Chriſti. n. 2.

Corona, Præmium.

Corona olim, ſoli Deo gabatur. Pro floribus, ſpinis cum Chriſto coronemur. Coronæ fœminarũ capiti impoſitæ, ſunt negatio verecundiæ, 2. Tim. 2. v. 5. n. 2.

Corona iuſtitiæ iuſtis debita. Triplex corona. Chriſtus ſpineam coronam geſtauit, antequam rex gloriæ ſalutaretur. 2. Tim. 4. v. 8.

Præcedit tribulatio coronam Chriſti. Poſteriores gloriæ. ibidem. Coronam iuſtitiæ, vocat Paulus gratiam Dei. ibid. n. 4.

Optanda eſt, humanis titulis neglectis, corona iuſtitiæ, 2. Timot. 4. v. 8. A. 1. latè.

Cretenſes.

Cur relictus ſit Cretæ Titus? De Cretenſium preſbyteris; & virtutibus, quibus excellere debent. Ad Tit. c. 1. S. 5. & 6. & cùr Paulus cœlibem velit? S. 6. A. 4. De Cretenſium mendaciis, origene, fabulis, &c. Ad Tit. 1. S. 10. 11. latè.

Crux.

Hieruſalem vaſtata eſt à Coſdroa, & crux capta. c. 2. S. 1. A 4. n. 15.

Laudes crucis, & mortis Chriſti. Materia prædicationis eſt crux Chriſti, quæ orbem ſeruauit, in ea eluxit diuinitas. 2. Tim. c. 1. v. 8.

D

Dæmon, Diabolus.

Diabolus tortor excommunicatorum. c. 1. S. 8. T. 12. ad fin.

Quid ſit apud Paulum, iudicium diaboli? c. 3. S. 2. A. 1. ad fin.

Diabolus, vnde nomen habeat? cap. 3. S. 3. T. 16.

Diabolus, ſua ſanxit ieiunia. cap. 4. S. 1. A. 3. ad fin. Cum dæmonibus, & Energumenis quomodo agendum? c. 5. S. 3. A. 6. n. 1.

Diabolus, pædagogus eſt, vrgens impios ad vitia. 2. Tim. 3. v. 13.

Delectus ciborum.

Cibi creati ſunt, vt perciperentur à fidelibus, cum gratiarum actione, c. 4. S. 8. A. 8.

Sanctificatio ciborum. S. 2. A. 4.

Mundorum, immundorúmq; delectus qualis? c. 4. S. 2. A. 1.

Delectus ciborum qualis ante legem Moſis? ibid. A. 2.

De immunditia, & delectu ciborum. Omnia munda mundis, de benedictione, & lectione menſæ ad Tit. 1. S. 12. A. 1.

Deus Pater, Filius, Spiritus ſanctus.

Obiectum ſpei, Deus eſt, c. 1. S. 1. T. 4. Sacra Scriptura tribuit Deo humanos affectus. c. 1. S. 2. A. 3. n. 1.

Totus Deus bonus, dum pro bono omnia eſt. c. 7. S. 2. A. 3. n. 5.

Pater in diuinis, eſt primordialis deitas. c. 1. S. 2. A. 5.

Cur Deus dicatur ſolus ſapiens. c. 1. S. 7. T. 12.

Quomodo verum ſit viſum Deum à Iacobo facie ad faciẽ, & quod Paulus ait; Quem nemo hominũ vidit c. 1. S. 7. A. 5.

Deo quomodo fruamur in hac vita? c. 1. S. 7. A. 6. n. 17.

Deus, vult omnes homines ſaluos fieri, variæ interpretationes adducuntur; agitur de voluntate ſigni & beneplaciti, & de tota materia. c. 2. S. 1. A. 2. & 3.

Deus in omni loco colendus, & orandus.

dus. c.2.S.4.T.1.
Varij modi cõsulendi Deum apud Hebræos.c.4.S.1.A.1.
Deus quomodo dicatur Saluator præsertim fidelium.c.4.S.5.A.6.
Deus lucem tãquam domum suam habitat.c.6.S.3.T.13.
Deus visus est in imagine, non in natura.ibid.T.14.
De magnificis titulis, quibus Apost. Deum afficit.c.6.S.3.A.4.
De luce Dei inaccessibili.A.3. Cur videri nequeat? A.6.
Mentiri Deus non potest, nec alia quędam,quæ dedecent,quia omnipotés est.2.Tim.2.v.12.& 13.

Diaconi,Diaconissæ.

Diaconi dispensabant olm sanguinem. c.3.S.3.T.2.
Cõfertur gratia diaconis.c.3.S.3.T.10. Quales esse debent.ibid.
De ministerio 7.diaconorũ. cap.3.S.3. A.2.latè. Potest diaconus Euangelizare.ibid.n.3.
Diaconorum fidelitas ibid.A.3. debent alieni esse à mendacio. ibidem. Diaconissæ. A.4.

Diuitiæ.

Diuitiæ instar cameli reddunt possessores, nisi illi humiles sint. Diuitiarum vermis, superbia. c.6.S 4.A.1. Deus suppeditat, quę necessaria sũt; & cur diuitiæ non sint communes? cap. 6. S. 4. A. 3.

Diuites.

Diuites ,pauperes premunt labore & tributis. Diuitiæ sunt, onera voluntaria.c.6.S.2.A.4.
Sitis diuitiarum, sanatur purgatione, non expletione ibid. veræ diuitiæ non sunt in hoc seculo. cap. 6. S. 4. T. 1.
Diuitiarum , homines solùm habent vsum,non dominium. ibidem. T.6. Diuitibus præcipitur non sublime sapere, & de bono vsu diuitiarum. c.6. S.4. A.1.

Doctor.

Reprehenduntur à D. Petro , & Iuda Apost. qui non annuntiant sanam doctrinã similes Balaam, Cain, &c. Ad Tit.2.S.1.A.1.Quæ doctrina dicenda sit sana? A.2.

Doctrina,Disputatio.

Finis hæreticæ disputationis est superbia.c.1.S.3.A.7.n.3.
Doctrina, & veritas in pectore summi sacerdotis.c.2.S.3.T.7.
Collegia,& scholæ Elisæi in Hiericho. c.3.S.3.T.12.
Hæreticam doctrinam permittit Deus; cur ita?c.4.S.1.A.1.
Qua modestia tradi debet sacra doctrina?c.4.S.2.A.5.
Autoritas docendi ab anno 30.c.4.S.4. A.1.n.3.
Conseruanda est sana doctrina , eíque acquiescendum.c.6.S.1.A.3.
Thesaurus sacræ doctrinæ, est penes Episcopos.2.Tim.c.1.v.14.n.5.
Phigellus, & Hermogenes audiebant Paulum , vt calumniarentur illius doctrinam.2.Tim.c.1.v.15.
Officium doctoris Christiani: eloquia diuina sublimiora , inter imperitos, non proferenda. 2.Tim.2.v.2.n.4.
Maligna professio est , quæ sibi proponit pro omnibus , vel contra omnia dicere. Altercationes inutiles , cum hæreticis non est disputandum , nisi raro,2.Tim.2.v.14.
Inter Dei seruos collatio sit, non altercatio. Adulterare verbum Dei, quid sit?2.Tim.2.v.15.
Semper est nobis discendum, quandiu viuimus.2.Tim.3.v.7.

Symbo

Symbolum Apoſtolorum ſignum eſt nobis communis fidei, ad Tit. 1. S. 4. A. 2. n. 5.

E

Eccleſia.

Regimen Eccleſiæ, dicitur ſacer principatus. P. S. 8. §. Eccl..

Cur dicatur Eccleſia columna, & firmamentum veritatis? c. 3. S. 4. Cur lunæ comparetur? A. 3.

Qui ſint veri illius filij: ibid. Ieiunium Eccleſiæ, c. 4. S. 1. A. 7.

Pauperes & captiui auro Eccleſiæ iuuandi. c. 4. S. 3. A. 3.

Vexillum Synagogæ, præfert timorem: Eccleſiæ, amorem, & charitatem. 2. Tim. c. 1. v. 7 §. Sed. n. 2. Hæreſes permittit Deus in Eccleſia ad metitum iuſtorum; vt palea à frumento diſtinguatur. 2. Tim. 2. v. 18.

Magna domus eſt Eccleſia, in qua ſunt vaſa in honorem & in contumeliam. 2. Tim. 2. v. 20. An mali pertineant ad Eccleſ. ibid. in Annot.

Boni, ſoli nuſquam ſunt, niſi in cœlo. Mali ſoli, niſi in inferno: Eccleſia, vtroſque recipit. 2. Tim. 2. v. 20. in Annot.

Paulus, è vinculis miſit Tychicum Epheſum, vt dum Timotheus Epiſcopus abeſſet, curam Eccleſiæ gereret. Paulus gerebat curã omnium Eccleſiarum: quò vinctus non poterat, literis, & diſcipulis ibat. 2. Tim. 4. v. 11. & 12.

Sciſo velo, Eccleſia noua vela ſuſpendit. Ad Titum. P. S. 4. n. 3.

Educatio filiorum.

Aperta eſt mulieribus cœli ianua per rectam filiorum educationem. c. 2. S. 5. A. 7. per totum.

Illis ſpem Paulus tribuit ſalutis ſi rectè educauerit filios. ibid. A. 8.

Exhortatio ad rectam educationem filiorum. ibid. n. 3.

Filij tradendi Deo. Matèr offerens filium Deo, ſuorum viſcerum eſt immolatrix. Iob rectè educauit filios. c. 2. S. 5. A. 9.

Magna vis honeſtę, & piæ educationis. cap. 4. S. 2. A. 5.

Educatio Moſis optima ex Philone. c. 4. S. 2. A. 6. n. 1.

Ciconia, typus eſt pietatis filiorum erga parentes. c. 5. S. 1. T. 12.

Iudæorum educatio, à ſacris literis incipit. 2. Tim. 3. v. 14. n. 5.

Quantùm in vtranque partem valeat, filiorum inſtitutio, & familiæ Epiſcopi exemplum? 1. Timoth. 3. S. 1. A. 27.

Eleemoſyna.

Eleemoſyna cordis eſt, orare pro inimicis. c. 2. S. 1. A. 30. 12. & 13.

Eleemoſynæ laus. c. 2. S. 3. T. 7.

Sola Eleemoſyna neglecta, nocuit ſatuis virginibus. 2. Tim. 2. v. 26. n. 8.

Beneficentiæ, & eleemoſynę commendatio. ibid.

Eleemoſyna Chriſtianæ charitatis inſigne; ſcelerum, medicina, &c. Ad Tit. 3. S. 7. A. 1.

Electio.

Electio D. Matthiæ. cap. 1. S. 8. num. 3. Ad Magiſtratus Eccleſiæ requiritur electio dignioris. c. 1. S. 1. n. 3. cur requiratur? ibid.

Nullum Deus elegit dignum, ſed eligendo efficit. c. 1. S. 5. A. 1.

Electiones Epiſcoporum, & ſacerdotum, dininitus olim approbatæ fuere? c. 1. S. 8. T. 4.

Columba apparuit ſupra caput ſancti Fabiani electi. c. 1. S. 8. T. 3.

De electione 7. diaconorũ facta Act. 6. agitur c. 3. S. 3. A. 1.

Elias.

Petrus Dominus putat eundem esse Eliam, qui Phinees; cui Deus vitam arenosam contulerit, hoc est 620. annorum; quod mœchis mortē intulerit. c.3. S.1. A.17. ad fin.

Episcopus.

Episcopi extra suas Eccl. nihil iurisd. habent. P.S.9. ad fin.

Omnis iurisdictio Episcoporum à PP. dependet. P.S.10.

Paulus, & cæteri Apostoli, à quo fuerint in Episcopos consecrati. P.S.11.

Ordinem Episcopalem Apostoli à Petro, vel de illius consensu per alios receperunt. P.S.13.

A.D. Petro, Iacobo, & Ioanne, fuit in Episcopum consecratus Iacobus frater Domini. P.S.13.§. Porro.

Paulus promotus non est ad Episcopatum limitatum, sed totius orbis, vt cæteri Apostoli. P.S. 14.§. Leo Mag.

Episcopus debet habere præfixas horas, & dies orationibus, negotiis, & sacrificiis exemplo Samuelis. c.1. S.1. ad finem silentij horæ scire debent; ne Episcopus interpelletur in illis. ibidem.

Pascere oues verbo, Sacramentis, &c. est officium Episcopi. c.1. S.3. A.1.

Episcopi residentia ducitur 1. charitas. ibid. n.11.

Episcopus, doctor Theologus fere debet esse. c.1. S.3. A.3. n.3.

Episcopi iudices sunt hæreticorum ordinarij. ibid. n.5.

Episcopus, pro omnibus orare debet. c.2. S.1. A.8. n.28.

Explicatur illud, si quis episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. c.3. S.1. T.2. &c. debet Episcop. esse irreprehēsibilis, vnius vxoris vir, sobrius prudens, ornatus, pudicus, hospitalis: non vinolentus, &c. ibid. à T.5. vsque ad 20.

Episcopatus nomen, laborem magis, quàm dignitatem significat. c.3. S.1. A.2. latè.

Quonam sensu laudet Apostolus Episcopatus desiderium? c.3. S.1. A.3.

Greg. Naz. laudabiliter ad Episcopatum se obtulit. ibid. n.6.

Peccatum conniuentiæ in Episcopis, est Satan. ibid. n.7.

Grauis reprehensio eorum qui ex verbis Apostoli, sumpserunt occasionem ambiendi Episcopatum. c.3. S.1. A.4. latè.

Nemo sapiens, lætus admittit Episcopatum, exemplo Nazianzeni. ibid. D. Athanasius, typus boni Episcopi. c.3. S.1. A.1. n.1.

Expenduntur accuratè virtutes, quas Apost. requirit in Episcopo; & vitia, quę ab illo remouet. c.3. S.1. a.6. A.5. vsque ad A.17.

Non debet esse Neophytus. c.3. S.2. T.1.

Quibus vitiis carere debet, & quibus dotibus ornari. c.3. S.2. A.1.

Cur D. Ambr. sit ordinatus Episc. adhuc Neophytus? c.3. S.2. A.1.

Episcopus aliquid contra superbos supra hominem præsumat, & Athanasium imitetur. c.3. S.3. A.2.

Cur mitra bicornis? c.4. S.4. T.7.

Episcopi expendant opes in veros pauperes. c.1. S.3. A.3.

Episcopus non damnandus, nisi à 72. testibus. c.5. S.3. A.1. n.4.

Constantinus, non est passus Episcoporum peccata euulgari. ibid. n.1.

Adiuratio facta prælatis à Paulo in Timotheo. c.6. S.3. A.1. n.4.

Gratia peculiaris confertur Episc. & sacerd. 2. Tim. c.1. v.7. n.3.

Quilibet Episcop. est custos sacri depositi, id est fidei cum charitate coniunctæ. 2. Tim. c.1. v.14.

Episcopus debet esse paratus ad docendum,& discendum, Cypt. 2.Tim.2. v.25.
Episcop. debet aduersari vitia. 2. Tim. 3.v.5.n.3.
Quid Paulo respondebunt negligentes in prædicando Episcopi,quãdo cum Christo iudicabit? 2.Tim.4.v.1.
Explicantur illa verba: Tu verò vigila; ministerium tuum imple, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ. 2.Tim.4.v.5. A.1.2.& 3.
Reperuntur Episcopi virtutes, quibus ornari debet,& vitia à quibus debet abhorrere. Ad Titum c.1. S.7. & 8. latè de scientia & prudentia Episcopi,vt potens sit exhortari. Ad Tit.1. S.8.A.2.& 3.
Episcopi Conimbricẽs. laudatur à sum. Pont. Ad Tit.S.7.A.3.ad fin.
Episcopi minoribus oppidis non sunt constituendi, sed minores presbyteri. Ad Tit.1.S.5.A.1.& 2.
Episcoporum est fidelium litigiis præesse,& eorum sedare controuersias. Ad Tit.2.S.7.A.4.
Debet prælatus, sibi illatam iniuriam non facilè cõdonare. Multa nescíat, plurima dissimulet, sit grauis, sed nõ austerus. 1.Tim.3.S. 1. A.16. prope finem.
Boni Episcopi, qualis familia? ibidem ad fin.

Epistola.

Epistolæ Pauli efflant sapientiam. P. S. 1.
Numerus,& vtilitas epistolarum Noui Testamenti. P.S.1.
Cum Iudæis, cur non egerit Deus per epist. P.S.1.
Isidorus Pelusiota 10. Chiliadas epist. scripsit. P.S.1.§.4.
Epist. ad Hebr. Paulina est; non verò ad Laodicenses. P.S.3.
Epist. Pauli ex vinculis scriptæ redolet maiorem charitatem. P.S.5.
Diuisio cuiusque epist. qualis? cur propria manu scripserit ad Gal.c.1.S.1. A.2.
Propria manu scripsit ad Timot. & Titum, ibid.
Tres Pauli epistolæ Pontificiæ. 2. ad Tim. epist. P.S.4.
Cur epist. ad Hebr. nomen Pauli non præferat, 2. ad Tim.c.1.v.1.n.1.
De Canonica autoritate epist. ad Titũ, agitur in præf. ciusdem epist. S.1. ibidem de vtilitate. S.2.
Epist. ad Titum, quam cõtineat doctrinam? Ad Titum. P.S.3.
Qua occasione scripserit ad Titũ Paulus? Ad Tit. P.S.5.
Quo anno & loco scripserit ad Titum? ibid. S.6.
Argumentum eiusdem epist. ibid.
Epist. ad Titum absoluitur apprecatione diuinæ gratiæ. Ad Tit.3.S.7. A.2. num.10.

Eua.

De primo Euæ peccato, & illius circũstantiis. c.2.S.5.A.6. latè.
Adami & Euæ peccatum fuit superbia. ibid.
Adã,& Eua Christi merito adepti sunt salutem, ibid. A.7.

Euangelium.

Doctrina Euangelica, sana est; contraria verò ægra, cancer, fermentũ corrupens. c.1.S.5.T.16.
Quid sit Euangel. gloriæ beati Dei? c.1. S.5.A.4.n.18.&c.
Hæretici non Euangelio, sed sibi credunt. c.6.S.1.T.13.
Euangelium æternum cùm sit, cur aliquando dicitur nouum? c.6.S.4.A.6. num.6.
Euangelij liber sanat morbos. Quid sit Euangelium? 2.Timoth. cap.1. v.10. n.7.& 8.

Paulus viua voce prædicauit Euangelium: de illo loquitur, quasi à se dictatum sit. 2. Tim. 2. v. 8. n. 3. & 4.

Eucharistia.

Eucharistiæ oblatio; postulat præparationem, & puritatem. Ei, qui interfunt mundi sint exemplo Iacob, & Iob. c. 2. S. 1. A. 1. n. 2. & 3.
Vis sacrificij Eucharistici, & orationis. c. 2. S. 1. A. 1. n. 6.
Ecclesia orat pro infidelibus, non tamen sacrificium offert. c. 2. S. 1. A. 9.
Silentium sumenti Euch. conueniens. c. 2. S. 4. A. 3. n. 3.
Eucharistiæ mysterium miraculis manifestatum. c. 3. S. 4. A. 11.

Excommunicatio.

Excommunicati traduntur Satanæ. c. 1. S. 8. T. 11.
Pœna cõtemnentis excommunicationem. ibid.
Pœna excommunicationis; qua tradebantur rebelles Satanæ, tãquam tortori, habes cap. 1. S. 8. A. 3. Arreptij. ibid.
Multa de excommunicatione habes, ibid. A. 5.
Prælati, non nisi coacti excommunicent.
Fœminæ duæ excommunicatæ. An liceat orare pro excommunicatis. c. 2. S. 1. A. 7. per totum.

Exemplum bonorum operum.

Exempla conuersionis Sanctorum, Augustinum permouerunt. cap. 1. S. 7. T. 8.
Magna vis est exempli in vtranq; partem. c. 4. S. 4. A. 2. latè.
De exemplo, quo bonus pastor iuuare debet Christi gregem. 2. Tim. 4. v. 7. A. 1.
Exemplo præire debent subditis prælati. Ad Tit. 2. S. 3. A. 1. latè.
Integritas prælatis necessaria. A. 2.
Fuerunt vtiles Reip. prælati; qui subditos iuuarunt exemplo, & de exemplo Christi. ibi. A. 3.

Exhortatio.

Attendere sibi quisque primum debet; deinde exhortari alios. c. 4. S. 4. A. 9. latè, & pulchrè.

Ezechias.

Recordatur moriturus bona opera quę fecerat. Ob duas causas viuere optabat. 2. Tim. 4. v. 7. n. 7.

F

Fabula.

Vtrùm omnes fabulæ à sacra doctrina sint reiiciendæ: Quatenus illis vtendum. c. 4. S. 3. A. 1.
De fabulis Iudaicis, & triplici Iudæorum genere. Ad Tit. 1. S. 11. A. 3.

Familia, Domestici.

Cura domesticorum neglecta, est infidelitas. c. 5. S. 2. T. 2.
Familiæ recta institutio. cap. 5. S. 2. T. 24.
Docendi sunt domestici Deum colere. ibidem.
Domesticis curanda sunt præsidia animi, & corporis. cap. 5. S. 2. A. 1.
Domesticorum curam natura indidit. Eorum mores pernoscendi. ibid. à n. 3. vsque ad fin.
Paulus familiaribus parcit, licèt durè in ipsum peccarint. 2. Timot. 4. v. 16. n. 4. 22.
Domesticæ rei gubernatio, quàm necessaria? non tamen plus æstimari debent temporalia, quàm spiritualia. 1. Tim. 3. S. 1. A. 7. n. 8.

Fœminæ, vide Mulier.

Reprehenditur in fœminis ornatus nimius, & fucus latè, cap. 1. S. 5. A. 3. num. 28. Mulier diaboli ianua. cap. 2. S. 5. T. 6.

Fœminæ raro domo exeant. cap. 2. S. 4. A. 2. n. 9.

In Ecclesia mulieres loqui prohibentur. cap. 2. S. 5. T. 1. Idque vniuersim, A. 1.

Semel docuit mulier, & cuncta euertit. ibid. n. 3.

Qua circunspectione agèdum est cum fœminis, præsertim adolescentulis. c. 5. S. 1. A. 1.

Onere peccati pressæ quædam mulierculæ secutæ sunt Simonem Magum, Nicolaum, & Marcionum. 2. Tim. 3. v. 7. n. 2. & 3.

Fides.

Vbi fides est, quæstio non est. c. 1. S. 3. A. 8. n. 3. multa hîc de fide, quæ non eget experimento.

Qui nam potissimùm discedant à fide. c. 4 S. 1. A. 3.

Fides non est ficta cum charitate coniuncta. 2. Tim. c. 1. v. 5. n. 9.

Quam certitudinem habuerit Paulus de fide Timothei. 2. Timot. ibid. v. 6. certus.

Fides coram multis prædicanda. 2. Tim. 2. n. 2.

An fides maneat in dæmonibus, & damnatis, non solùm habitu, vt multi putant, sed etiam quoad aliquos actus. Ad Tit. 1. S. 15. A. 2.

Fortitudo siue constantia.

Iusti fortes sunt, & constantes: impiorum felicitas arescit, vt fœnum. 2. Timoth. 3. v. 14. Fortitudine augetur virtus & gratia, 2. Tim. 4. v. 22. vide patientia, &c.

G

Genealogia.

Genealogiarũ cognitio tribus de causis olim fuit vtilis. c. 1. S 3. A. 6. n. 2. nunc ferè inutilis, & fabulis vitiata ob Iudæorum figmenta, & quæstiones inanes. c. 1. S. 3. A. 6.

Gratia, Iustificatio.

Christus nobis meruit primam gratiam. c. 1. S. 6. A. 1. n. 2.

Cur Apostolus gratiam omnibus & præsertim iis, ad quos scribit, precetur; cap. 6. S. 4. A. 9. In Enoch & Elia.

Fulgor diuinæ gratiæ mirè eluxit. c. 6. S. 4. A. 8. n. 2.

Gratia est donum Dei in anima. Pax sequitur gratiam. 2. Tim. c. 1. v. 2. verb. Gratia, &c. latè.

Promptitudo & deuotio excitat gratiã. Ad Tim. 2. c. 1. v. 6.

Bene vti gratia Dei, quàm vtile sit? ibidem.

Fit mentio diuinæ gratiæ, quoties Deus aliquid præcipit impar nostris viribus. Hæc præstò est piè laborãtibus. 2. Tim. c. 1. v. 8. §. Sed.

Nemo suis viribus fortis est, sed Dei gratia. v. 9. ibid.

Non attribui meritis vocationis, aut iustific. gratiam. ibid. n. 5.

Non datur determinatio physica in iustificatione peccatoris. Est tamẽ voluntas pedissequa gratiæ iuxta Aug. 2. Tim. 2. v. 5. n. 2.

Peccatores, gratia educit de sepulchro. 2. Tim. 2. v. 26. n. 10.

Quomodo gratia Dei sit vita æterna? 2. Tim. 4. v. 8. A. 2.

Sibi Apostolus, & iis, quos salutat precatur gratiam. 2. Tim. 4. v. 22.

De renouatione, quæ fit per gratiam. Ad Tit. 3. S. 3. A. 7.

Iustificari gratia Christi, idem est, quod renouari. Quid sit iustificari; & quomodo operetur Deus in nobis iustificationem? Ad Tit. 3. S. 3. A. 8.

Gratiarum actio.

Gratiarum actio in mensa. c. 4. S. 1. A. 8. Benedictio mensæ ibid.

Mos sanctorum est, cùm se à malis ereptos vident, nō sibi, sed Deo gratias agēres, tribuere victoriam. 2. Tim. 4. v. 18. A. 2.

Gratitudo, & Ingratitudo.

Gratitudinis exemplum. cap. 1. S. 5. A. 3. n. 27.

H

Hæresis.

Qui pertinaciter alicui sectæ contra definitiones fidei adhæret, hæreticus est, de admonitione hæreticis vna vel altera adhibenda. Ad Tit. 3. S. 5. A. 2.

Vitanda sunt colloquia, & libri hæreses continentes. A. 3.

Hæresum assertores, sunt somniatores: Abuntur verbis Scripturę: turbant omnia. Ad Tit. 3. S. 5. A. 4. n. 20.

Hæretici.

Hæretici prauè interpretantur Paulum. P. S. 6. 5. illud.

Lutheri audacia, in reiiciendis sacris libris, vide Argum.

Denuntiandi sunt hæretici. cap. 5. S. 3. A. 3. num. 2. Sunt scorpionibus similes. ibidem.

Eorum errores supprimendi sunt. c. 1. S. 3. A. 5.

Hæretici vitandi. c. 1. S. 3. A. 5. n. 5.

Hæretici montes sunt naufragosi. c. 1. S. 8. T. 9. ibidem; de famosis hæresiarchis, & turpi vita præcedenti hæreses.

Hæreticorum mos, nouitios promouere. c. 3. S. 2. A. 1.

Omnis hæretica doctrina ex diabolo est. c. 4. S. 1. T. 5.

Hæretici pietate ad lucrum abuntur, sermo eorum cancer. cap. 6. S. 1. T. 12. &c.

Hæretici contumaces occidendi sunt onagris similes. c. 6. S. 1. A. 3.

Hæreticorum libri, & sermo vitandus. 2. Tim. 2. v. 16.

Eorum doctrina cōparatur lepræ, cancro, &c. ibid. Non esse cum hæreticis contendendum, imò nec agendum. Ad Tit. 3. S. 4. A. 3.

Recentiores hæretici, qui annales scripserunt, mendaciis moliti sunt veritatem offuscare. Ad Tit. c. 3. S. 5. A. 3. num. 16.

D. Hieronymus.

D. Hieronymus accommodat hæreticis illud Isaiæ; Væ terræ cymbalo alarum: & illud Hieremiæ, Perdix congregauit, quæ non peperit. 2. Tim. 3. v. 9. num. 5.

Homo, Homicidium.

Homo, Dei sigillum est. cap. 1. S. 5. T. 9. homicidij detestatio. ibid.

Homo, & peccator, duo nomina sunt, ex Aug. c. 2. S. 1. A. 3. n. 11.

Homo, affectibus vitiosis in belluam conuertitur. c. 3. S. 2. A. 2.

Homines Dei, & homines diuini dicuntur, qui peculiariter cultui diuino addicti sunt. 2. Tim. 3. v. 17.

Homines perfecti, & quasi quadrati nō cadunt. ibid. Per viuos, & mortuos intelligit Chrysost. iustos & peccatores. 2. Timot. 4. v. 1. Humanitatis exempla. 2. Tim. 4. v. 18. A. 1. n. 5.

Honor, Honorare.

Ambitio honoris & magistratuum. c. 1. S. 1. n. 3.

Honorare,est venerari, & benefacere. c.5.S.1.T.7.
Ignominia pro Christo, gloria est; mundi autem honor,est ignominia, exemplo Pauli & Neronis Imp. 2.Tim.2.v.10.n.3.

Hospes,Hospitium.

Domus Episcopi est commune hospitium,commendatur sancti Iob, hospitalitas.c.3.S.1.T.11.
Hospites recipiendi;vt Christus.cap.5. S.2.A.4.n.2.
Hospitalitatis à Deo remuneratæ exempla.c.5.S.2.A.3.
Abluendi pedes hospitibus. cap.5.S.3. A.4.

Humilitas.

Humilitas Pauli vocantis se, primum peccatorum.c.1.5.T.5.
Paulus,Elisæus, & alij viri sancti, licèt prophetæ essent, multa ignorabant, Deo id permittente ne superbirent. c.3.S.3.A.1.
A te, tua consideratio inchoet; multa hîc de humilitate & cognitione sui. c.4.S.4.A.4.n.6.
Humilitas & modestia, in disputando laudabiles.c.6.S.1.A.4.n.5.
Laudatur etiam silentium, & ordo in proponendo,ibid.

Hypocrita,Hypocrisis.

Quinam fictè Deo seruiunt? Hypocritæ in bono opere gloriam quærunt. c.1.S.4.A.3.n.6.
Pharisæi hypocritæ erant. c.1.S.4.A.4. multa ibidem de hypocr.
Phylacteria Pharisæorum quid? cap.1. S.4.A.6.n.2.
Quid sit in hypocrisi loqui mendacium. c.4.S.1.A.4.
Omnis hæreticus, hypocrita est, ibid. detestatio hypocrisis,ibid.
Manichæi hypocritæ atte quadam pallidi sanctitatem laudabant, & turpiter viuebant.2.Tim.3.v.6.n.1.

I

Ieiunium.

Cur ieiunium indicatur ab Ecclesia temporibus ordinationum? P.S.14. §. Hinc,&c. laus ieiunij. cap.4. S.1. A.7.
Ieiunij laus.c.1.S.8.A.2.n.5. Vtilitas, ibid.n.8.
Tempore Origenis 4.& 6.feria ieiunabant fideles.c.4.S.1.A.7.
Ieiunij hora, & oratio mira obtinent à Deo.c.4.S.2.A.1.n.3.& 4.
Ieiunium cum pietate coniuncti laus; c.4.S.3.A.3.

Iesus, Saluator.

Amor Christi in causa est, cur toties Iesu nomen à Paulo repetatur. Hoc nomen Christo, magno constitit. Est oleum effusum adoratum à Iacob in summitate virgæ. cap.1. S.1. A.7.copiosè.
Explicantur illa verba: Apparuit benignitas,& humanitas Saluatoris, &c. & quid sit lauacrum regenerationis ad Tit.3.S.3.A.1.
Aduentum Saluatoris Dei in mundum, non præcessit meritum, ibid.n.6.
Aduentu Saluatoris allata fuit mundo omni supplicio digno gratia, & misericordia.Ad Tit.3.S.3.A.2.
Extollit laudibus Bern. manifestatam Saluatoris humanitatem,cum benignitate coniunctam. A.3. Saluator hominem recedentem à se metu; amore traxit.ibid.n.12.
Explicatur locus Zach.9. & Matth.21. de Rege mansueto,hoc est de Christo ingrediente Hierusalem humili cultu, & humano. Ad Tit. 3. S. 3. A. 4.

Imitatio.

Imitari oportet Deum, in conferendis beneficiis, iis, qui ei seruiunt. Imitari etiam decet dum Deo seruimus, famulorum obsequia erga dominos. c.6.S.1.A.2.n.4.

Christus imitandus in agone Christiano.c.6.S.3.A.1.n.2.

Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. ibid.n.2.

Tolerantia magistri excitat discipulum ad imitationem.2.Tim.c.2.v.1.

Timotheus expressit imitatione, virtutes Pauli.2.Tim.3.v.10.

De imitatione amoris, & passionis Christi: sermo.Ad Tit.2.S.6.A.5.

Idololatria, Idololatræ.

A Iudæis, lapides vocabantur Gentiles, quia colebant idola, & imagines lapideas.c.1.S.6.A.4.ad fin.

Aureum caput asini à Iudæis adoratū. c.4.S.3.A.5.n.5.

Iephthe.

Non excludit August. Iephthe à numero sanctorum, licèt damnet illius & votum, & adimpletionem.

Error Iephthe habet aliquam laudem fidei: potest excusari à culpa, si Deo inspirante, vouit. 2.Timoth. 4.v.6. n.3.4. &c.

Incarnatio verbi diuini.

Filius Dei, etiamsi nullum esset peccatum, iuxta Patrum grauissimorum sententiam, assumpturus erat naturam humanam.c.1.S.7.A.1.

Cur verbi diuini Incarnatio pietatis Sacramentum sit?c.3.S.4.A.4.

De manifestatione in carne: iustificatione in spiritu, reuelatione facta Angelis; prædicatione; acceptatione, & gloria.c.3.S.4.A.5. 6.7. vsque ad 11.vbi contra Iudæos inuenies multa notatu digna.

Ioseph.

Ioseph castitatis exemplum; Angelus effecit, ne ei cibus incantatus noceret.c.3.S.1.A.7.n.10.

Iudæi, Iudaizantes.

Iudæi terra marique D. Paulum persequebantur.P.S.1.§.4.

Iudæorum genealogiæ interminatæ. c.1.S.3.T.9.

Concil. primum Apostolorum contra Iudaizantes.c.1.S.3.A.5.n.7.

Captiuitas Iudæorum vtilis fuit Gentilibus.c.2.S.1.A.9.n.30.

Iudaicæ obseruationes, & fabulæ. c.4. S.3.T.2.

Iudaizantium corrupti mores, & doctrina.Ad Tit.1.S.9.A.4.

Iurisdictio.

Omnis iurisdictio, quæ in Episcopis & aliis prælatis existit, à summo Pontifice Dei vicario deriuatur.P.S.12.

Ira, furor, zelus.

Irascuntur sancti, & imprecantur mala, non sub ratione mali, sed iustitiæ. 2.Tim.4.v.16.n.6.

Irascuntur viri primarij, quoties compelluntur cum ignobilibus contendere.ibid.n.8.

Quàm aliena debet esse ab iis qui præsunt ira?Ad Tit.1.S.7.A.2.

De Ira, sanctus Ephræm, agit eleganter. Ad Tit.3.S.1.A.5.n.6.

Iustitia.

Iustitiæ nomine intelligunt doctores sacri, omnem virtutum ad salutem necessariam.2.Tim.2.v.22.

De corona iustitiæ in morte reddenda. 2.Tim.4.v.8.A.2.

Iudex, Iudicium.

Examen præmittendum est ante Iudicium. Præcipitatio in sententia ferenda multum nocet. Quid sit præiudicium. c.5.S.3.A.7.

Iudices olim curru ciuitatem perlustrabant, vt sine labore, audire possent litigantes. Iudex est tàquam lex animata. c.5.S.3.A.7.

Animaspus Iudicis typus. c.5.S.4.T.4.

Iudex inter cor & linguam sedeat. c.6. S.4.A.8.n.5.

Dies iudicij timendus. 2. Timoth. c.1. v.17.n.3.

Deus peccata Sodomorum non puniuit audita, sed visa. Visus potius, quàm auditus, testis adhibendus. 2.Tim.4.v.2.n.8.

Iudicij magni dies.

Iudicij magni dies bonis optandus. c.6. S.3.T.8.

De vtilitate, quæ percipitur excogitatione iudicij. Item qualis Christus aduenie? c.5.S.3.A.3. latè.

Cur differatur iudicij dies? ibid. A.4.

Quid sentiat Chrysost. de die iudicij. Timore dici illius. In eo non remittere vllum peccatum. 2.Timoth.c.1. v.17.

Quomodo Deus dicatur pater misericordiarum, cùm sit iudex futurus in illa die tremenda? ibid.n.3.

In fine mundi homines pessimi erunt. Cyprianus putat, suo tempore, ad impleta signa antecessora iudicium. 2. Tim.3.v.1.

Antichristi tribulatio. Imago eius loquetur. Persuadebit fallitatem largitione, suppliciis, & signis. Gog, & Magog obedient Antichristo; ibid. & in duabus Annot. Quales erunt homines in fine mundi? sui amantes, blasphemi, cupidi, superbi. ibid. n.2. latè.

Christi aduentus secundus in gloria. Qui diligunt Christum, diligunt aduentus eius. 2.Tim.4.v.1.n.4.

Iuuentus, Iuuenis.

Non est iuuenis idoneus auditor moralis doctrinæ ob passiones animi. Senes abhorrere debent à iuuenilibus desiderijs. 2.Tim.2.v.22.

Iuramentum.

De consuetudine iurandi, & pœna iurantis. c.1.S.5.T.14.

Modus iurandi D.Pauli. c.2.S.3.T.5.

Discrimen inter iuramentum, & adiurationem. c.5.S.3.A.6.n.1.

L

Labor, siue exercitatio pia.

Commendatur exercitatio ad pietatem. c.4.S.3.A.2.

Contemplationi iungenda est exercitatio. c.4.S.3.A.2.

Vincunt tentationes, qui ex charitate seruiunt ægrotis. c.4.S.3.A.2.

Labor pius debet sponte susciPi. cap.4. S.3.A.2.

Castigatio corporis. Actio virtutis. ibi. num.6.

Corporalis exercitatio, quomodo parùm vtilis? ibid.A.3.

Præcedit vnionem cum Deo, actio studiosa. c.6.S.2.A.5.n.10.

Adiuuandi sunt boni laboribus, ne deficiant. 2.Tim.c.1.v.16.

Christianus est miles Christi, vtitur armis spiritalibus, cótra delitias. Agonóthetes Deus. 2.Tim.2.v.3.

Lacrymæ.

Lacrymæ Esau, non proueniebant ex vera pœnitentia. c.1.S.5.T.7.

Lacrymæ puritatis sunt cooperatrices. c.2.S.1.A.4.

Paulus amauit Timoth. ob lacrymas. 2.Tim.c.1.v.4.

Liber.

Comburuntur Ephesi libri curiosa sectantium. c. 1. S. 3. n. 5.
Liber, qui inscribitur sortes Apostolorum reiicitur. c. 1. S. 8. A. 1. n. 2.
Libri aliqui apud Hebræos, adolescentibus interdicti sunt. 4. c. 2. S. 1. A. 2. ad fin.
Libri hæreticorum discerpuntur iussu Theodosij. c. 6. S. 4. A. 7. n. 8.
Lectio librorum, & labor necessarius religiosis. 2. ad Tim. 4. n. 13.
Libri Gentilium nocent. Ad Tit. 1. S. 9. A. 3. n. 5.
E Gentilium libris Paulus aliqua sumit vtiliter. Ad Tit. 1. S. 10. A. 3.
Hæreticorum libri iam olim comburi iussi sunt, & aliquando sub pœna capitis. Ad Tit. 3. S. 5. A. 3. n. 15.

Lingua, locutio siue sermo.

Explicantur locutiones aliquot D. Pauli. P. S. 7. per totum.
Paulus imperitus sermone, sed non scientia: à barbaris dictus est Mercurius. P. S. 7. ad fin.
Obscuritas Pauli vnde proueniat? c. 1. S. 3. T. 1.
Bilingues, tres nationes olim habitæ. c. 3. S. 3. T. 4.
Rixosa loquacitas, vituperatur. c. 6. S. 1. A. 4.
Quantùm noceat loquacitas? eam multa mala sequuntur. c. 6. S. 1. A. 6. latè.

M

Magia, & Magus.

Simon Magus Romæ erigit statuam, vt adoretur. Error illius circa Angelos, in arg. ad finem.
Magia Ephesi à D. Paulo sublata. cap. 1. S. 3. T. 5.
Opposuerunt se duo magi, Ioannes, & Mambres Mosi: quibus similes sunt, qui resistunt veritati. 2. Tim. 3. v. 8. n. 1.

Maledictio, & Maledicere.

Sibi nocet, qui aliis malum imprecatur. c. 2. S. 1. A. 3. ad fin.
Omnis maledictio, & blasphemia, aliena est à Christi schola. Tribus ignobiles constitutæ sunt à Mose ad maledicendum: nobiles ad benedicendum in Garizin. Ad Tit. 3. S. 1. A. 5. ad fin.

Mandata lex, &c.

Quæ sint minima mandata, & de obseruatione mandatorum: & de copulatione rectæ vitæ cum sermone. Explicantur illa verba, Qui fecerit, & docuerit, &c. Ad Tit. 2. A. 2.

Maria virgo.

Maria virgo, licèt concepta fuerit absque labe peccati, redempta tamen fuit à Christo. c. 2. S. 3. A. 6. n. 20.
B. Maria non legitur docuisse. c. 2. S. 5. A. 1. n. 5.

Marcus.

Contentio inter Paulum, & Barnabam de Marco recipiendo in societatem itineris; quomodo finita? 2. Timot. 4. v. 11.

Martyrium, Martyres.

Martyres vocati, sed non electi, qui dicantur? c. 1. S. 1. A. 8. n. 2.
Martyres in lege gratiæ innumeri, c. 4. S. 3. A. 5. n. 6.
Martyres, qui dicantur exui vocis, c. 6. S. 3. tit. 4.
An debeat Christus martyr vocariri? 6. S. 3. A. 2. latè.
Patientia martyrum in tormentis, spem excitat. 2. ad Tim. c. 1. v. 1. verb. secundùm promissionem.
Vinctum esse pro Christo, gloriosum

est, & bonis vitæ anteponendum. Catena Pauli excussit viperam. Petri catena Angelis inuidenda 2. Tim. c. 1. v. 8. n. 4. &c. Semen est sanguis Christianorum. 2. Timoth. 2. v. 9. ad fin. Qui negat in tormentis Christum damnabitur coram Angelis. 2. Tim. 2. v. 11.

Mendacium.

Omne mendacium intrinsecè malum est. c. 1. S. 5. T. 13.

De mendacio obstetricum, de quibus Exod. 1. & an semper sit peccatum. c. 1. S. 5. A. 4.

Non licet mentiri humilitatis causa. c. 1. S. 7. A. 2. n. 9.

Qui potest mentiri, quod sibi non expedit, potest. 2. Tim. 2. v. 11. & 13.

Mendacia non diu fallunt. 2. Tim. 3. v. 9. n. 2.

Messias.

Admiranda Christi potentia, qua regnum suum non ferro, sed virtute protulit; Vbique adoratur: cõtra Iudæos Machæra fuit. c. 3. S. 4. A. 9. n. 2. & 3.

Asseritur aduentus Messiæ contra Iudæos manifesto argumento ex Tertull. ibid. n. 3.

De aduentu sperati Messiæ agitur copiosè. Ad Tit. 3. S. 5. A. 4.

Militia spiritualis.

Melius est bellum cum vitiis gerere, quàm cum illis pacem habere. c. 6. S. 2. T. 15.

Legitimè certanti proponitur corona. c. 6. S. 2. A. 5.

Quid sit bonum certamen? B. P. Ignatius bonum certamen certauit. c. 6. S. 2. A. 5. n. 10.

Dei obsequium, simile est militiæ, miles nõ se miscet aliis negotiis. 2. Tim. 2. v. 4. in Annot. Monachi iciunio & orationi, non negotiis vacent. 2. Tim. 2. v. 4. in Annot.

Deus adiuuat athletas suos certantes. v. 5. adest tanquam coronator, sacro oleo Baptis. vngimur, tãquam Christi athletæ. 2. Tim. 2. v. 5.

Morituris infunditur oleum, vt significetur eos peregisse certamina; ibid. num. 1. Pueris baptizatis ex merito Christi, sine certamine, datur gratia & gloria. ibid. n. 2.

Miraculum.

Miracula multa recensentur, vt orationis patrata. c. 2. S. 1. A. 5.

Augustinus vocat conuersionem latronis, miraculum. c. 2. S. 4. A. 1. n. 4.

Paulus Timotheum miraculo non sanat, sed medicina. c. 5. S. 4. A. 3.

Habuit gratiam miraculorum Paulus, sed non ita liberam, vt pro suo arbitratu sanaret, quem vellet. 2. Tim. 4. v. 19. & 20. n. 2.

Misericordia & seueritas.

Cur Apostolus scribens ad Timoth. inter gratiam & pacem, misericordiam peculiatiter interponat? c. 1. S. 2. T. 3. §. interim.

Misericordia Dei elucet in expectanda peccatorum conuersione. c. 1. S. 2. A. 3.

Misericordiam consecutus est Paulus quia ignoranter peccauit; agitur sic qualis fuerit illius ignorantia? c. 1. S. 6. A. 3.

Quem prius circundat pressura, postea circundat misericordia. 2. Timoth. 3. v. 14.

Qui modus tenendus in reprehensionibus? Paulus prius conuincit peccatorem Corinthium: deinde lenitate trahit ad sanam mentem. Qui conuictus non respiscit increpatione, & pœna indiget. Intolerabilis est reprehensio, nisi habeat admixtam obse

obsecrationem. 2. Timoth. 4. v.2.n. 3.&c.

Timotheo actiori, præcipit Paulus vt exhortetur errantes cum omni patientia: Tito, qui erat mitis, cum omni imperio. 2. Timoth. 4. v. 2. n.6.

Quàm insignis semper fuerit Dei misericordia in salute hominum procuranda?Ad Tit.3.S.3.A.5.

Modestia & mansuetudo.

Hæ duæ virtutes fidelibus ornamento sunt.Ad Tit.3.S.1.A.5.

Monachus.

In morte Monachorũ exultatio:quales eorum sint ægrotationes? sunt inter se comparati, veluti variæ gemmæ. c.5.S.2.A.5.

Monachorum castitas. c.5.Sect. 2.A.7. n.8.

Nihil interest ó religiosi, vbi sitis, qui extra seculum estis, inquit Tertull. 2.Tim.2.v.3.

Moniales.

Monialium vita aspera tẽpore Nazian. c.1.S.8.A.2.n.7.

Moniales decet verecundia; eas ornant pallor,&c.c.2.S.4.A.7.

Mulier,vide fœmina,& vxor.

Multa de mulierum intemperantia, & damnis, quæ per illas euenerunt; déque loquacitate.c.2.S.4.A.3.

Mulierum detestanda Epitheta.c.3.S.3. A.4.n.2.

Earum loquacitas. c.5.S.2.n.18.

Mulierum otium,& loquacitas.c.5.S.2. A.9, ludæi Act. 13. incitarunt mulieres religiosas in Paulum.2.Tim.3. v.6.n.1.ad fin.

Mulieres,secundum gradum ætatis.

Anus, & adolescentulas, siue virgines sint, siue nuptæ, instruuntur virtutibus, & contra vitia muniuntur.Ad Tit.2.S.2.A.1.2.3.

Mundus,& amor mundi.

Mundi amor impurus est. c.1.S.4. A§. n.2. Demas, diligens seculum, deseruit Paulum tria mundi elementa pessima duplex amor vnus studiosus,alter vitiosus.

De amore seculi;& illius seruis. 2.Tim. 4.v.10.n.2.& A.1.late.

Mors.

Christus moriturus meminit matris.c. 5.S.2.A.1.n.1.

Saladinus Rex quid in morte senserit. c.6.S.2.T.4.

Quàm vtilis sit consideratio nuditatis nascentium.ibid.A.2.

Afflari in morte vi quadam animas illustrium virorum. epist.2.ad Tim.P. S.3.ibid.de morte Mosis.

Christus mortis victor, ante eius aduentum etiam viri sancti mortem timebant.2.Tim.c.1.v.10.n.5.& 6.

Cur Paulus moriturus exultat, cùm Christus inhorruerit?Moses,& Iosue læti moriuntur,& Simeon. 2.Tim.4. v.6.

Consolatur se Paulus moriturus, quòd bene certauerit, &c. epistolam scribit veluti condens testamentum. v. 7. sciebat Paulus se perseueraturum in fide & charit.2.Tim.4.v.7.n.6.

Murmur, detractio,&c.

Murmurationis damna.c.1.Sect.4.A.2. n.1.

Maledici, nomen habent aduersarij, nocuit grauiter obiectio Iudaici sanguinis cuidam diacono. c.5. Sect.2. T.25.

Susurro,& maledicus fratricida est,pessima,vulpes,occultus detractor. c.6. S.1.A.6.

Paulinus, erigit animum Apro amico contra obtrectatores vitæ religiosæ. 2.Tim.c.1.v.17.
Interdicitur subditis maledicendi,& rixandi abusus. Ad Tit.3.S.1.A.2.
Detrahentium praua consuetudo. A.3. latè.
Duæ species detrahentium. A.4.latè.

N

Natiuitas, siue Aduentus Christi.

Aduentus Christi clauis est resurrectionis.2.Tim.c.2.v.8.
Adeò humiliatus est Deus propter nos vt erubescant homines tantam humiliationem.2 Tim.2.v.8.n.1.
De manifestatione verbi Dei in carne. Ad Tit.c.1.S.3.A.1.
Explicantur illa verba:Apparuit gratia Dei,& Saluatoris,&c.Ad Tit.2. S.5. A.1. & 2. In qua agitur de abnegatione,&c.

Negotiatio.

Negotiatio illicita est sacerdotibus.c.3. S.3.T.7.
Asiæ mercatores primi Paulũ deseruerunt.2.Tim.c.1.v.15.
Interdicitur viris Ecclesiasticis omnis secularis administratio.2.Timoth.2. v.4.n.4.
Damnatus est clericus, qui moriẽs clericum testatorem nominauit. ibid. Negotia secularia nexus sunt,& serpentes.2.Tim.2.v.4.in Annot.

Nero.

Per Leonem,Nero intelligitur à Paulo. 2.Tim.4.v.17.n.3.

Nouitas,Nouitij.

Nouitas doctrinæ hæreticæ, contraria Euangelio.c.1.S.3.A.5.n.3.
Nouitij, quales esse debent in militia Christi?c.1.S.8.A.2.n.9.
Renouatio domus interioris. c.4.S 3. A.2.Patri spiritali parendum, vt duci.c.4.S.4. A.8. Votum non videndi cognatos per 50. annos seruatum. c.5.S.2.n.21.
Quantùm noceat nouitas in verbis æquè & factis?c.6.S.4.A.6.
Patrum opiniones, præferuntur nouitatibus. ibid. n. 6. Lirinensis contra nouitates,mira ait.num.8.&c.Quid sentiendum de vocibus nouis? Aliquæ nouæ voces res antiquas aptè significant.c.6.S.4.A.7.
Nouè dicendum,non noua;ibid.Mutatio vitæ, affert difficultates nouitiis. 2.Tim.2.v.4. n.2. Placere soli Deo nititur,qui Christo militat.ibid.n.3. Contra nouitates ex Lirinẽsi.2.Tim. 2.v.16.

Nuptiæ,& cœlibatus.

Cœlibatus, & ieiuniorum vsus non repugnat doctrinæ de nuptiis, vt hæretici volunt.c.4.S.2.A.4.
Cur hæc ab hæreticis impugnentur? An nuptiæ viduarum, quæ castitatem vouerant,fuerint firmę?c.5.S.2. A.8.

O

Obedientia.

Obedientia, qua Christum secuti sunt populi, fuit spontanea non coacta. c.1.S.3.A.1.n.2.
Obedictia Timothei, in re difficillima. c.1.S.3.A.2.n.14.Inobedientiæ pœna.c.1.S.3.A.4.n.3.
Qui admoniti,nõ emendantur,feriendi sunt.c.1.S.3.A.4.
Nimia felicitas, contraria est obedientiæ.c.1.S.5.T.4.
Deus cùm præcipit aliquid, tribuit vires obedienti.c.1.S.5.T.21.
Iustis,obedientia nõ est onerosa; quod si

si leuis non sit, amore redditur facilis.c.1.S.5.A.1.& 2.
Amanti Deum, multa præcepta sunt instar vnius.c.1.S.5.A.2.
Mulier ante inobedientiam pár ferè erat viro : post peccatum omnino subdita.c.2.S.5.A.2.n.2.
Deus in præmium exerciti supplicij in Tyrum,dat Ægyptum Nabuchodonosori.c.6.S.2.A.4.n.6.
Obedientia militum admiranda : hanc Deo præstemus.2.Timoth.2.v.4. in Annot.
Filia Iephthe obediens patri, non peccauit.2.Tim.4.v.6.n.4.
De Obedientia,quam Deo,& ministris eius debemus.Ad Tit.1.S.9.A.1.latè.
Paulus vult, vt Christiani morigeri sint, & obsequentes Magistratibus. Ad Tit.3.S.1.A.1.
Eleazari Iudæi mira obstinatio,nolentis vocare Cæsarem dominum, nec seruire,&c.Ad Tit.3.S.1.T.1.
Quibusdam Belgis victis accidit, vt mori maluerint,quàm dicere, Viuat Rex,&c.ibid.
Quinam modus iniri debeat, in prælatorum imperiis, & subditorum obsequiis?Ad Tit.3.S.6.A.2.
Licuerítne Tito, postquá à Paulo prælato suo vocatus est, obiicere itineris difficultatem; aut sui gregis destitutionem.A.3.
Quid si Episcop⁹ à Rege, vel alio principe vocetur ad negotia Ecclesiasticæ gubernationi repugnantia? ibid. num.9.
Difficultas Mosis in obediendo præcipienti Deo, vt iret ad Pharaoné cur laudetur?ibid.n.10.

Obduratio.

Obduratæ conscientiæ damna, & signa.c.4.S.1,A.5.n.5.
Est obduratio,interdum peccati pœna. ibid.n.4.
Iubet Paulus Cretenses obiurgari durè, quia obdurauerant in vitiis.
Propterea plus eos detestatur,quã alias gentes.Ad Tit.1.S.11.A.1.& 2.

Odium ; siue vindictæ cupiditas.

Qui odium conseruat, in mala incidit. c.2.S.1.A.6.n.21.
Detestatur Deus eos, qui oderunt proximos.c.4.S.4.A.3.n.4.
Odij ablegatio, & iniuriarum condonatio,quid præstet? Ferenda iniuria, non inferenda.1.Timot.3.S.1. A.16. num.6.

Opera.

Qui Christo militant,sidera sunt,& sigilla Dei.c.1.S.8.A.2.n.6.
Nemo deterreatur, ab exercitio boni operis. c.2.S.3. T.7. ad fin. De præmio bonæ operationis. c.4.S.3.A.4.
Quo pacto nos gerere debemus in exercitio bonorum operum?c.6.S.4. A.4.
A quibusdam Deus, quem verbis colunt,factis negatur.
Ad Tit.1.S.13.A.1. Eorum fides mortua est.A.2.
De copulatione fidei,cum bonis operibus.A.3. ibid. student hodie fideles, Pauli doctrinam secuti,bonis operibus abundare.Ad Tit.3.S.4.A.1.

Oratio,Oratorium.

Mos orandi ante concionem ex Augustino.c.1.S.3.A.7.n.7.
Orandi variæ formæ; & quid sit precatio?c.2.S.1.T.2.& 3.
Oratio est auspicium omnium bonorum.ibid.n.3.
Orationis pro aliis habitæ duplex fructus.ibid.n.7.
Pro viuis, & defunctis, pro Regibus etiam Ethnicis orandum est. ibid.n. 7.8.&c.

Matutina oratio laudatur.ibid.A.1.n.1. 2.& 3.
Oratio est instar suffitus cœlum penetrantis.c.2.S.1.A.1.ad fin.
Quid sit multum orare? Orationis vtilitas. Oratio centurionis laudatur. Oratio iter facturis apta.c.2.S.1.A.2.
Orantes pro inimicis,amici fiunt. Paulus orationc conuertitur.c.2.s.1.a.3.
Orare pro vindicta non est Christiani. ibid.
Proponuntur variæ vtilitates, & insignes ex oratione prouenientes. c. 2. s.1.a.4.& 5.
Oratio fuit viaticum itineris Iacob.c.2. s.1.a.5.n.16.
Moses & Samuel, restiterunt iræ Dei orando.c.2.s.1.a.6.n.22.
Samuel orat pro iis, à quibus deiectus est de dignitate.ibid.20.annis orauit Isaac, vt Rebeca pareret. c.2.s.2.a.1. n.3.
Quomodo sancti,& Angeli dum orant sint mediatores c.2.s.3.a.4.
Oratio puram conscientiam exigit:aliena est ab ira, disceptatione; comes est fiduciæ.c.2.s.4.1.n.3.
Preces in loco sacro emissæ, aptiores sunt ad impetrandum.c.2.s.4.a.2.
De ritu,cursore,& signo,quo vocabantur olim fideles ad orationem. c.2.s. 4.a.3.
De ritu orandi conuersa facie ad orientem, de situ corporis,& aliis circunstantiis.ibid.a.4.
De quatuor modis orandi ex Bernard. ibid.a.5.
De loco & tempore orationis.ibid.a.6. Eius laus, & vtilitas. Angelus Dei visitat eos, qui vacant orationi,c.6. s.2.a.5.n.11.
Inter Christianos, oratio conuiuium dirimit.Ad Tit.1.s.4.a.1.n.4.

Ordines sacri.

Iusufflatio,gratia quædam est communicata ordinatis.c.4.s.4.7.8.
Eleutherius anno 15.diaconus,triennio pòst,sacerdos 21.Episcopus creatus. c.4.s.4.a.1.n.2.
S.Timotheus,anno 23. ibidem. Ordinatio indigni, nocet ordinanti. c.5. S.4.T.3.
Examen ordinãdorum. c.5.s.4.a.1.latè.
Offenditur Deus grauiter ædinatione indigni. Melius est spinis, quàm indignis, manus imponere. Punitur Leo Papa, quòd citò manus imposuerit.c.5.s.4.a.1.n.3.4.&c.
Qua diligentia inquirendum sit in vitam & mores ordinandorum.a.5.
Paulus, post ordinationem prædicauit. 2.Tim.c.1.v.7.n.3.

P

Parentes.

Parricidæ pœna in Leuit. cur prætermissa.c.1.s.5.T.8.
Primus apud Romanos parricida.ibid. T.8.ad fin.
Quantùm valeat parentum instructio. c.4.s.1.a.7.n.5.
Decet, vt filij mutuam vicem reddant parentibus.c.5.s.1.a.4.
Parentum fides & mores, abeunt in filios.2.Tim.c.1.v.5.n.4.
De obedientia parentibus præstanda.2. Tim.2.v.3.latè.

Paulus.

Paulus Neronis domum, Christi fecit Ecclesiam.P.s.5.§.interim.
Paulus tuba Euangelij,illius verba sunt fulmina.P.s.6.
De Pauli nomine quid sentiant Patres? c.1.s.1.a.3.latè.
De etymologia nominis Pauli. c.1.s.1. a.4.copiosè.
Quadrat Sauli nomen Paulo ante conuersionem.c.1.s.1.a.4.ad fin.
Pauli in præcipiendo modestia, c. 1. Sect.3.

Sect. 3. T. 3.
Cõuersio D. Pauli mirabilis. c. 11. s. 5. T. 5. ante quàm ille, non malitia, sed errore peccauit, ibid. n. 6.
Pauli conuersio, cur celebratur? c. 1. s. 7. a. 3. ad fin.
Pauli vincti virtus, custodem vinxit. c. 5. s. 4. a. 3. n. 5.
B. Paulus bis in vincula coniectus sub Nerone epist. 2. ad Timoth. P. s. 1. latè.
Paulus nouit medullas Scripturarum. ibid. a. 4.
Quid sentiant Patres de Pauli nomine? epist. 2. ad Timoth. c. 1. v. 1. n. 3.
Sepulchrum Pauli nobilius sepulchro Neronis Paulus vinctus potentior Nerone. 2. Tim. 2. v. 10. ad fin.
De Martyrio, conuersione, statura, & sepulchro Pauli. 2. Timoth. post 4. c. in Append.
De nomine D. Pauli ad Tit. 1. c. 1. v. 1. a. 1.

Paupertas.

Pietas cum sufficientia. c. 6. s. 2. T. 1. Nihil intulimus in hunc mundum. T. 3. Habentes alimenta, &c. contenti simus. T. 4.
In cœtu hominum, nec diuitiæ sint nec paupertas, mediocritas satis est. c. 6. s. 2. a. 1. ad fin.
Felicitas Dei est, nulla re indigere. c. 6. s. 2. a. 2. Nuditas nascentium. a. 2.

Pastor prælatus, vide Episc.

Prælatus est conseruus siue seruus primus, & cur seruus seruorum. P. s. 8. §. Ecclesiæ.
Mysteria sanctiora, solis prælatis, & magnis viris sunt communicanda. P. s. 8. §. Hinc &c.
Prælati cum lenitate, & precibus gubernent, non cum Imperio. e. 2. s. 3. a. 1.
Prælati mores, in subditis agnoscuntur. c. 2. s. 3. a. 1.
Amor pastoris erga oues, differt ab amore mercenarij. c. 1. s. 3. a. 2.
Quinque ad curam pastoris pertinent. ibid.
Contra diuturnam præfecturam Nilus Abb. c. 1. s. 8. a. 2. n. 9.
Peccata prælati, & principis nocent populo. c. 3. s. 2. a. 2.
Reiicienda prælatura est nisi cogat, qui potest. c. 5. s. 4. a. 1.
Boni prælati vigilantia, & labor 2. epist. ad Tim. P. s. 4.
Cura boni pastoris, fidem, salutem, & securitatem gregi affert. Consulit singulis ad Tit. P. s. 2.
Prælati exemplum malum nocet subditis. Ad Tit. 1. s. 13. a. 3. n. 13.
Chrysost. Miror, inquit, si possit saluari aliquis rectorum. Agitur de labore præfecturæ latè ad Tit. 3. s. 1. a. 1. n. 5.

Patientia.

Patientia, amplam habet remunerationem. Hac ducti martyres, omnia perferebant. c. 4. s. 3. a. 5.
Patientia Domini, in Malcho vulnerata est. c. 5. s. 2. a. 5.
Patientia tua fatigetur improbitas aliena. 2. Tim. 3. v. 12. n. 3.
Nullum Dei præceptum obire possumus sine patientia, ibi ad fin.
Iob iustificatus est, non quia passus est, sed quia constanter tulit aduersa. 2. Tim. 4. v. 8. a. 1.

Passio Christi.

In passione, Christus dedit se in pretium, &c. c. 2. s. 3. T. 3.
Ita pro nobis omnibus Christus passus est, vt pro singulis. c. 2. s. 3. a. 7.
Cur pro Angelis peccantibus non est passus? ibid.
Sermo integer de passione Domini. c. 2. s. 5. a. 8.

Eam

Eam vocat Paulus testimonium. Cur ita?ibid. A.9.
Christus, pluris fecit pro hominibus pati, quàm esse in gloria. 2.Tim.c.1. v.8.num.5.

Pœnitentia.

Pœnitentia donũ Dei est. Oculi Christi suadent Petro pœnitẽtiam. Quid significet hæc vox, vnde deriuetur? 2.Tim.2.v.26.n.3.&c.

Phinees.

Phinees sacerdos cõtra impudicos nobiles zelo agit. Aliqui eundem putant Eliam esse, qui 620. annos vixerit.1.Tim.3.S.1.4.7.n.6.

Pontifex Maximus.

Pontifices Max. nomina permutant in consecratione.c.1.S.1.A.3. ad fin.
Papa est Episcopus totius orbis. cap.1. S.3.A.2.n.12.
Auenioni residentes olim Papæ. cap.1. S.3.A.2.n.12.In consecratione Pontifices Romani, noua nomina accipientes, imitantur Petrum, & Paulum.2.ad Tim.c.1.v.1.n.7.

Peccatum, Peccator.

Peccatum,non est naturæ opus,sed voluntatis.c.1.S.1.A.9 ad fin.
Impij pro thesauro misericordiæ, thesauros iræ parant.c.1.S.2.A.3.n.3.
Peccatorum conuersiones mirabiles, c.1.S.4.A.2.n.4.
Deus insignes peccatores sibi cõciliat. c.1.S.7.T.6.
Quatuor calamitates populis immittuntur ob peccata. cap.2. S. 1. A.6. num.23.
Peccatores solùm de damno temporali sunt solicitiibid.
Labi in peccatum M. est conuerti ad Satanam. c.5.S.2.T.27.
Peccantes,quo pacto accusandi & plectendi ex doctrina D.Pauli. c.5. S.3. A.4. & 5.
Scelerato Cain, datur vita in pœnam sceleris.A.5.n.5. longa illi vita conceditur in pœnam.ibid.ad finem.
Peccata secreta à Deo: quæ probari possunt, ab hominibus iudicantur. c.5.S.4.A.5.n.4.
Malum in suos recurrit autores, peccantium consuetudo quantum noceat?c.6.S.1.A.5.
Peccati instrumeutum pecunia est.c.6. S.2.T.8.
Qui in peccato perseuerant vasa sunt inutilia. 2.Timoth. 2. v.21. Captiui tenentur peccatores, sicut passer in laqueo,aut fera,&c. 2.Timoth.2. v. 26.n.7.
Peccatores trahuntur à diabolo, vt nauis sine clauo, aut auicula à puero ligata,ibid.n.9.& 10.
Gaudet Apostolus moriturus,quod liberatus sit ab opere malo,id est peccato.2.Tim.4.v.18.A.1.
An infidelium opera omnia sint peccata?Ad Tit.1.S.12.A.2.
Miserandus est status hominis,qui peccato inquinatur.Ad Tit.3. S.2. A.2. latè.

Prædestinatio ad gloriam.

Prædestinatio iuuatur orationibus.c.2. S.2.T.1.
Extat præclarum exemplum in Iacob. duplex causa nostræ salutis:vna est, Christi gratia. Altera,diuina prædestinatio.2. Tim.c.1.v.10.
Signaculum vocat Paulus, Dei decretum,quo nouit,qui sint prædestinati, & qui reprobi. Nocere diabolus prædestinatis non potest auertendo eos à vita æterna. 2.Timot.2. v.19. Multa hîc habes de Eccl. prædestinatorum.

Prædicator.

Non est fidelis prædicator, qui sectatur lucrum. c. 1. S. 5. T. 3.

Prædicator comparatur trituranti bouicur?c, 5. S. 3. A. 2.

Prædicatores, & doctores à populo ali debent. c. 5. S. 3. A. 3.

Idque secundùm ius naturale, & diuinum. ibid.

Prædicatores nouitatem fugiant. c. 6. S. 4. A. 7. n. 7.

Paulus prædicator, & Magister gẽtium. 2. Tim. c. 1. v. 11.

Nulla vis cohibere potest prædicantem Euangelium, sicut nec solem vincula Pauli pedes, sed non linguam cohibent. 2. Tim. 2. v. 9.

Rectè tractare verbum Dei, quid sit? 2. Tim. 2. v. 15.

Ad prædicandum, cur non senatores elegerit Deus, sed piscatores? Accepit gratiam piscator, & factus est diuinus orator. 2. Tim. 2. v. 23. 24.

Enumerantur virtutes doctoris Eccles. nempe mansuetudo, docilitas, patientia; etiam cum increpat. 2. Tim. 2. v. 25.

Paulus prædicauit, etiam in oppidulis ignobilibus, vt Lystris. 2. Tim. 3. v. 11. n. 2.

Quid sit prædicare opportunè, importunè? 2. Tim. 4. v. 2. latè.

Vituperantur auditores, quibus pruriunt aures, & volunt inutilia. 2. Tim. 4. v. 3.

Concio plausibilis, concionatores citharœdi. ibid. n. 4. &c.

Augustinus lacrymis flexit auditores, typus eloquentiæ infructuosæ. ibid.

De manifestatione verbi Dei in prædicatione. Ad Tit. c. 1. S. 3. A. 1.

De tribus titulis, quibus Matth. 6. decorantur prædicatores. ibid. A. 2.

Prædicatio.

Vaniloqui reprehendendi sunt, veritas amplectenda, quam Apostolici viri prædicant. Ad Tit. 1. S. 9. A. 2.

Fugiendi sunt, qui vanam, & seductoriam prædicant doctrinam. ibidem. A. 3.

Qualis debeat esse concio ad populum habita? Ad Tit. 2. S. 7. A. 1.

Cur præcipiat Apostolus Tito, vt arguat cum omni imperio, quod non præcepit Timotheo? ibid. n. 4.

Primates, & Patriarchæ.

De primatu Timothei, & Titi, quæritur qualis fuerit. P. S. 15.

Primates post sum. Pont. primi sunt siue primarij prælati: primas sedes tenent, P. S. 15. 6. Patriarchæ.

Primatus & patriarchatus, ab ipsis Apostolis ducti, P. S. 1. ad fin.

Primatus Hispaniæ. ibid.

R

Religiosi, Religio.

Religio Angelorum in Asia. c. 2. S. 3. A. 3. n. 6.

Fiducia religiosorum in Deo. c. 4. S. 1. A. 7. n. 5. de Rechabitis.

Religiosi labores felices sunt. c. 4. S. 5. A. 2. n. 6.

Religiosis largiendum subsidium. Eorum vita laudabilis est. c. 5. S. 2.

Surgunt ad hymnos; sunt Angeli, &c. ibid.

Parænesis ad religiosos. c. 6. Sect. 2. A. 5. n. 13.

Laus vitæ religiosæ. 2. Timoth. c. 1. v. 6. n. 2.

Religiosi vbique vtiles. ibid. n. 2.

Resurrectio.

Duplex resurrectio, animi & corporis. 2. Tim. 2. v. 17.

Reuerentia.

Colant te potiùs tui, quàm timeant. c. 5. S. 2. T. 24.

S

Sacerdos, Sacramenta.

Sitne idem Episcopatus, & sacerdotium? c.3.S.1.A.1.
Cur non liceat sacerdoti ducere vxorem? ex Augustin. c.3.S.3.T.20.
Vsus ministrandi Sacramenta tempore D. Ambrosij. ibid.
Punit Deus malos sacerdotes. c.4. S.4. A.8.n.8.
Plato exigit in summo sacerdote 60. annos. c.5.S.2.A.2.n.5.
Sacerdotes duplici honore digni, qui sint? c.5.S.3.T.1.2.3.&c.& A.1.
Accusatio sacerdotis, quomodo audienda? 1.S.5.3.T.5.

Salutatio.

Varij modi salutandi inter Latinos & Græcos ad Tit. 3.S.7.A.2.
Mos salutandi per nuntios, & epistolas. ibid.
Salutatio amicorum in epistolis, qualis apud Paulum?
Puer Elisæi, cur non suscitauerit mortuum? 2.Tim.4.v.21.n.3.ibid.
Explicatur, cur Dominus præceperit neminem salutari in via?

Scientia.

Sana scientia, est sermo Christi. c.6.S.1. T.7.
Inutilis dicendi ratio in sophisticis quæstionibus. ibid. T.9.
Kabala, non est scientia. c. 6. Sect. 4. n.18.
Hæretica doctrina, dicitur à Paulo peregrina. ibid. n.20.
Qui se magnificè efferūt nomine scientiæ, facile in hæresim prolabuntur. c. 6.S.4.A.8.

Scriptura sacra.

Scriptura sacra, omnes homines instruit. Vide Argum.
Stylus sacræ Scripturæ licèt Atticus non sit, est tamen vtilis. cap. 1. S.5. T.17.
Hæretici sunt corruptores, non interpretes Scripturæ. c.4.S.1.A.5.
Lectio Scripturæ in mensa laudatur. c. 4.S.2.T.4.
Sacr. script. profunditas. ibidem. A. 6. n.3.
Quàm vtilis sit sacra lectio? cap.4.Sect. 4. A. 5. latè; lectio hæc comparatur officinæ Pharmacopolæ. ibidem. sacra Scriptura cōsolatur lectorem. Ille felix est, qui script. vertit in opera. c.4.S.4.A.6.
Sacra Scriptura, est norma sanæ doctrinæ. c.6.S.1.A.3.n.2.
Multa docuit Paulus, quæ non sunt scripta. 2.Timoth. cap.1.v.13.n.1.
Christus nihil manu propria scripsit, sed Euangelist. cur ita? v.13.n.3.
Non sinit D. Basil. de diuinis dogmatibus, vnam mutari syllabam. 2.T. v.14.
Iudæi solatio habent sacros libros; eos in afflictione consulunt. 2. Tim. 3. v.14.n.6.
D. Antonius Ægyp. memoria complexus est sacram Scripturam, fides ex Scripturis. In illis Deus nobis loquitur, ibid.
Scripturæ sacræ autores diuinitus sunt afflati. 2. Timoth. 3. v. 16. Iob sua facta scribit, quasi non sua, ibid. n.1.
Quomodo tractanda Scriptura sacra? ibid. Multiplex vtilitas ex illa. ibid. in Annot.
Comparatur tabernæ pharmacopolæ. 2.Tim.3.v.16.in Annot.
Hæretici depravant Scripturam, ad Titum P.S.3.n.2.

Secretum.

Læna meretrix expuit linguam, ne proderet secretum. 2. Timoth. 2. v. 3. ad

3. ad finem.

Senex, senectus.

Ridicula res est elementarius senex. c. 4. S. 4. T. 5.
Seniores quomodo ab Episcop. admonendi. c. 5. S. 1. A. 1.
Senectus cur dicitur corona gloriæ? ibid. n. 2.
Deus magnificat senes. ibid.
De sobrietate, prudentia, & aliis virtutibus, quæ senectutem decorant? ad Tit. 2. S. 1. A. 3.
De triplici sanitate, quam requirit Paulus in senibus. A. 4. latè.

Silentium.

Silentium consulitur à Naz. fœminis, & viris. c. 2. S. 5. A. 2.
Silentium, medicina est contra invidiam. c. 2. S. 5. A. 3. ibid. de præcepto silentij, multisque illius laudibus ad fin.

Simeon.

Simeon, quia sacerdos erat, vt probabilior fert opinio, benedictione solenni est vsus. Luc. 2. c. 4. Sect. 4. A. 7. n. 6.

Spes.

Typus spei firmæ, est anchora spes nostra, &c. c. 1. S. 1. n. 7. 8. &c.
Deus eripit à periculis in se confidentes. c. 6. S. 4. A. 2. n. 8.
Spes D. Pauli coniuncta cum bona conscientia. 2. Tim. c. 1. v. 12. n. 4.
Spes in Deo figenda. ibid. n. 7. latè.
Spes, est gaudium ante gaudium. ibid. n. 12.

Seruus.

Plagiarij sunt, qui aliena captant mancipia lucri causa. c. 1. S. 5. T. 11.
Instructio seruorum. c. 6. S. 1. T. 1. &c.
Seruorũ in saturnalibus ius supra Dominos. c. 46. S. 1. T. 4.
An serui in omnibus debeant Dominis obedire? Origo seruitutis. Seruus seruorum, nisi nomen Dei addas, abiectio est, Sect. 6. S. 1. A. 1. n. 5.
Qui suadent seruis, vt dominos contemnant, anathematizantur serui, aliquando eximuntur ab obedientia. Serui Iudeorum per fidem Christi liberantur à seruitute. ibid.
Alacriùs seruiendum est dominis fidelibus, quàm infidelibus. c. 6. S. 1. A. 2.
Seruum Dei, non oportet litigare. 2. Tim. 2. v. 23.
Serui Dei vocabulum honorificum. Ad Tit. c. 1. v. 1. latè.
Cur Paulus seruus Dei dicatur, & quo sensu? ibid. A. 2. copiosè.
Seruorum mores sunt formandi. Eorum obedientia etiam erga infideles dominos. Ad Tit. 2. Sect. 4. A. 1. & 2.
Præstat seruum esse, quàm nobilem si seruus præstat moribus, &c. Ad Tit. 2. S. 5. A. 3.

Superbia.

Iudicium diaboli, est superbia. c. 3. S. 2. A. 1. ad fin.
Hæreticorum superbia in disputando. c. 6. S. 1. A. 4. Est mater hæreticorum. A. 3. ad finem.
Quæ mala consequantur superbiam perfectam ex diuitiis. cap. 6. S. 4. A. 2.
Rex diuitum superborum est diabolus. ibid. n. 5.
Quod in corporibus est inflatio, hoc in animis est superbia. 2. Timoth. 3. v. 4. n. 13.
Opera superbiæ & charitatis cùm sint similia, fine distinguuntur. 2. Tim. 3. v. 5. n. 2.
Detestanda in Principe Eccl. superbia. Ad Tit. 1. S. 7. A. 1.

Supplicium.

Multiplex pœna in blasphemos, & alios peccatores proposita, vt corrigantur. c. 1. S. 8. A. 5.

In dextera Dei ignis, & lex apparuit: hæc ad docendum: ille ad puniendum, epist. 2. ad Timoth. P. Sect. 3. n. 7.

An salua mansuetudine Christiana puniri debeant hæretici, etiamsi opus sit occidi? 2. Timoth. 2. vers. 25. in Annot.

T

Templum.

Reges Ethnici suppeditarunt sumptus cultui templi. c. 2. S. 1. A. 9. n. 31.

In templo, pro illis sacrificabant Iudæi. ibid.

Templum cur ædificatur? est commune refugium. c. 2. S. 3. T. 1.

In locis sacris scaturiunt fontes salubres. c. 2. S. 4. A. 2. n. 8.

Tempus, æuum, æternitas.

Æternitatis definitio ex Aug. c. 1. S. 7. T. 9. ibid. de Æuo, &c.

Quæ dicantur tempora secularia? 2. Tim. cap. 1. v. 9. n. 6.

Testamentum.

In testamento. 12. patriarcharum erant exhortationes ad virtutem, epist. 2. ad Tim. P. S. 3. n. 6.

Paulus vocat à carcere Timotheum, vt illi multa veluti condens testamentum, commendet. 2. Timoth. 4. v. 9.

Tentatio.

Piraticæ infestationis instar est, tentationum incursio. cap. 6. Sect. 2. A. 4. n. 5.

Tentatio carnis, victa iniuriis. 2. Tim. c. 1. v. 6. n. 2.

Timotheus, & Titus.

De Timothei patria, & vita, &c. vide argumentum.

Timotheus cur dilectus filius, siue Germanus? c. 1. S. 2. T. 1.

Timoth. & Tit. peculiariter dicuntur Pauli filij. c. 1. S. 2. A. 1.

Timotheus in sua diœcesi vixit vsque ad mortem. c. 1. S. 3. A. 2.

Timotheo similes, digni sunt, si fiant, balsamo, &c. c. 5. Sect. 4. A. 4. ad fin.

Timothei martyrium epist. 2. ad Tim. P. S. 3. ad fin.

Timotheus non solùm dilectus, sed etiam amabilis. 2. Timoth. c. 1. v. 2. n. 6.

De Titi vita, & morte, ad Titum. P. S. 4.

Traditiones.

Traditiones Iudaicæ, ferè sunt fabulæ. c. 1. S. 3. A. 5. n. 2.

Traditionum fides contra hæreticos.

Traditio Eccl. in retinendis Sacramentorum formis. 2. Timoth. c. 1. v. 13. n. 3. &c.

Vocat Paulus traditiones sacram doctrinam, ibid. n. 4.

Quæ sint mandata hominum, siue traditiones damnatæ? Ad Tit. 1. S. 11. A. 4. latè.

V

Veritas.

Odiosi sunt cæteris qui veritatem profitentur. 2. Timoth. cap. 1. v. 12. num. 2.

Veritas, siue credamus, siue non, mutari nequit. 2. Tim. 2. v. 11.

Quid intelligat Apostolus per agnitionem veritatis? Ad Tit. cap. 1. Sect. 2. A. 1.

Quæ veritas dicatur secundùm pietatem, &c. A. 2.

Vetus Testamentum.

Legalia, post Euangelium, inutilia sunt. c.1.S.3.A.5.n.3.
In veteri Testamento timor: in nouo amor.2.Tim.c.1.v.7.§. Sed, Testamenti vet. lex non fuit mortifera vsque ad excidium Hierosolymitanũ. Ad Titum.P.S.4.n.3.

Vidua.

Quænam viduæ alendæ sunt oblationibus fidelium?c.5.S.1.A.3.
Dei præsens auxilium viduis adest, si sacris dant operam.c.5.S.1.A.3.
Quomodo vidua delitiosa, viuẽs mortua sit?c.5.S.1.A.6.
Viduæ honestæ, & castæ laudes.cap.5. S.2.a.n.4.vsque 11.
Viduæ adolescentes vitandæ;si primam fidem irritam faciunt. ibid.num.12. & 13.
Voto castitatis alligabãtur,ibid. viduarum qualis olim electio? cap.5. S. 2. A.2.
Munus viduæ diaconissæ quale fuerit? ibid. A viduis abluẽdi pedes sanctorum, hospitales sint,&c.A.3.& 4.
Apostolus, viduis 2. nuptias permittit ante votum.c.5.S.2.A.9.n.2.

Vinum.

Vini vsus interdicendus adolescẽtibus, vsus vini moderatus permittitur etiã sanctis.c.5.S.4.A.3.& 6.
Ebrietas à Chrys. dicitur dæmon voluntarius.ibid.n.3.
Mensura potus qualis? Cur Timotheo indulgetur?ibid.Pueri abstinent à vino vsque ad 18.annum. c.5. S.4.n.6.

Vestitus.

De ambitioso fœminarum ornatu, de scandalo ex eo proueniente, de ornatu fœminæ probæ,c.2.S.4.A.7.
De penula Pauli relicta Troade latè agitur.2.Tim.4.v.13.
Paulus duas habebat tunicas. Præceptum Christi de non habendis duabus tunicis,fuit temporariũ. 2.Tim. 4.v.13.n.4.

Virgines,Virginitas.

Cultus corporis mollis vituperat virgines.c.2.S.4.T.9.despici facit virginitatem.ibid.
Angeli modestas protegunt virgines. ibid.T.11.
Rubor & pallor;non ceruſſa,decet fœminas.c.2.S.4.A.7.n.30.
Virgines,pretiosa Christi monilia. c.3. S.3.A.4.
Quatuor Imperatoris Arcadij filiæ,virginitatem Deo obtulerunt. c.5.S.2. A.7.ad fin. Virgines vacant hymnis & precibus. c.5.S.2.A.9.n.2.
Christi caro floruit nascendo ex virgine,refloruit suscitando.c.5.S.4.A.2. n.3. Virginitatis cultores, in vtroque Testamento.c.6.S.4.A.5.n.10.

Virtus, & voluptas.

Odor virtutis,mirabiles effectus parit. c.1.S.5.A.5.ad fin.Peccati odor qualis?ibidem.
Index virtutis est verecundia. c. 2. S.4. A.7.n.30 Quid lucri apportet pietas? c. 6. S.2.A.1. Virtus est sanitas animæ. 2.Tim.c.1.v.13.num.4.
Qui amant voluptates, ad res diuinas non sunt idonei.Tertullianus de pudicitia multa;damnat ille eum,qui se vinci passus est à voluptate.2.Tim.3. v.4.n.13.
Necessaria est tam in prosperis, quàm in aduersis perseuerantia in virtute. 2.Tim.4.v.10.A.2.

Visitatio.

Apostoli consueuerant in prouinciis,

quibus prædicabant relinquere Episcopos, qui ordinarent, res Ecclesiæ visitarent, &c. Ad Tit. 1. c. 1. S. 5. A. 1.
Tribus rebus perficitur visitationis officium, exhortatione, imperio, & autoritate. Ad Tit. 2. S. 7. A. 2.
Conuenit Episcopis visitationis officium, multis hominibus. A. 3.

Vita Sanctorum.

Debilitas stomachi Timothei, ob asperitatem, vitæ, meditationi, & iciuniis deditæ, c. 5. S. 4. A. 2. n. 7.
Moderatio in iciuniis, & abstinentiis. ibid. n. 8. Rationes 8. ob quas permittit Deus sanctos affligi. c. 5. S. 4. A. 3. n. 4..
Viri Dei vocantur heroica virtute præditi. c. 6. S. 2. T. 12.
Qui piè volunt viuere, persecutionem patientur. 2. Tim. 3. v. 12.
Persecutionem pati, est à se, vel ab alio torqueri; cùm foris nemo sæuit in sanctos, cruciantur illi in corde videntes mores perditos. 2. Timoth. 3. v. 12. latè.
Si mortuus est diabolus, mortuæ sunt persecutiones. ibid.
Vita bene trãsacta consolatur Paulum in morte: de certamine, cursu vitæ & fide, ab eo seruata. 2. Timot. 4. v. 7. Annot. 1. & 2.
Recolit Apostolus sua peccata, vt humilitatem, & timorem Dei nos doceat. Ad Tit. 3. S. 2. A. 1.
Vitandæ sunt contentiones etiam circa legem, ei, qui fidem & bona opera sectatur. Ad Tit. 3. S. 4. A. 2.

Votum.

Votum viduarum, olim erat simplex castitas. c. 5. S. 2. A. 6. n. 3.
Prima fides apud Paulum est votum castitatis vidualis. c. 5. S. 2. A. 6. & 7. num. 3.
Monastica vota antiquissima, ibid. n. 6.
Vota viduarum coram Episcop. emittebantur. ibid. n. 5.
Vota viduarum de quibus Paul. loquitur; & virginum, quæ cœnobiis olim includebantur ferè erant simplicia. c. 5. S. 2. A. 8.
Votum solenne castitatis, an dispensabile sit? ibid. n. 5.
Apostoli, & religiosi per votum paupertatis, sunt diuites alterius seculi. c. 6. S. 4. A. 1.
Castitas dingulũ hominis Christiani, Aug. 2. Tim. 2. n. 4. in Annot.

Vxor.

Infidelitas vxoris Iobi, & Sansonis. c. 2. S. 4. A. 3. n. 1.

FINIS.